This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

14 + 876 15.

Codex

diplomaticus et epistolaris Moraviæ.

Urkunden-Sammlung zur Geschichte Mährens,

im Auftrage und Verlage des mährischen Landes-Ausschusses,

herausgegeben von

Vincenz Brandl.

Siebenten Bandes (1334 — 1349)

III. Abtheilung. (Bog. 89—127.)

Brünn, 1864.

In Commission bei A. Nitsch.

Gedruckt in Georg Gastl's typographischer Anstalt.

(Vorrede und Index folgt nach.)

STANFORD
LIBRARIES

STANFORD
LIBRARIES

1.

830.

Ludwig, König der Baiern, bestätigt dem Kloster Niederaltaich einige vom Kaiser Karl „postquam terra Avarorum ex parte ab eo capta fuisset“ in der Mark (Oesterreich) geschenkten Güter „id est locum, qui nuncupatur Uvahouua, qui terminatur a fonte rivuli, qui vocatur Mystrica, usque in eum locum, ubi ipse Danubium influit, ac deinde tendit sursum in ripam Danubii usque in Bohbach, et ultra Bohbach sursum usque in verticem montis, qui nuncupatur Ahornic, nec non et alium locum, nuncupatum Accusabach juxta ripam Danubii.“ — Datum prid. Octobr. anno XVIII. imperii dom. Hludovici S. A., an. V. regni nostri. Indic. IX. Actum Reganesburg civitate.

(Erben Regest. Boh. et Mor. p. 10 n. 24, nach den Mon. Boic. XI. p. 104 n. 5.)

2.

Pabst Hadrian II. sendet den Philosophen Constantin (Cyrill) und dessen Bruder Method nach Mähren und Pannonien, und belobt die slawische Sprache beim Gottesdienste. Dt. 869.

Hadrianus episcopus et servus dei Rostislavo et Svjatopolco et Cocelo. Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis! Quemadmodum de vobis spiritualia audivimus, quae optabamus cum desiderio et precibus propter vestram salutem, quod elevavit dominus corda vestra ad quaerendum eum, et ostendit vobis, quod non solum fide, verum et bonis factis deceat servire deo. Fides enim sine factis mortua est, et falluntur ii, qui se putant deum noscentes, et factis ab eo decidunt. Non solum enim ab hacce sacrosancta sede petiistis praeceptorem, verum et a pio imperatore Michaele. Hic misit vobis beatum philosophum Constantinum una cum fratre, prius quam nos approperaremus. Hi autem cognoscentes apostolicae sedi hereditarie obvenire vestras partes, extra canones nihil fecerunt, sed ad nos venerunt, simul sancti Clementis reliquias ferentes. Nos autem trina laetitia percepta, constituimus animo, habita exploratione, mittere Methodium presbyterum una cum discipulis, filium nostrum, in partes vestras, virum perfectum ingenio et orthodoxum, ut vos edoceret, quemadmodum petiistis, interpretans libros in linguam vestram, in omni ecclesiastico facto totaliter, una cum sacra missa, nominatim cum liturgia et baptismate. Sicuti philosophus Constantinus inchoavit divinum evangelium et per sanctum Clementem preces: ita

et si quis alius poterit digne et orthodoxe interpretari, (hoc) sanctum et beatum deo et nobis et omni catholicae et apostolicae ecclesiae sit, ut facile praecepta divina discatis. Hanc autem unam servate consvetudinem: ut in missa primum legatur epistola et evangelium lingua Romana, postmodum Slavica, ut impleatur verbum scriptum: quod laudant deum omnes linguae; et alias: omnes loquuntur linguae diversae magnitudinem dei, ut fecit eas spiritus sanctus respondere. Si quis collectorum vobis magistrorum et audientium auditus, et a veritate avertentium in nugas incipiet temerarie aliter persvadere vobis, vituperans libros linguae vestrae, excommunicetur, imo vero in judicium detur ecclesiae, donec sese correxerit. Hi enim sunt lupi, et non oves, hosque oportet secundum fructus eorum noscere et vitare eos. Vos autem, filii dilecti! audite doctrinam divinam, neque contemnatis praeceptum ecclesiae, ut convertamini veri cultores dei ad patrem nostrum coelestem cum omnibus sanctis. Amen.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 14 n. 35, in einer latein. Uebersetzung aus dem Altslawischen — nach Moskvitjanin, a. 1843. T. VI. p. 426 seq. e Ms. XVI. aevi in Moscovia. — P. J. Šafařík: Památky dřevn. písemnictví Jihoslov. Život S. Methodia. V Praze 1851.)

3.

Mahnschreiben Pabst Johann VIII. an Paul, Bischof von Ancona, als Legaten in Deutschland und Pannonien. Dt. 874.

Johannes episcopus commonitorium Paulo episcopo fungenti legatione in Germaniam et Pannoniam. *Inter cetera sic ait:* Nam non solum intra Italiam ac caeteras Hesperie prouincias, uerum etiam intra totius Illirici fines consecrationes, ordinationes, et dispositiones apostolica sedes patrare antiquitus consueuit, sicut nonnulla regesta et conscriptiones sinodales demonstrant. *Et infra:* Porro si de annorum numero forte causatur, sciat quia inter christianos, et eos qui intus fidei sunt, numerus certus affixus est. Ceterum ubi paganorum et incredulorum furor in causa est quantalibet praetereant tempora, iuri non praeiudicat aecclesiarum, quae corporalia nescientes, arma, solum dominum et propugnatorem suum quando ei placuerit misereri patienter expectant. Uerum si annorum prolixitas in talibus impedit, ergo Deus ipse reprehendendus est, qui post CCCC et XXX annos filios Israel de durissima seruitute Pharaonis et fornace ferrea liberauit. Sed ipse per se redemptor hominum genus post tot annorum milia de inferni claustris eripuit.

(Wattenbach in den Beiträgen zur Geschichte der christlichen Kirche in Mähren und Böhmen p. 48 n. A., aus einem Cod. des XV. Jahrh. in der k. k. Hofbibliothek 2186. — Vergl. Boczek's Cod. diplom. I. pag. 35 n. 50.)

4.

Pabst Johann VIII. schreibt an König Ludwig, dass die Pannonische Diöcese seit alten Zeiten dem Römischen Stuhle zustehe. Dt. 874.

Idem Loudouico regi quod priuilegia romane aecclesiae nullis temporibus angustantur et quod romane leges rerum eius proscripcionem non nisi post C annos admittunt.

Nemo autem de numero annorum resultandi sumat fomentum quia sanctae romanae aecclesiae cui Deo auctore seruimus priuilegia quae in firma beati Petri stabilitatis petra suscepit, nullis temporibus angustantur, nullis regnorum particionibus preiudicantur. Sed et uenerandae romanae leges diuinitus per ora piorum principum promulgata rerum eius proscriptionem non nisi post C annos admittunt.

(Wattenbach in den Beiträgen zur Geschichte der christlichen Kirche in Mähren und Böhmen p. 49. B. aus einem Cod. des XII. Jahrh. im Olmützer Kapitelarchive n. 205 f. 67. — Vergl. Boczek's Cod. diplom. I. p. 34 n. 49.)

5.

Pabst Johann VIII. ermahnet den Montemerus, Herzog von Slawonien, in die Pannonische Diöces zurückzukehren und sich unter die Obhut des dort bestellten Bischofes (Method) zu begeben. cc. 875.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 16 n. 40, nach Timon Im. ant. Hung. 143. — Fejer C. D. H. I. p. 196. — Jaffé Reg. P. R. p. 263 n. 2259.)

6.

Pabst Johann VIII. schreibt an den Grafen Chocil wegen der Nichtverstossung der Frauen. Dt. 877.

Joannes VIII. papa Cozili comiti de his qui uxores suas dimiserunt uel ad alias illis uiuentibus migrauerunt.

Porro eos qui uxores suas dimiserunt uel illis ad alias uiuentibus migrauerunt nupcias tam diu cum consentaneis eorum excommunicamus quousque posterioribus remotis priores penitendo receperint. Sicut enim nupcie a Deo ita diuorcium a diabolo est teste S. Augustino repertum. Quod enim coniunxit Deus homo non separet. Precipue cum hec pessima consuetudo ex paganorum more remanserit quorum in talibus non alius nisi ipse diabolus erat magister et autor.

(Wattenbach in den Beiträgen zur Geschichte der christlichen Kirche in Mähren und Böhmen p. 49 aus einem Cod. des XII. Jahrh. in der Olmützer Kapitelbibliothek n. 205 f. 67. — Vergl. Boczek's Cod. diplom. I. p. 36 n. 53.)

7.

König Arnulf schenkt dem Abte Snelpero „quasdam res proprietatis nostrae in proprium —, hoc est tres hobas dominicales juxta rivum Scalaha, in comitatu Arbonis, quas prius duo Sclaui, Wartman et Saxo nuncupati, tenuerunt. — Data Kalendas Aprilis anno dom. inc. DCCCLXXXVIII. Ind. VI. anno Arnolfi regis I. Actum ad monasterium S. Floriani.“ —

(Erben Regest. Bohem et Morav. p. 19 n. 46, nach den Mon. Boic. XXXI. I. p. 126 n. 59.)

8.

Pabst Stephan VI. ersucht den Mährischen Herzog Swatopluk, den König Arnulf aufzufordern, „ut urbe Roma domum sancti Petri visitaret, et Italicum regnum, a malis christianis et imminentibus paganis ereptum, ad suum opus restringendo dignaretur tenere.“ Dt. 890.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 20 n. 48. — Annal. Fuld. p. V. Perz M. G. I. p. 407. — Jaffé Reg. P. R. p. 296.)

9.

Pabst Stephan VI. schreibt dem Könige Swatopluk in Betreff der Lehre des heiligen Geistes, und über die angeblichen Ketzereien des Erzbischofes Method. c. c. 890.

Stephanus episcopus seruus seruorum dei, Zuentopolco regi Sclauorum. Quia te zelo fidei sanctorum apostolorum principi Petro uidelicet regni celestis clauigero, omni deuocione deuouisti, eiusque uicarium pre cunctis huius fluctì uagi seculi principibus principalem patronum elegisti, eiusque te cum primatibus ác reliquo terre populo tuicioni pariter commisisti: continuis precibus deum bonorum omnium largitorem exoramus, ut ipsius muniaris suffragio, in cuius manu sunt omnia iura regnorum quatenus eius uallatus auxilio et interuencionibus apostolorum principum Petri et Pauli et a diabolicis muniaris insidiis, et corporali sospitate laeteris, ut anima et corpore tutus ab eterno iudice bonis operibus decoratus, perpetua felicitate doneris. Nos eciam qui eius uicariacione fungimur, debitam solicitudinem pro té gerentes, in quocumque indigueris negocio, in his quae ad salutem tuam pertinent deo auxiliante protectorem inuenies in omnibus. Quem obfidei dignitatem cum omnibus tuis fidelibus, nulla terrarum obsistente inter capidine, spiritualibus ulnis quasi presentem amplectimur amore ut spiritualem filium. Igitur quia orthodoxe fidei anhelare te studio audiuimus, et certo indicio ex hoc agnoscimus, quod ad matrem tuam sanctam uidelicet romanam aecclesiam recurrere uoluisti, quae capud est omnium aecclesiarum collato sibi priuilegio in beato Petro principe apostolorum, cui suas oues uerus pastor commisit dicens: Tu es Petrus et super hanc pętram edificabo aecclesiam, et porte inferi non preualebunt aduersus eam — portas inferi, ora orthodoxam fidem blasfemancium appellans; que auctore Christo omnes hereses destruxit, et uacillantes omnes infide solidauit creatoris sui munita auxilio, dicente domino nostro Jesu Christo: Simon ecce satanas expetit uos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te ne deficiat fides tua et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quis rogo nisi insipiens intantum audeat blasphemie baratrum mergi ut Petri fidem infamet? pro quo uerbum dei in duabus naturis existens, quod natura serui autem natura contulit deitatis. Tuam deuocionem amplectimur, uolentem discere ut prudenciam tuam digna attollamus laude, quae non alibi vagari, sed ipsam quae caput est studuit consulere, a qua eciam omnes ecclesiae sumpserunt exordium. Uerumptamen fundamentum fidei super quod suam Christus constituit aecclesiam istud est: Tres certe persone subsistentes, patris, et filii, et spiritus sancti coaeterne sibi sunt et coequales, et istarum trium personarum una est deitas natura,

una substancia, una diuinitas, una maiestas. In quibus personis discrecio est non confusio, distinccio non separacio. Distinccionem dico, quia alia est persona patris, alia filii, alia spiritus sancti; pater enim a nullo, filius a patre, spiritus sanctus ab utroque, unius eiusdemque substanciae cuius pater et filius est. Et hec sancta trinitas, unus, et uerus, deus est, que nec inicio incipit, aut fine clauditur, nec loco comprehenditur, nec tempore uariatur. Pater enim solus de alio non est, et ideo solus ingenitus appellatur, filius autem de patre sempiternus filius et ideo genitus dicitur, spiritus uero sanctus patris et filii est spiritus sine ullo interuallo, ubi nulla tempora quaeque habent prius uel posterius, sunt cogitanda: et ideo nec ingenitus, nec genitus, sed procedens dicitur, nec duo patres nec duo filii credantur. Quod filii sit spiritus apostolus, et in euangelista testatur: Si quis spiritum Christi non habet hic non est eius; et Paulus apostolus quod patris filiique sit spiritus testatur: Uos autem non estis in carne, sed in spiritu; si tamen spiritus dei habitat in uobis. Et iterum ut patris sit spiritus, lucidissime distinguit dicens: Quod si spiritus eius suscitauit Jesum a mortuis habitat in uobis, uiuificauit et mortalia corpora vestra. Ut uero filii sit spiritus, idem Paulus testatur: Quoniam autem estis filii dei, misit deus spiritum filii sui in corda nostra, clamantem abba pater. Ut a patre procedat ipsa ueritas dicit: Spiritus qui a patre procedit, ille me clarificauit. Ut a filio procedat eadem ueritas testatur: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Absit enim ut spiritus sanctus credatur de patre in filium, et de filio ad sanctificandam creaturam quasi quibusdam gradibus procedere, sed quemadmodum de patre, ita et de filio simul procedit. Quis enim negabit esse spiritum sanctum uitam? et cui uita pater, uita sit filius; sicut pater uitam habet in semet ipso, sic dedit et filio uitam habere in semet ipso. Haec tibi de multis pauca dixisse sufficiant, quae te absque ambiguitate lingua confiteri et corde oportet credere sed non ultra uires examinare. Quia solis corporei radio oculorum retunditur intuitus, quanto magis ineffabilis deitatis claritate terrena mens retunditur. Hanc fidem a domino in apostolos et apostolis fundatam sancta catholica et apostolica romana tenet ecclesia: quam tu ut firmiter teneas monemus, exoramus, et testificamus. In qua et Wichingum uenerandum episcopum et carissimum confratrem aecclesiastica doctrina eruditum repperimus, et ideo eum uobis ad regendam sibi commissam a deo aecclesiam remisimus, quia fidelissimum eum tibi, et pro te satis solicitum in omnibus agnouimus. Quem veluti spiritualem patrem, et proprium pastorem digno honore et debita reuerencia sincera mente recipite tenete et amplectimini, quia in eo exibitum honorem Christo conferitis, ipso dicente: Qui uos recipit, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Ipse itaque omnium aecclesiasticorum negociorum officiorum habeat curam, et dei timorem pro oculis habens dispenset eadem, quia et pro his et pro animabus commissi sibi populi ipse redditurus erit districto iudici racionem. De ieiunio itaque scias a lege, prophaetis, et ab ipso domino in euangelio approbatum. Moyses namque ut legem acciperet quadraginta diebus et noctibus ieiunauit. Haelias qui caelum orando clausit, ut non plueret annos tres et menses sex, et rursum orando aperuit, et caelum dedit pluuiam et terra dedit fructum suum, quadraginta diebus et noctibus ieiunauit. Auctor et ipse legis Jesus Christus dominus noster quadraginta diebus et noctibus ieiunauit. Si quis uero ieiunium reprobat, reprobet et oracionem

et blasphemet esse malum demones eici, dicente domino: Hoc genus non eicitur nisi in oracione et ieiunio. Preceptum quippe est ieiunare, sed quibus diebus sit ieiunandum quibusue prandendum, precepto domini uel apostolorum non est diffinitum asercione, sed antiqua patrum consuetudine tenet aecclesia, quia et priorum instituta et consuetudo maiorum pro lege tenenda sunt. Quarta feria ieiunandum est, quia considerato euangelio quarta sabbati Judei consilium inierunt, ut Jesum dolo tenerent et occiderent. Sexta autem sabbati recte ieiunio deputatur, propter dominice passionis reuerenciam. Sabbato quoque nihilominus ieiunandum est propter renouandam memoriam rei geste, quia discipuli dominum humane intellegentes eo die in sepulchro quiescentem doluerunt. Quintam uero feriam quidam arbitrati sunt esse dissolutam quia eo die reconciliacio sit penitencium, et eo die sanctum crisma conficitur, et eo die redemptor cum discipulis cenauit, et eis sacramentum sui corporis et sanguinis tradidit, eo die uidentibus discipulis ad caelos ascendit. Dominicus certe dies propter resurreccionis gloriam et aduentum sancti spiritus laeticie consecratus est. Duos qui remanent, proprio unius cuiusque relinquamus arbitrio; in quibus id obseruandum censeo ut qui manducat non manducantem non spernat, et qui non manducat manducantem non iudicet, ut quitquid agimus, in gloria dei faciamus. Jeiunium scilicet quod quatuor temporum dicitur antiqui patres celebrandum non frusta sanxerunt, dicente psalmista: Benedicam dominum in omni tempore, ut singulis quibusque temporibus anni humiliemus animam in ieiunio. Primi itaque mensis ieiunium dominus in exodo, quarti, septimi, et decimi ieiunium per Zachariam prophaetam celebrari precepit, ut qui omni tempore de misericordia confidamus penitendo Haec tibi de ieiunio pauca dixisse sufficiant, quam uis plurima dici possent eius misteria que nunc exponere non est temporis. Hoc tamen ieiunium deo pre ceteris acceptabile credito: dissolue colligaciones impietatis, solue fasciculos deprimentis, dimitte eos qui confracti sunt liberos, et omne onus disrumpe. Quod hs adornandum est monilibus: Frange esurienti panem tuum et egenos uagosque induc in domum tuam. Has scias deo acceptabiles lampades, quibus ieiunium adornandum est cotidie ut deo sit placitum. Methodium namque superstitioni, non edificacioni, contencioni non paci insistentem audientes plurimum mirati sumus; et si ita est ut audiuimus, superstitionem eius penitus abdicamus. Anathema uero pro contemnenda catholica fide, qui indixit in caput redundabit eius. Tu autem et populus tuus sancti spiritus iudicio eritis innoxii, si tamem fidem quam romana praedicat aecclesia tenueritis inuiolabiter. Diuina autem officia et sacra misteria ac missarum solemnia que idem Methodius Sclauorum lingua celebrare presumpsit, qûod ne ulterius faceret supra sacratissimum beati Petri corpus iuramento firmauerat, sui periurii reatum perhorrescentes nullo modo deinceps a quolibet presumatur. Dei namque nostraque apostolica auctoritate sub anathematis uinculo interdicimus, excepto quod ad simplicis populi et non intelligentis aedificacionem attinet, si euangelii, uel apostoli, exposicio ab eruditis eadem lingua annuncietur, et largimur et exortamur, et ut frequentissime fiat monemus, ut omnis lingua laudet deum, et confiteatur ei. Contumaces autem et inobedientes, contencioni et scandalo insistentes, post primam et secundam admonicionem si se minime correxerit, quasi zizaniorum seminatores ab aecclesie gremio abici

sancimus, et ne una ouis moruida totum gregem contaminet nostro uigore refrenari et a uestris finibus procul excludi precipimus.

(Wattenbach Beiträge zur Geschichte der christlichen Kirche in Mähren und Böhmen 1849. p. 43 nach einem Ms. Cod. des X. Jahrh. in der Biblioth. des Stiftes Heiligenkreuz. — Jaffé Reg. pont. Rom. p. 297 n. 2649. — Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 20 n. 49.)

10.

K. Arnulf schenkt der Kirche und der königl. Kapelle, welche er bei „Rotagin" zu Ehren des heiligen Apostels Jakob errichtet hat, einige Güter und Einkünfte, „hoc est ad Besinga hobas duas absas, et mansas VI, cum pleno censu, et ceteras, quae in illa villa sunt, quae ad hospites pertinent et ad Sclauos liberos. — Data IV. Non. Augusti (2. August) Anno dom. inc. DCCCXCVI. Indict. XIV. — Actum ad Reganespurc."

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 21 n. 52. — Mon. Boic. XXVIII. I. p. 113 n. 81.)

11.

König Ludwig schenkt über Ersuchen seines Anverwandten und Markgrafen Luitpold „cuidam homini suo nomine Immo in comitatu senioris sui, prope aquam, quae dicitur Loua, hobam unam, quam Sclauus quidam, nomine Gruonkin, quondam obsederat, cum curte et casa aliisque aedificiis, campis etc. — Data XVIII. Kal. Junii (16. Mai) Anno inc. dom. DCCCCV. Indict. VII. — Actum Regina civitate.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 26 n. 57. — Hormayr Taschenbuch 1830. p. 291, 293. — Mon. Boic. XXXI. I. p. 175 n. 88.)

12.

914—928.

Pabst Johann X. tadelt den Erzbischof Johann von Spalato und dessen Suffragan-Bischöfe, dass sie so lange den römischen Stuhl vernachlässigten, und bedauert, dass sie der Lehre des Methodius folgen. Er ermahnet sie, dass sie nach dem Rathe der Bischöfe Johann von Ancona und Leo von Praeneste die Fehler verbessern und insbesondere dazu sehen „ut secundum mores Romanae ecclesiae ministerium sacrificii peragatur, in Latina scilicet lingua, non autem in extranea."

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 28 n. 60. — Farlatus III. sacr. III. 93. — Jaffé Reg. P. R. pag. 312 n. 2736.)

13.

K. Otto I. erwähnt bei der Gründung und Begränzung des Meissner Bisthumes der böhmischen Gränzen. 965.

Otto I. Romanorum imperator fundans episcopatum in Misnia civitate, et determinans ejus fines, simul mentionem facit finium Bohemiae. — „Huic etiam episcopatui, more antiquorum imperatorum et regum, nostra imperiali potestate terminum posuimus, ubi oritur fluvius, qui dicitur orientalis Milda; inde usque, quo idem fluvius intrat in Albeam, et sic sursum, et ultra provinciam Nisizi, ad eundem terminum sine dubio; nec non in altera parte Luzizi et Selpoli, illam videlicet infra eundem terminum, et inde in aquam, quae dicitur Odera. Et sic Odera sursum usque ad caput ejus. Inde quasi recta via usque ad caput Albee. Inde deorsum in occidentalem partem, ubi divisio confinium duarum regionum est Behem et Nisenem, ibidem ultra Albeam, et per silvam in occidentalem partem usque ad caput praedicti fluminis orientalis Milde. — — Datum III. idus Januarii, anno inc. dom. noningentesimo quadragesimo octavo, indict. VIII, anno vero magni Ottonis imperatoris in domino feliciter regnantis tertio. Actum Moguncie.“

(Erben Regest. Bohem. et. Morav. S. 29 n. 64. — Stat. eccl. Misn. 35 al. — Neues Lausitzisches Magazin XXVII. Bandes 3. Heft, S. 1. cf. Jacobs Grimm Recension von Böhmers Regesten in den Götting. gel. Anzeigen. 1832. S. 72.)

14.

1017—1040.

Zuontibold, ein edler Mann (nobilis vir), übergibt im Tauschwege dem Kloster Tagarinseensi (Tegernsee) sein Landgut in dem Dörfchen „Scazhovan“ und übernimmt dagegen eine in dem Dorfe „Chrebezpach“ über dem Bache gleichen Namens gelegene Hube und fünf königliche Huben am Flusse „Suechant.“

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 42 n. 104. — Mon. Boic. VI. p. 21.)

15.

Kaiser Heinrich III. schenkt der Kirche zu Heimburg den Zehentbezug in der ganzen an der Gränze Hungarns gelegenen und den Böhmen mit dem Schwerte entrissenen Gegend. Dt. Heimenburg VIII. Kal. Novemb. (25. October) 1051.

Donavimus — decimum mansum rectamque fructuum decimationem totius regionis in finibus Ungarorum gladio ab hostibus adquisitae, in pago Osterriche, in comitatu....ex una parte Danubii inter Fiscaha et Litacha, ex altera autem inter Strachtin et ostia Fiscahe usque in Maraha, ad altare S. Mariae — in Heimenburg, et decimam partem utilitatis ullo modo de eadem urbe provenientis. — Data VIII. Kal. Novemb. Ind. IV. anno d. inc. MLI. Actum Heimenburg.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 46 n. 113. — Mon. Boic. XXIX. I. p. 104 n. 377.)

16.

Kaiser Heinrich III. schenkt einem gewissen Haderic drei königliche Huben, wovon zwei zwischen dem Walde Movriberg und dem Flusse Bulka, der dritte aber über dem Flusse Bulka in der böhmischen Mark in der Grafschaft des Adelbero liegt. Data V. non. Martii (3. März) anno incar. dom. MLV. Indict. VIII. Actum Ratisbonae.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 50 n. 120. — Orig. im Archive des Klosters Zwettl. — Meiller Regesten p. 7 n. 17.)

17.

Kaiser Heinrich III. übergibt der Passauer Kirche „locum cujusdam vici Poumgartun nominatum, cum omni utilitate, quae contra Boemos quoquomodo haberi et conquiri poterit; omnemque terram intra subscriptos terminos inclusam; id est vallem ipsam Poumgartuntal dictam, sursum usque ad definitas notas Ungaricorum terminorum, deorsum usque praedium Henrici comitis, exinde in directum usque ad stratam Lauentenburch ducentem, ipsamque usque ad praedium Richuini. — Data VI. Idus Julii (10. Juli) Anno dom. incarn. MLVI. Indict. IX. Actum Berchtenstat.“

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 51 n. 123. — Mon. Boic. XXIX. I. p. 129 n. 391.)

18.

Pabst Alexander II. ertheilet dem böhmischen Herzoge die Bewilligung zur Errichtung der Kirche am Wyšehrade. Data sub Henrico rege, filio Henrici gloriosissimi imperatoris, VII. idus Maji (9. Mai) cc. 1070.

Bohemorum dux Wratizlaus -- limina apostolorum Petri et Pauli honestos per nuntios quotidie visitans, nos — innotuit: Multa ante tempora votum deo vovi, quod adhuc nequaquam implevi. Ecclesiam in honorem Salvatoris nostri, cujus ubique protectione munitus, vestrae pietatis auxilio aedificare cupio. Dictis talibus auditis, pontificalis apex ut adcresceret, sanctorum patrum numero septuaginta duorum communi consilio penitus collaudavimus. Igitur ad haec perficienda Johannem episcopum Tusculanensem fundamentum dare misimus, cujus in praesentia ipse praefatus dux cophinos terra onustatos duodecim propriis humeris portasse videbatur. Locus ergo, in quo est erecta, Wissegrada cognominatur, quod sonat literaliter: altior civitatibus. Qnam sacrosanctam ecclesiam totius provinciae caput dici, venerari sanximus, praediis, mancipiis, auro, argento, ceterisque ornamentis decenter ditatam comperimus. Episcopi ejus sub dominio suis de decimis trecentos homines ad eandem ecclesiam segregaverunt; praesul Pragensis ducentos, Olomucensis centum, fratrum suorum Conradi, Ottonis consensu. Hoc itidem asylum tutamini beati Petri, principis apostolorum, cunctisque in ejus sede sessuris firmiter commendavit. Marcas XII de eadem ecclesia ad pedes universalis papae, quicunque erit, omni anno offerendas sub Christi testimonio

destinavit. Hujus vero conditionis gratia cunctis celsior in eadem regione ut videretur ecclesiis, qualicunque apparamento septem cardinales altari sancti Petri ministrare student, mitra, sandaliis, simili modo ipsius ecclesiae praepositum, presbyterum, diaconum, subdiaconum incedere praecipimus etc. — Data haec — sub Henrico rege, filio Henrici gloriosissimi imperatoris, VII idus Maji.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 57 n. 137. — Chron. Cosmae in Script. rer. Bohem. I. p. 149. — Jaffé Reg. P. R. p. 948 n. 392 anno 1061—1073.)

19.

Historische Note über die Einweihung des Hochaltares im Kloster Windberg. Dt. 1142.

Anno MCXLII in XII. Junii Calenda consecratum est summum altare monasterii Windebergensis et sequente die, XI Junii Calenda, duo altaria e latere consecrata sunt. „Consecravit autem ea dominus Sticco, Olomucensis episcopus, de provincia, que est Moravia, vir magni nominis et meriti, tam spiritualibus quam laicis acceptus et gratus personis“ etc.

(Erben Regest. Bohem et Morav. p. 104 n. 234. — Memoria monast Windberg in Mon. Boicis XIV. p. 15 et 17. — In Necrologio ejusdem monasterii ad XV. Kal. Febr. (l. c. p. 91) haec notantur: „Wlatizlaus dux Boemie († 1174). Iste propria expensa destinavit ad nos episcopum Moraviae, qui et dedicavit monasterium nostrum.“ Et ad VII. Kal. Jul. (p. 100): Stico, episc. Olomucensis († 1150).

20.

Herzog Wladislaw von Böhmen ersucht die Praefekten von Görlitz und Bautzen um die Anwerbung einer gewissen Zahl Reiter gegen Konrad (von Znaym) — 1142 m. Mai.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 104 n. 233. — Menken III. 1702. — Hofmann I. 221.)

21.

K. Konrad III. schenkt dem Hugo von Kranichberg einen Jahrmarkt in dem Dorfe Petronell. Unter den Zeugen erscheint „Steico Morauiensis episcopus. Ladizlaus dux Bohemie.“ — Anno dom. inc. MCXLII. indict. V. Data apud Nurenberch.

(Erben Regest. Boh. et Mor. p. 104 n. 235. — Orig. in arch. Petronell. com. Abensberg-Traun. — Meiller Regesten p. 30 n. 2.)

22.

Miroslaw gründet das Cistercienser-Ordens-Kloster zu Sedlec. Dt. cc. 1142.

Regnante domino Wadizlauo, Boemorum duce serenissimo, cum uxore sua nobilissima domina Gertrude, quidam de primatibus Boemiae, Mirozlaus nomine, — de claustro Valtsaxen conuentum fratrum sibi impetravit committi. Cujus petitioni sanctae conversationis

venerabilis abbas Gerlacus acclinatus, conventum fratrum in Boemiam direxit. Quibus sancto desiderio susceptis, praefatus dominus Mirozlavs, consentiente et adtestante praedicto venerabili duce Boemiae Wadizlao, et reverendo Ottone Pragensium episcopo canonica auctoritate confirmante, persuadente etiam et adtestante venerabili domino Heinrico Moraviensium episcopo, locum, qui dicitur Sedlec, cum omnibus, quae adtinent, deo et sanctae dei genitrici Mariae in usus fratrum praedictorum in perpetuum libere dedit, in primis siquidem statuens, ut ordo monachicus secundum beati Benedicti regulam et patrum Cisterciensium institutionem perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur etc.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 103 n. 231, e copia characteribus sec. XII. accurate delineata (anno 1622) in arch. Sedlic.)

23.

K. Konrad III. bestätigt die Freiheiten und Besitzungen des Frauenstiftes Vilich. Als Zeuge erscheint Heinricus Holomucensis episcopus. Anno dom. incarn. 1144 indic. VI. Data Babenberg im siebenten Jahre K. Konrads.

(Lacomplet Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheines, I. S. 239 n. 350.)

24.

K. Konrad III. bestätigt die Schenkung des Berges St. Gotthard, welche der Altaicher Abt Konrad dem dortigen Kloster gemacht hat. Unter den Zeugen erscheint: „Heinricus, Moraviensis episcopus.“ Data IV. Idus Julii (12. Juli) Ind. IX. anno MCXLVI. Actum in episcopatu Ratisponensi.

(Erben Regest. Boh. et. Morav. p. 118 n. 264. — Mon. Boic. XI. p. 161 n. 40.)

25.

Bischof Reginbert von Passau bestätigt die Stiftung des Klosters Waldhausen durch Otto von Machland. Zeugen: Gebehardus de Purchhusen, Chunrat de Pilstein et filius eius Fridrihc, *Chunrat marchio*, Oudalrihc de Pernecco etc. -- in expeditione Ierosolimitana. 1146. s. l.

(Urkunden des Klosters Waldhausen in Kurz Beiträgen S. 419. — J. Stütz in Chmel's Geschichtsforscher II. Heft S. 227.)

26.

Bischof Reginbert schenkt dem Kloster Waldhausen eine Kirche. Zeugen: Gebehardus de Purchhusen, Chunrat de Pilstein et filius eius Fridrihc, *Chunrat marchio*, Oudalrihc de pernecco etc. — 1146. s. l.

(Daselbst.)

27.

K. Konrad III. bestätigt die Stiftung von Waldhausen mit namentlicher Aufzählung der Dotationsgüter. In dieser Urkunde heisst es unter anderen: Ad quam (prepositurarn) excollendam a Heinrico comite Ratisponensi partem nemoris, quod beinwalt dicitur, duce Heinrico et *marchione Cunrado* annuentibus, eiusdemque particulae nemoris usum remittentibus conparavit (sc. fundator). Dt. 4. Juni 1147.

(Urkunden des Klosters Waldhausen in Kurz Beiträgen S. 419. — J. Stülz in Chmel's Geschichtsforscher II. Heft S. 227.)

28.

Bischof Reginbert bestätigt in einer weitläufigen Urkunde die Stiftung des Klosters Waldhausen, und sichert demselben auch jenen Theil des Waldes zu, „que Beinwalt vocatur, quam ab Heinrico Tvmaduocato Ratisponensi, Heinrico duce Austrie, et *Chvnrado marchione* annuentibus conparavit." Die Zeugen sind: Gebhardus comes de Pvrchhvsin, Chvnradus comes de Pilsteine, *Chvnradus marchio*, Chvnradus comes de Ragitze, Vlricus de Berneke, Hartwicus de Hagenowe etc. — Dt. Wienne XVIII. Juni 1147 in expedicione Jerosolimitana.

(Urkunden des Klosters Waldhausen in Kurz Beiträgen S. 419. — J. Stütz in Chmel's Geschichtsforscher II. Heft S. 228.)

29.

Megingoz bestätigt am Begräbnisstage seines Bruders Siegfried alle Vergabungen, welche die beiden Brüder früher an die heilige Maria zu Göttweig gemacht hatten, wogegen aber Siegfrieds Witwe Einsprache erhob. Dieser Streit musste entschieden werden in presentia domini Chunradi marchionis cunctisque principibus suis, was auch zu Gunsten des Klosters geschah. 1147—1148.

(Monum. Boic. P. II. S. 59. — Stütz in den Urkunden des Stiftes Waldhausen in Chmel's Geschichtsforscher II. Heft S. 228.)

30.

König Wladislaw von Böhmen befiehlt seinen getreuen Thastellao, Haulo, Benisio, Jaroslao u. a. den Bischof von Meissen und dessen Kleriker in ihren Besitzungen zu schirmen. Dt. Luthomarutiz, III. jdus junij (11. Juni) 1157.

(Neumann, Meissner Urkunden 1854. p. 30. n. XXIV. aus dem Orig. auf Pergament im K. S. Hauptstaatsarchive zu Dresden.)

31.

König Wladislaw von Böhmen gibt der Meissner Kirche die ihr früher geraubte und niedergebrannte villa Prezez in pago Budessin zurück. Unter den Zeugen erscheinen: Daniel Pragensis episcopus. Fratres regis Heinricus, Theobaldus, filius regis Fridericus. Camerarius regis Nemoy. Dapifer Cochan, pincerna Wezcelo. Agaso, Woyzlavs primates, Drisizlavs, Zbrazlavs, Conradus etc. Data per manum cancellarij Geruasij prepositi Wissegradensis ecclesie a. d. MCLX. jndict. VIII.

(Neumann, Meissner Urkunden 1854. p. 32 n. XXVI. aus dem Orig. des K. S. Hauptstaatsarchives zu Dresden. — Erben, Regest. Boh. et Morav. p. 135 n. 306.)

32.

Kaiser Friedrich I. bestätigt die der Meissner Kirche vom böhmischen Könige Wladislaw zurückgestellte Villa Prezez. Unter den Zeugen erscheinen: Wladizlaus rex et frater ejus Tipoldus et Heinricus. — Daniel Pragensis episcopus. — Data apud Altenburg, IV. Kal. Martii (26. Febr.) a. d. MCLXV. indict. XIII.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 136 n. 312.)

33.

Kaiser Friedrich I. reformirt das ehemals königliche Kloster Kitzingense bezüglich der Klausur und einer strengeren Lebensweise. Unter den Zeugen erscheint: Vlricus dux Boemie. — Acta sunt haec a. d. MCLXV. Indict. XIII. — Datum apud Biscopsheim XV. Kal. Septemb. (18. August).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 138 n. 316. — Monum. Boic. XXIX. I. p. 378 n. 512.)

34.

Statut Kaiser Friedrich I. bezüglich der Güter verstorbener Geistlichen. Unter den Zeugen erscheint: Ulricus dux Boemorum. Dt. Wormatiae VI. Kal. Octobris (26. Septemb.) a. MCLXV. ind. XIII.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 138 n. 317. — Pertz Mon. Germ. hist. IV. p. 138.)

35.

Im Jahre 1167 den 28. November ist die Kirche in Windberg zu Ehren der heiligen Jungfrau Maria eingeweiht worden: a venerabili et sanctae conversationis viro Joanne, ecclesiae Olomucensis antistite.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 140 n. 320. — Memoria monast. Windberg. in Mon. Boic. XIV. p. 16. — In Necrologio ejusdem monasterii notatur ad. Kal. Aprilis: „Johannes episcopus Olomucensis. Iste dedicavit ecclesiam nostram, et altare Crucis, et altare S. Egidij.“ p. 16.)

36.

Friedrich, Herzog von Böhmen, schenkt dem Kloster Waldsassen das Dorf Pennerit und einen Hof im Dorfe Provwech. Unter den Zeugen erscheinen: „dominus Heinricus Pragensis episcopus. Dominus Albertus archiepiscopus, frater ducis. Priemuzzil frater ducis. Florianus cancellarius et prepositus Wisshigradensis etc.“ Cc. 1182.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 167 n. 374. — Orig. im k. Archive zu München. — Lang in Regest. Boic. zum J. cc. 1179.)

37.

Friedrich, Herzog von Böhmen, und dessen Vetter Wenzel bestätigen den zwischen Hermann, Sohn des Wilhelm, und dem Kloster Plass bezüglich der Dörfer Szheschin und Lugow geschlossenen Tausch. Unter den Zeugen erscheinen: Henricus Pragensis episcopus. Henricus abbas Breunensis. Albertus abbas de monte Syon. Jurata abbas de Lutomisl. Thidricus abbas de Gradis. Hermannus prepositus Pragensis. Florianus prepositus et cancellarius etc. Acta sunt haec in Becsene anno dom. inc. MCLXXXIV.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 171 n. 380. — Orig. im k. k. Haus- und Hofarchive zu Wien.)

38.

Kaiser Friedrich I. bestätigt dem Kloster Seitenstaetten einen von dem Magdeburger Erzbischofe Wichmann geschenkten Waldestheil. Unter den Zeugen erscheinen: Hainricus Pragensis episcopus. — Fridericus dux Bohemie. Leopoldus dux Austrie. — Otto marchio Moravie etc. Actum anno dom. inc. MCLXXXVII. indict. V. in sollempni curia Ratispone III. Non. Martii (5. März).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 178 n. 391. — Cod. tradit. in. arch. monast. Seitenstetten. — Meiller Regest. p. 63 n. 33.)

39.

Herzog Leopold V. von Oesterreich nimmt über Befehl und Ersuchen Kaiser Friedrich I. das Kloster Wilhering in seinen Schutz. Unter den Zeugen erscheint: „Fridericus dux Boemie.“ Act. anno inc. dom. MCLXXXVIII. septimo Kal. Martii (24. Febr.) ad curiam imperatoris Friderici.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 181 n. 395. — Orig. im Arch. des Klosters Wilhering. — Meiller Regest, p. 64 n. 35.)

40.

Heinrich VI. nimmt den Grafen Reinerius de Bartolomeo in seinen Schutz. Zeugen erscheint: „Otto illustris Boemorum dux.“ Dt. probe Urbem, anno MCI. XV. Kal. Maji (17. April).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 185 n. 407. — Das Excerpt aus dem Orig. im Vaticanischen Archive zu Rom besorgte Dr. F. Palacký.)

41.

K. Heinrich bestätigt den Beschluss der Reichsfürsten wegen dem Nichtverkaufe der Kirchengüter. Data in Silva Libertina anno MCXCI. ind. IX. XIII. Kal. Maji (19. April) presente praeter alios, Ottone duce Boemiae.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 185 n. 408. — Pertz Mon. Germ. hist. IV. p. 194.)

42.

K. Heinrich VI. nimmt das vom Markgrafen Theobald gegründete Kloster Waldsachsen in seinen besonderen Schutz. Unter den Zeugen erscheint: Heinricus episcopus et dux Bohemiae. — Acta a MCXCIV. Indict. XII. Datum apud Wirzeburch, IV. Kal. Febr. (29. Jänner).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 188 n. 417. — Mon. Boic. XXXI. I. p. 452 n. 235.)

43.

Heinrich, Herzog und Bischof von Böhmen, bestätigt „comitem Milgost conventum e Waltsassensi ecclesia in Boemiam adduxisse, eique praedium Mastowa, forum Patcha et alia donasse.“ Nomina testium: Heinricus dux et episcopus Boemiae etc. Acta sunt haec anno verbi incarn. MCXCVI. epacta XVIII. indict. XIV. concurr. II. Data Pragae per manum Floriani cancellarii, XII. Kal. Julii (20. Juny).

(Erben Regest. Boh. et Morav. S. 192 n. 429. — E copiario sec. XIV. med. in archiv. Ossec. fol 1 copia in Mus. Boh.)

44.

Přemysl, König von Böhmen, soll die von dem Edlen Hugo von Czielczicz (Čelčic) der Kirche des heiligen Grabes (am Zderaz) gemachte Schenkung einer Hälfte des Dorfes Chotziecz (Choteč) bestätigt haben. Unter den Zeugen erscheinet: D. Rupertus episcopus Olumucensis. Facta anno MCXCIX. VI. Kal. Octobris (26. September).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 201 n. 447. — Palacký über Formelbücher. I. Lief. Beil. III.)

45.

König Otakar von Böhmen bittet Pabst Innocenz III. um Bestätigung seines neuen, und um Auflösung des alten Ehebündnisses. 1199.

Cum vestrae discretionis cauta et potens authoritas cunctis sciat et possit finem ac robur dare negotiis, vestrae notificamus sanctitati, nos in pueritia nostra cuidam consanguineae nostrae, ipsa etiam in tenera aetate exsistente, sine dotalibus instrumentis, praeter parentum nostrorum conscientiam, insuper et illius cognatis ignorantibus, adhaesisse, et sic nos aliquot annis simul non sine laesione utriusque conscientiae, cohabitasse. Super nostra autem disjunctione literae a Romana sede fuerunt impetratae, nec unquam praedecessores vestri, quamvis super hoc essent consulti, talem contractum stabilire voluerunt, eo quod nos in quarto gradu consanguinitatis attingeremus; sed nescio qua de causa episcopus Pragensis beatae memoriae H. eidem supersedit negotio. Cum vero ex ea sobolem suscepissemus, statueramus pudori susceptae prolis consulere, et quod acciderat, sub silentio praeterire. Verum tamen cum ab amicis nostris et utriusque cognatis, nec non et aliis viris religiosis super eodem facto saepe argueremur, eo quod nobis non esset tutum tali copula detineri, nec ipsa a nobis secretius et diligentius inquisita eandem consanguinitatem inficiaretur, utile nobis visum fuit potius indebitae conjunctionis sustinere dissolutionem, quam ei cohabitare contra ecclesiae praeceptum et honestatem. Cum vero ipsa mecum esset in regno, accesserunt utriusque cognati, et nostrum in facie ecclesiae coram episcopis, judicibus ordinariis regni nostri, impetierunt contractum, asserentes, illum impediente consanguinitate non esse legitimum. Citati itaque pariter sumus ad judicum praesentiam, et pro cognatis illius propinquioribus etiam est missum. Sed nec ipsi, nec ipsa ad locum praefinitum, quamvis eis esset tutissimus, voluerunt accedere, qui, ne potuissent accedere, nullum per nos habuere impedimentum. Accessit autem episcopus Pragensis cum aliis viris venerabilibus ad praefatam uxorem et consanguineam nostram, et quid de eadem consanguinitate fateretur, inquisivit. Nec ipsa nos esse consanguineos diffitebatur. Certiores itaque facti episcopi, cum tribus edictis essemus vocati, et accusatores instarent, processerunt in eodem negotio; et auditis allegationibus accusatorum, cum ipsa se contumaciter absentaret, septem nobilium virorum testimonium, eorundem jurejurando confirmatum, super eadem consanguinitate, eo quod esset in quarto gradu, receperunt, sicque inter nos authoritate ecclesiastica sententiam divortii promulgarunt. Quapropter Sanctissime pater, cum ista, sicut nobis videtur, rite sint acta, et nos in facie ecclesiae aliam legitime duxerimus in uxorem, sororem scilicet dilecti et vobis in omnibus devoti regis Ungarorum, obnixe petimus hujus matrimonii confirmationem et a consanguineae nostrae impetitione absolutionem. Praeterea latorem praesentium, priorem cujusdam monasterii nostri, virum religiosum, cujus fides nobis in omnibus est probata, non solum pro hac causa, sed etiam pro diversis negotiis — vestrae sanctitati direximus, cui non minus quam nobis credatis.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 201 n. 448. nach einem authentischen Transsumpte Pabst Innocenz IV. vom Jahre 1245 13. Juli. — Palacky's ital. Reise p. 18.)

46.

Die Fürsten und Grossen Deutschlands, worunter auch der König von Böhmen und der Markgraf von Mähren genannt werden, zeigen Pabst Innocenz III. an „quod mortuo — Henrico Rom. imp. aug. collecta multitudine principum, ubi nobilium et ministerialium imperii numerus aderat copiosus, illustrem dominum nostrum Philippum in imperatorem Romani solii rite et solemniter elegimus. — Datum Spirae V. Kal. Junii (sine anno) 1200.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 203 n. 451. — Pertz Monum. Germ. hist. IV. p. 201. — Böhmer Reg. imp. 1849 p. 10.)

47.

Přemysl Otakar, König von Böhmen. bestätigt die durch Slávek und Milhost gemachte Stiftung des Oseker Klosters. Unter den Zeugen erscheinen: Othakar, qui et Primuzl, rex tertius Boemiae, Wladizlaus marchio Moraviae, Cristanus cancellarius et praepositus Wissegradensis etc.“ — Acta sunt haec an. inc. dom. MCCIII. ep. VI. conc. II. indic. VII. Data Pragae per manus Cristani cancellarii et Benedicti scriptoris, sigillata autem per manus Anshelmi, VIII. Kal. Maji (24. April).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 214 n. 470. — Cod. diplom. archivi Ossec. saec. XIV. fol. 1. 2.)

48.

1203. 11. December.

Pabst Innocenz III. schreibt unter anderen den Lombarden von den glücklichen Erfolgen, welche K. Otto mit Hilfe der Böhmen gegen Philipp errungen hat, und sagt zum Schlusse: „Ceterum rex praedictus non paucis castris et terris, quae duci faverant, potenter acceptis, in locis, quae ipse prius habuerat, solemnes curias celebravit, tam a langravio, quam duce Boemiae, quem ipsi regem appellant, et fratre ipsius, marchione Moraviae, a multis quoque comitibus, suppanis. fidelitatis juramenta recepit, et eos de feudis suis solemniter juxta imperii consvetudinem investivit. — Datum Anagniae, III. Idus Decembris.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. S. 216. n. 473. — Regest. Innoc. III. epist. 92 de negotiis imperii. — Baluz. I. S. 731.)

49.

Kaiser Otto und Dietrich, Markgraf von Meissen, versprechen bei dem Abschlusse eines Bündnisses, sich gegenseitig gegen den Pabst Innocenz und den König von Böhmen Odagrius (Otakar) beizustehen, und beschliessen zugleich, dass das Königreich Böhmen dem

Wratislaw, einem Enkel des Markgrafen, zu überlassen wäre. Actum apud Frankenfort, anno MCCXII. XIII. Kalend. Aprilis (20. März) ind. XV.

(Erben Regest. Bohem. et Morav. p. 245 n. 258. – Menken Script. III. 1030. — Or. Guelf. III. p. 807. — Ad hocce pactum pertinet et sequens notia: „Imperator apud Nurinberg celeberrimam curiam circa pentecosten habuit. Ubi omnibus, qui praesentes erant, principibus causam werre inter ipsum et papam innotescit. Regnum etiam Boemiae, abjudicatum Odoacrio regi per sententiam principum, filio ipsius, praesentibus supanis et pluribus nobilibus terrae, cum sex vexillis assignat. Nam matrem juvenis, sororem scilicet marchionis de Missene, repudiaverat, et filiam regis Ungari duxerat.“ Godefr. Colon. in Freher. Script. III.)

50.

Kaiser Otto IV. nimmt in seinen Schutz die Güter des deutschen Ordens. Unter den Zeugen erscheint: Heinricus marchio Moraviae. Dat. apud Nurenberg, an. MCCXII. VI. Idus Maji (10. Mai) Ind. XV.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 246 n. 529. — Hennes cod. dipl. ord. S. M. Theuton. p. 11.)

51.

K. Friedrich nimmt das Kloster Berchtesgaden in seinen Schutz. Unter den Zeugen erscheinen: Odakrius rex Boemiae, Heinricus marchio Moraviae. — Acta anno MCCXII. (sic) indict. I. regnante dom. Friderico, anno regni Romani ejus I. regni vero Siciliae XV. Datum apud Ratisponam, XV. Kal. Martii (15. Februar).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 249 n. 536. — Orig. in reg. archiv. Mogunt. — Mon. Boic. XXX. I. 2 n. 601. — Meiller Regest. p. 111 n. 106.)

52.

K. Friedrich II. nimmt das Schottenkloster zu Regensburg in seinen Schutz. Unter den Zeugen erscheinen: Odakrius rex Boemiae. Heinricus marchio Moraviae. Acta anno MCCII. (sic) indict. I. Datum apud Ratisponam, XIV. Kal. Martii (16. Februar). 1213.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 249 n. 537. — Orig. in dem königl. Archive zu Mainz. — Mon. Boic. XXX. I. 7 n. 602. — Meiller Regest. p. 111 n. 107.)

53.

K. Friedrich II. bestätigt die vom Könige Philipp dem deutschen Orden geschenkte Hälfte des Patronates über die Kirche zu Morle. Unter den Zeugen erscheinen: Ottakarus rex Boemorum, et frater suus Hainricus, marchio Moraviae etc. Acta MCCXIII. ind. II. Dat. in castris apud . . . XIV. Kal. Novemb. (19. October).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 253 n. 543. — Hennes Cod. dipl. ord. S. M. Theuton. p. 12 n. 14.)

54.

K. Friedrich II. ertheilt den Bischöfen, Eckebert von Bamberg und Otto von Würzburg, die Bewilligung zur Verhandlung bezüglich der zwischen den Angehörigen ihrer beiden Diöcesen abzuschliessenden Ehen und der aus diesen Ehen entsprossenen Kindern. Unter den Zeugen erscheinen: Otacarus rex Boemie. — Henricus marchio Morauiae. — Data apud Augustam, VII. Idus Augusti (7. August) Indict. VIII. (1220).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 293 n. 624. — Mon. Boic. XXX. I. p. 102 n. 652.)

55.

Laurenz, Bischof von Breslau, gründet den Markt Ujezd und einige Dörfer nach demselben (deutschen) Rechte, wie solches Neumarkt (Novum forum), auch Středa (Srzoda) genannt hat. Actum in Wratislavia a. MCCXXIII. VIII. Kalend. Junii (25. Mai) presente, preter alios, Radozlao archidiacono Olomucensi.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 312 n. 675. — Liber niger privileg. episc. Vratist — Tzschoppe u. Stenzel Urkundensammlung, p. 282.)

56.

Pabst Honorius III. nimmt das Praemonstratenser Kloster zu Selau in seinen Schutz und bestätigt dessen Besitzungen in Böhmen und Mähren. Dt. Laterani VII. Idus Maji (9. Mai) 1226.

Honorius Episcopus Seruus Seruorum Dei Dilectis filijs Abbati Monasterij Ecclesiae S. Mariae Syloensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris Regularem uitam professis in perpetuam rei memoriam. Religiosam uitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacrae Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij uestris iustis postulationibus clementer annuimus et Monasterium Sanctae Mariae Sylöense, in quo Diuino estis obsequio mancipati, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti priuilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum Deum et B. Augustini regulam atque institutionem Praemonstratensium Fratrum in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Praeterea quascunque possessiones, quaecunque bona Idem Monasterium in praesentiarum iuste ac Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum uel Principium, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis praestante Domino poterit adipisci, firma uobis, uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec proprijs duximus exprimenda uocabulis. Locum ipsum, in quo praefatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinencijs suis Porzucze, Kigov, Mechuticze, Liskovici, Vrzesnik, Otradovici, Petrovici, Rogetici, Lipnicze, Guricze, Kramolin, Pachiov, Pohorze, Hilovici, Miletici, Smilovici,

Vitici, Lubici, Lhota, Drscovici, Bossci, Comarouici, Pognanov, Bistrum, Paulov, Krasonov, Ruchov, Krasonovec, Czlaum, et Branissov uillas cum syluis *usque ad terminos Morauiae*, Bozthelov, Brinscheud, Klov, Dudin, Bukovii, Slanani, Velchov, Moztek, Breisctie cum capella, Vomisla, Sedlicze, Zahorze, Smrdov, Cletecen, Simonice, Vlastovichenik, Vlczono, Vici, Heralice, Zedelic, Brudekovici, Vesely, Seleutz, Terkonici, in Olsan curiam cum uinea, Ztriechovici, Zedelce antiquum, Zuadnovici, Petrin cum uinea, Porek cum syluis usque ad flumen *Giglaue*, Vyskitna, Bradlo, Jesena, Hodiegou et Genikou usque ad flumen de Otvirna cum pratis, uineis, terris, nemoribus, usurarijs et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in uiis et semitis et omnibus alijs libertatibus et immunitatibus suis. Sane noualium uestrorum, quae proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de uestrorum animalium nutrimentis, nullus a uobis Decimas exigere, uel extorquere praesumat. Liceat quoque uobis Clericos uel Laicos liberos et absolutos e saeculo fugientes ad conuersionem recipere, et eos absque contradictione retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in Monasterio uestro professionem fas sit sine Abbatis sui licentia, nisi arctionis Religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat uobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa uoce diuina officia celebrare, Crisma uero, oleum sacrum, consecrationes altarium, seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, a Dioecesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, et communionem sanctae Romanae sedis habuerit, et ea uoluerit sine prauitate aliqua exhibere. Alioquin liceat uobis, quemcunque malueritis, Catholicum adire Antistitem, gratiam et communionem Apostolicae sedis habentem, qui nostra fretus authoritate, uobis, quod postulatur, impendat. Prohibemus insuper, ut infra fines Parochiae uestrae nullus sine assensu Dioecesani Episcopi et uestro Capellam seu Oratorium de nouo constituere audeat, saluis priuilegijs Pontificum Romanorum. Ad haec nouas et indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis Archidiaconis et Decanis, alijsque omnibus Ecclesiasticis Saecularibusque personis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque illius loci liberum esse decernimus, et eorum deuotioni et extremae uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas praeterea et possessiones ad Jus Ecclesiarum uestrarum spectantes, quae a Laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi libera sit uobis de nostra authoritate facultas. Obeunte uero te nunc eiusdem loci Abbate, uel tuorum quolibet successore, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uiolentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu uel fratrum pars consilij sanioris, secundum Deum et B. Augustini Regulam prouiderint eligendum. Paci quoque et tranquillitati uestrae paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes, Authoritate Apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum, seu grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, uel interficere, seu violentiam audeat exercere. Praeterea omnes libertates et immunitates a prae-

decessoribus nostris Romanis P. P. Ordini uestro concessas, nec non libertates et exemptiones saecularium exactionum a Regibus et Principibus, uel alijs fidelibus rationabiliter uobis indultas Authoritate Apostolica confirmamus et praesentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet, uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicae authoritate et Dioecesani Episcopi canonica Justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica Saecularisue persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire tentauerit, secundo tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se Diuino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a secratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem Loco suo iura seruantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Judicem praemia aeternae pacis percipiant. Amen.

Datum Laterani per manum Magistri Quidonis Dni. PP. Notarij VII. Id. Maij., Indict. XIIII. Incarnationis Dominicae Anno M°CC°XXVI. Pontificatus SSmi. Dni. Honorij papae Tertij Anno Decimo.

Ego Honorius Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Guala Scti. Martini Presbiter Card. EE. Equitij. Ego Thomas EE. Sctae. Sabinae Pbr. Cardinalis. Ego Hugo Hostien: et Vellenen: Episcopus. Ego Pelagius Albanus Episcopus. Ego Nicolaus Tusculanus Episcopus. Ego Oliuerus Sabinensis Episcopus. Ego Octauianus SSmi. Sergij et Bachi Diac: Card. Ego Gregorius de Grecent: Sti. Theodori Diac: Card. Ego Rainerius Stae. Mariae in Cosmidin Diac: Card.

(Nach einer einfachen Abschrift im Archive der Abtei Selau mitgetheilt vom Stiftsarchivare, P. V. Bezděka.)

57.

Pabst Gregor IX. fordert die Bischöfe auf, den Brüdern des Dominikanerordens in Olmütz zu gestatten, das Wort Gottes zu predigen, die heilige Beichte zu hören, und Poenitenz aufzuerlegen. Dto. Romae VI. Idus (10.) Maji 1227.

(Nach dem Orig. im Dominikanerklosterarchive zu Olmütz, F. I. P. a. mitgetheilt von Dr. B. Dudík.)

58.

Otakar und Wenzel bezeugen, dass die böhmischen Könige von dem Mainzer Erzbischofe gesalbt und gekrönt werden sollen. — „Confitemur et publice protestamur, quod tam nos, quam omnes successores nostri, consecrationem regalem et diadematis impositionem

de sacrosanctae sedis Moguntinae archiepiscopo, terrae nostrae Metropolitano, in perpetuum tenemur recipere. Si vero idem archiepiscopus, requisitus, se pro motu animi sui subtraxerit, alteri episcopo, quem nos vel succesores nostri postulaverint, vicem suam ad exequendum committet. Ut autem hoc ratum et inconvulsum permaneat, hanc paginam, de consensu venerabilium et dilectorum Pragensis et Olomucensis episcoporum et supanorum nostrorum, appensione sigillorum nostrorum roboravimus. Data Pragae, anno dom. inc. MCCXXVIII. indictione prima.“

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 337 n. 724. — Gudenus Cod. dipl. Magunt. I. p. 500.)

59.

Pabst Gregor IX. fordert den Orden der Predigerbrüder in Magdeburg, Bremen, Polen, Pommern, Mähren, Sorabien, Holstein und Gothland auf, zur Bekämpfung der heidnischen Preussen in ihren Provinzen das Kreuz zu predigen. Dt. Anagniae XV. Kal. Octobris (17. September) 1230.

(Voigt Cod. diplom. Prussic. T. II. p. 24 n. XXIV. nach dem schon beschädigten Orig. im geheim. königl. Preuss. Archive.)

60.

Christian, Bischof von Preussen, erbietet sich dem deutschen Orden in den zu erobernden Gebieten Preussens den dritten Theil abtreten zu wollen. Als Zeugen werden angeführt: Albertus Abbas Velegradiensis, monachi Conradus, Geroldus, Henricus sacerdos, Gebolfus, Wernerus de Praga, fratres domus theuthonice, Fridericus, Vlricus, Fridericus, Diepoldus et alii quam plures. Dt. apud Rubenichit 1231.

(Voigt Cod. diplom. Prussic. T. II. p. 24 n. XXV, nach einer Abschrift im grossen päpstl. Privilegienbuche p. 58 im geheim. königl. preuss. Archive.)

61.

K. Friedrich II. schenkt neuerdings über Ansuchen Hermanns, Grossmeisters des deutschen Ordens, diesem Orden die Kirche in Koniz mit zwei anderen Kirchen. Unter den Zeugen erscheint als der erste: Wencezlaus, rex Bohemiae.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 417 n. 885. — Böhmer Reg. Imp. 1849 p. 164.)

62.

K. Wenzel von Böhmen schenkt dem Hospitale des deutschen Ordens einen Lahn (mansum) bei Urbau und einen zweiten bei Hosterlitz. Dt. apud Znoym XIV. Kal. Martii (16. Febr.) 1237.

In nomine Domini amen. Cum sit principalis prouidencie . gesta propria . et statuta sufficienti cautione munire . ad suorum successorum memoriam . et maxime per litteram que

est baculus memorie . et indicio veritatis . Noscat igitur tam presens hominum etas quam in Christo successura posteritas quod nos Wencezlaus dej . Gracia . quartus Rex Boemie . ob spem uite eterne . et predecessorum nostrorum anime remedium . in subsidium terre Sancte . unum mansum apud uillam Wrbow . et alium mansum . cum medietate uinee . et quatuor subsidibus . apud *Hostheradic* . quos Domina Gysla iusto titulo possedit . omnibus diebus quibus uixit pacifice . fratribus Hospitalis Sancte Marie Jerosolimitanj . liberaliter ac perpetualiter contulimus possidendos . Ne autem super ipsam donationem inposterum aliqua calumpnia queat suboriri . et ausu temerario quispiam atemptet disturbare . presentem paginam cum subscriptione testium sigilli nostri caractere iussimus insigniri . Testes autem huius rej sunt híí . Newhlaz filius Radím . Daleborius subcamerarius . Borso filius Bohuhlay . (sic) . Jaros filius Alberthi de Zliwen . Andreas . miles . de numero Tewtonicorum . Guntherus de Bybersteyne . Cunradus de Strel (sic) Henricus de Sahow . Wilhalmus et Lupoldus pincerne in Znoym. et alíí quam plures. Acta autem sunt hec. Anno dominice incarnationis M. CC°. xxx°vij. X°. Indictionis. Datum apud Znoym per manum Notarií Wilhalmj. xiiij. Kalendas Martíí.

(Nach dem Orig. mit einem wohlerhaltenen Sigille im Archive des Deutschen Ordens zu Wien mitgetheilt von Dr. B. Dudík.)

63.

Bei der im II. Bande des Cod. diplom. Morav. S. 328 n. CCLXXXIV. abgedruckten Urkunde dato Brunae, et acta XIX. Kal. Septembris 1237, mit welcher König Wenzel der Brünner St. Peterskirche seine in Barfuss gelegenen Güter mit allen Zugehörungen für die ihm von dem dortigen Pfarrer Zdislaw abgetretenen Besitzungen in Medlan, Břesowic, Wážan und Bzowe abtrat, kommen S. 329. auf der vorletzten Zeile zwischen die Namen „Andreas“ und „Dirsicrai“ noch folgende im Originale auf einer vollen von dem Abschreiber übersprungenen Zeile vorkommenden Namen der Zeugen einzuschalten: „Filius Benes. Budizlaus filius Vonati. Lambertus de Bozcowiz. Zmilo filius Gerhardi de Zbrazlaw. Welen de Orsechove. Predborius de Zlawicowiz. Leo de Boleradic.“

64.

Bruno, Probst zu Lübeck (nachmaliger Bischof von Olmütz), verzichtet auf die Ansprüche, welche er wegen des von der neuen Mühle zu Lübeck zu erlegenden Zehenten und der Verbrennung der Nadekauer Kirche an die Stadt Lübeck gemacht hatte. Dt. die S. Remigii (1. Oktober) 1239.

(Urkundenbuch der Stadt Lübeck I. Th. S. 88 n. 83.)

65.

1293, 23. November.

Pabst Gregor IX. schreibt dem Albert von Böhmen und erwähnt jene Gutthaten, welche über sein Zuthun der König von Böhmen dem Herzoge Friedrich von Oesterreich

erwiesen. „Cum enim ab imperatore omnibus terris spoliatus fuerit, rex Boemiae jussu papae adfuit eidem auxilio, subsidia praebuit, donec recuperarit terras. Minatur igitur (cum idem dux toto posse juramento praestito sibi adesse debeat, et negotium, quod ipse novit, cum aliis devotis ecclesiae principibus promovere, neptemque suam filio regis Boemiae copulare) ingratitudinem ejus, in quo omnem spem collocat; jubet, eundem admoneat, rem perficiat: aut interdicatur terra, ipse excommunicetur. IX. cal. Decembris, MCCXXXIV (sic). Vetat praeterea, ne quidquam Bojemiae aut Moraviae mali adjungat.

(Erben Regest. Boh. et Morav. S. 456 n. 980. — Albertus Boh. ap. Höfler p. 9.)

66.

Albert von Böhmen befiehlt dem Th. Abt von Obrowitz, Olmützer Diöcese, dass er die dem Canon angeschlossenen Gebete für den Pabst Gregor in der ganzen Diöcese verkünde; ferner „sub excommunicatione deterret ire cruce signatos contra Prutenos aut trans mare, expectare, donec contra Fridericum revocentur a papa; praeterea excommunicationem in Salzburgensem, Magdeburgensem, Ratisponensem, Frisingensem, Waltherum et Henricum Ceszellarium de Wina, fratrem Praedicatorum, et illos de Brunna. Mense ponit Junio. Datum apud Brunna, VII idus Maji (9. Mai) MCCXL. Item archidiaconis Olomucensis dioecesis scriptum, Merseburgensi item.“

(Erben Regest. Boh. et Morav. S. 458 n. 987. — Albertus Boh. apud Höfler p. 10.)

67.

Albert von Böhmen befiehlt allen Klerikern, Mönchen der Aquilejer, Salzburger, Passauer, Olmützer, Gurker, Sekauer und Lavanter Diöcese, dass sie dem Herzoge Friedrich von Oesterreich vom nächsten bis zum achten Tage den Termin setzen, und wenn er nicht gehorchen wollte, so sollen sie ihn mit dem Interdikte belegen. — Dt. Pragae XI. cal. Junii (22. Mai) 1240.

(Erben Regest. Boh. et Morav. S. 459 n. 990. — Albertus Boh. ap. Höfler p. 11.)

68.

Albert von Böhmen befahl dem Regensburger Kapitel durch Ulrich de Sunelbach und dessen Gefährten die Excommunication gegen den Bischof Siegfried zu publiciren; schrieb an den Dechant Spa . . Archidiacon Seman und den Magister G. — Die Ungehorsamen verklagt er zu Brünn. Excommunicirt den Bischof. — Dt. apud Chladorub, VIII. Id. Junii (6. Juni) 1240.

(Erben Regest. Boh. et Mor. S. 460 n. 992. — Albertus Boh. ap. Höfler p. 11. — „Idem hos nuncios misit in Austriam contra ducem: in prima acie decanus Templi cum duobus fratribus, dominus Hospitalis cum duobus fratribus, domus Teutonica cum duobus fratribus. In secunda acie abbas Weligradiensis Cisterciensis ordinis, abbas Lucensis Praemonstratensis ordinis, de Reingard ordinis S. Benedicti, ejus ordinis praepositi. In tertia acie quinque: archidiaconus cum suo decano Olomucensis diöcesis; injunctum omnibus, ut singula intiment. — „Idem VIII. Idus Junii interdicit Chladoroub.“ — Albertus Boh. ap. Höfler, p. 12.)

69.

Pabst Gregor IX. trägt allen Bischöfen und Prälaten auf, die ohne Einwilligung des Priors aus dem Ordensverbande ausgetretenen Dominikanerbrüder, als excommunicirte zu betrachten. Dt. Romae. IV Non. (4.) Julii 1240.

(Nach dem Orig. mit einer Bleibulle im Dominikanerklosterarchive zu Olmütz, F. I. P. d. mitgetheilt von D. B. Dudík.)

70.

Pabst Gregor IX. ertheilt dem Magister und den Prioren des Dominikanerordens die Vollmacht, alle jene, welche in ihren Orden treten wollen, über die aber eine Kirchenstrafe wegen eines leichteren Vergehens verhängt wurde, hiervon zu absolviren: die schwer gravirten aber bezüglich der Absolution an den päbstlichen Stuhl zu verweisen. Dt. Romae, IV Non. (4.) Julii 1240.

(Nach dem Orig. mit einer Bleibulle im Klosterarchive des Dominikanerklosters zu Olmutz, F. I. P. e. mitgetheilt von D. B. Dudík.)

71.

Pabst Gregor IX. bekennet, dass die Brüder des Dominikanerordens nicht verpflichtet sind, der ihnen gegen ihren Willen vom päbstlichen Stuhle, oder einem päbstlichen Legaten, oder sonst von jemandem anderen auferlegten Beilegung von Streitigkeiten oder Vollziehung eines gefällten Urtheiles sich zu unterziehen, falls von einer derartigen Einwilligung in der päbstlichen Bulle nicht ausdrücklich erwähnt wird. Dt. Romae, IV Nonas (4.) Julii 1240.

(Nach dem Orig. mit einer Bleibulle im Dominikanerklosterarchive zu Olmütz. F. I. P. f. mitgetheilt von D. B. Dudík.)

72.

Pabst Gregor IX. verordnet, dass kein Profess des Dominikanerordens ohne Wissen des Priors den Ort seiner Profess verlassen, und dass derartige Flüchtlinge niemand ohne päbstlicher Bewilligung aufnehmen dürfe. Dt. Romae, III Non. (5.) Julii 1240.

(Nach dem Orig. im Dominikanerklosterarchive zu Olmütz, F. I. P. c. mitgetheilt von D. B. Dudík.)

73.

Pabst Gregor IX. erklärt, dass der Magister und die Professen des Dominikanerordens nicht verpflichtet sind, den päbstlichen Zuschriften bezüglich einer vorzunehmenden Neuerung und Visitation ihrer Klöster Folge zu leisten, und befreiet sie von der Vollziehung

der gefällten Urtheile, der Verkündigung der Excommunication, und der Besorgung der Seelsorgedienste bei Nonnenklöstern. Dt. Romae, II Nonas Julii (6. Juli) 1240.

(Nach dem Orig. mit einer Bleibulle im Archive des Dominikanerklosters zu Olmütz, F. I. P. b. mitgetheilt von D. B. Dudik.)

74.

Albert von Böhmen benachrichtet Pabst Gregor IX. von dem Bündnisse einiger Bischöfe und Erzbischöfe gegen die römische Kirche. Dt. Nonis Septembris (5. Septemb.) 1240.

Ait, se hoc anno post Pascha, dum in Moravia esset, excommunicasse episcopos Moguntinum, Salzburgensem, Pataviensem, Ratisponensem, Frisingensem, ducem Austriae, principes Misniae ac Thuringiae. Ducem Austriae paratum fuisse nunciat, sed ab archiepiscopo Salispurgensi et episcopis prohibitum et absolutum. Interdum relaxant, veterem conspirationem renovant, datis obsidibus. Dein duci meo Bojorum unanimiter scripserunt, ut me dimitteret, ac a Bojaria pelleret. Canonici Ratisponenses in praesentia domini mei ducis Bavariae et nunciorum Friderici jactarunt, quod episcopo suo contra hostes imperii et ecclesiae ad triennium velint dare sexcentos milites de suis praebendis solidatos, ad honorem imperii et eorum charissimi domini Friderici. — Item consulo, ut scribatis regi Bohemiae, ut negotio similiter melius et fortius sit intentus, et si placet, nobili viro Bohuzlao filio Zlauconis et nobili viro domino Budizlao filio Jarozlai, simul universis nobilibus, baronibus Boemiae et Moraviae, ut in remissionem omnium peccatorum suorum domino regi Bohemiae in negotiis sanctae Romanae ecclesiae fideliter adsistant et eum ad obsequium ecclesiae fideliter moneant et inducant. Id ipsum, si placet, scribatis sorori regis Boemiae conversae. — Ceterum, pater sancte! scire cupio sanctitatem vestram, ita tamen, pie pater! ut sepultum maneat in aeternum, quod electio regis in Alamannia retardatur, quia junior rex Daciae a proposito omnino recessit, patre suo dissuadente et lapsu regis Bohemiae faciente; fit tamen novus tractatus super hoc circa ducem Austriae et filium sanctae Elizabeth, et quid possit apud illos inveniri, adhuc ignoramus etc. — Nonis Sept.“

(Erben Regest. Boh. et Morav. S. 467 n. 1004. — Albertus Boh. ap. Höfler, p. 19.)

75.

König Wenzel von Böhmen bestätigt einem gewissen Fr. die in der Troppauer Provinz gelegenen Güter und ertheilet ihm verschiedene Freiheiten. Dt. Pruenne. cc. 1240.

Considerantes multimoda fidelitatis obsequia, quae nobis dominus Fr. dictus de... (sic) exhibuit, ad petitionem suam hereditati *tali*, nec non villis attinentibus, in Oppaviensi provincia sitis, quae ad eum per dominam Margaretham nobilem matronam, quondam conjugem fratris nostri Primizlai memoriae felicis, est devoluta, confirmamus et stabilimus omnia jura et libertates, quae a praedecessoribus habuit ab antiquo. — Emancipamus ad haec nominatam hereditatem cum omnibus attinentiis ab omni jure nostris usibus aut nobilium nostrorum pertinente, quocunque nomine censeatur, hoc tantum excepto, quod pro omni servitio in festo b. Martini marca argenti de manso quolibet persolvatur. Ad haec volumus,

ut omnis causa, quae ortum habuerit in hereditate praenotata, seu fuerit capitis seu alterius facti, debeat inibi terminari. — Super haec omnia confirmando renovamus incolis hereditatis saepius nominatae jus habitum ab antiquo, videlicet quod per Oppaviensem provinciam in foris et teloneis de suis mercibus penitus nihil solvant. — Nomina testium, qui praesenti confirmationi interfuerunt, sunt haec (sic). Actum anno domini etc. Dat. Pruenne, per manum Martini notarii nostri.

(Erben Regest. Boh. et Morav. S. 471 n. 1014, aus einer Handschrift der k. k. Hofbibliothek zu Wien Nr. 2493 S. 116.)

76.

O(tto), Pfalzgraf bei Rhein und Herzog von Baiern, benachrichtet den S(iboto), Bischof von Augsburg, dass die Tartaren, nachdem sie Polen bezwungen haben, gegen die Grenzen Böhmens vorrücken. Dt. apud Strubingam III Idus Aprilis (11. April) 1241.

Rumores heu veros, lacrimabiles nimis et dolore plenos, vobis cogimur intimare, ut cognita, quam vobis subscribimus, tribulatione Christianorum, vestrae ac subjectorum vestrorum saluti valeatis efficaciter praecavere. — Quaedam gens barbara Tartarorum, crudelis nimis, multitudinis infinitae, de longinquis et ignotis partibus adveniens, cujus causam adventus aliam ignoramus, nisi quod Christianos universos impie prosequantur et occidant, post innumerabiles strages Christianorum, destructa terra ducis Conradi terrae Cracoviae et filiorum suorum, militibus et popularibus occisis ibidem, nec non devicto duce Poloniae, fines regis Boemiae hostiliter jam est adgressa. Ipse vero rex Boemiae, cum universis baronibus ac popularibus terrae suae cruce signatus, invocato nostro et omnium amicorum suorum auxilio, maxima multitudine hominum collecta, cum ipsis congressurus Quasimodogeniti iter arripit. Qui si forte, quod deus avertat, devictus fuerit, destructionem totius non immerito poterimus Alemaniae formidare. Exercitus autem hostium antedictorum protenditur in tres partes: Primus videlicet versus Norwagiam, secundus Boemiam, tertius in Hungariam. Monemus ergo paternitatem vestram in domino et attentius hortamur, quatenus habito coepiscoporum vestrorum consilio, super liberatione omnium Christianorum hoc tempore sitis solliciti ac taliter praemuniti, ne apud districti judicis examen appareat, quod torpori seu negligentiae vestrae in hac parte valeat imputari. Dat. apud Strubingium, III Idus Aprilis.

(Erben Regest. Boh. et Morav. S. 479 n. 1025. — Hormayr Gold. Chron. II. p. 71.)

77.

König Wenzel von Böhmen ruft alle Nachbarn um Hülfe gegen die Tartaren an, denen er sich, nachdem sie Polen bezwungen haben, an den Grenzen seiner Länder entgegengestellt hat. 1241.

Nos Venczlaus, dei gratia rex Boemiae, omnibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, se totum. Ingruente necessitatis articulo jure quisque ad sinum illius confugit, a

quo sibi consilii et auxilii sanioris inminere sentit incrementum. Nos itaque malum christianitatis et ignominiam Jesu Christo a Tartaris illatam per diversas provincias dolentes, notum esse volumus omnibus fidelibus, quod Tartari omnem Poloniam praeoccupaverunt, et nulli, tam seni quam juveni, quin eum occiderent, pepercerunt; et dux Polonorum, sororius noster, cum ipsis conflictum habuit, et ipsum cum multis occisis penitus devicerunt, et jam terrae nostrae terminos invaserunt. Quod nos cavere volentes, in terminis terrae nostrae, convocatis militibus nostris, ipsorum adventum volumus exspectare. Cum igitur sine christianorum auxilio et omnium amicorum nostrorum ipsos superare non posse timeamus, omnium vestrum auxilium invocamus, ut potius juvetis nos terram nostram defendere et ipsis viriliter obviare, quoniam, cum nos, quod deus avertat, devicerint, vos vitam et res vestras in terra (vestra) defendere oporteat, et tantum subsidium, quantum nunc christianitati exhibere possumus, penitus annulletur: scientes, quod nihil aliud desiderant, quam totam christianitatem abolere. Et quicunque nobis in hac necessitate constitutis auxilium tum propter deum, tum propter nos impenderint, apud eos vitae nostrae temporibus studebimus deservire. Ducem etiam jam dictum in castro Ligentze obsederunt, quod distat vix duodecim milliaria a Gubin. Et rogamus vos et hortamur, quatenus hanc legationem pro joco nullomodo recipiatis; sed, sicut tenemini, negotio totius ecclesiae studiose intendatis auxilium impendendo. Insuper sciatis, quod ecclesia in partibus nostris lacrimis et jejuniis et cruces portando se affligit, misericordiam domini implorando. Quare consulimus, ut amicos vestros commonitos habeatis, ut pro ecclesia orent et etiam nos apud eos habeant commendatos.

(Erben Regest. Boh. et Morav. S. 480 n. 1027. — Hormayr Gold. Chron. II, p. 66.)

78.

König Wenzel schreibt an K. Konrad, Sohn des röm. K. Friedrich, über die Tartaren, welche in Hungarn an dem Ufer der Donau festen Fuss gefasst haben. 1241.

Serenitatis vestrae literas, in qua decuit, honestate recepimus et super ipsarum continentia dominationi vestrae ad condignas assurgimus actiones gratiarum etc. Sane nova digna relatu, quae habemus ad praesens, dignum excellentiae vestrae, secundum quod a nobis vestra requisivit eminentia, duximus intimanda de gente Tartarorum, quae, interfecto duce Poloniense, reversa est in Hungariam ad exercitum suae gentis copiosum et fortem. Cujus tanta est potentia, quod, fugatis regibus terrae: ipsam Hungariam occupaverunt, nullum sibi in eadem resistentem invenientes. Sed nec tanta temeritate contenti, populum christianum tormentis variis et miserandis plurimum primunt, ecclesias dei destruunt, et in ipsis ante et post earum destructiones universas indifferenter abhominationes exercent, quas inhumanae genti et bestiali convenit comparari. Unde cum a tempore paschali eorumdem astutias et fraudes plenissime sumus experti, utpote qui contra ipsos pondus dierum et aestus comportavimus tam in terminis Poloniae, quam in metis Moraviae et Hungariae, videntes caedes et scelera, quae faciebant et in Moravia et in Austria, perpendimus, quod etiam confidenter dicimus, quod nisi maturius ipsorum reprimatur praesumptio, periclitari potest fides catholica

cum populo christiano. Vestrae igitur serenitati, quae provido et prudenti regitur consilio, meditandum incumbit, qua providentiae industria ipsorum inhumanitati et astutiis occurrendum et quibus ecclesiae dei pressuris, quibus eadem illorum occasione laborat, consiliis expediat succurrendum. Unde si gloriosum et aeternum nomen et memoriale vobis et vestris successoribus relinquere volueritis in aetate tenera, vestrum ad ipsos maturetis adventum, scituri, quod in ripa Danubii castra posuerunt in Hungaria, et ibi procul dubio poterunt inveniri. Cum autem jam procedamus in Ungariam, et vestram forte moram trahere contigerit excellentiam, si vestrae placuerit celsitudini, reditum nostrum expectabitis, ut, si sani per dei gratiam reversi fuerimus, nos possimus et sciamus de singulis plenius expedire. Cetera testis.

(Erben Regest. Boh. et Morav: S. 484 n. 1031. — Hormayr Gold. Chron. II, p. 66.)

79.

König Bela IV. von Hungarn ersuchet dringend den deutschen K. Konrad IV. um Hilfe gegen die Tartaren. 1241.

Barbarae nationes, quae vulgo Tartaros se appellant, de plaga orientali velut locustae ex heremo prodeuntes, majori Ungaria, Bulgaria, Cumania, Rossia, nec non Polonia et Moravia, castris et munitionibus quibusdam exceptis, quae usque hodie se ipsos defendunt, depopulatis totaliter, non absque infinita personarum strage miserabiliter destructis, terraeque gleba incolae novo relicta, regnum nostrum totum ultra Danubium noviter proh dolor! occuparunt, quod non sine magno cordis dolore proferimus, venerabilibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, monachis, Minoribus et Praedicatoribus fratribus, monialibus, uxoratis, viduis et virginibus post defloramen earum et populorum multitudine infinita caede miserabili trucidatis; ac volentes et parantes resistere manu forti, post habitum cum eis conflictum, non sine vehementi personarum et rerum jactura, fortuna nobis novercante, ille succumbere nos permisit. peccatis nostris exigentibus, in quem jactaveramus anchoram spei nostrae. Ceterum sicut accepimus firmiter, circa principium hiemis versus Alemanniam proponunt procedere gressibus festinatis, exinde se regna ac universas provincias occupare, omni obstaculo relegato, sperantes. Cum igitur non solum nostra, verum etiam totius populi christiani res ad praesens agi per facti experientiam videatur, dum pro parte paries noster est succensus, dilectionem vestram quam intime rogamus et hortamur in domino, quatenus ob reverentiam nominis Jesu Christi precumque nostrarum interventu contra eosdem perfidos in praesidium nostrum, imo verius totius populi christiani, vestrum dignemini sine morae dispendio accellerare succursum, subditos vestros ad tantum pietatis opus precibus et monitionibus inducentes; preces, quas vobis vice christianitatis porrigimus, tam efficaciter audituri, quod imminens orbi toti valeat evitari discrimen per subsidium vestrum et aliorum Christi fidelium, nos quoque constituamur vobis perpetuo ad grates et merita debitores. Porro ii, qui dignabuntur dei obsequio et nostro succursui sese offere, de suo nos certificent

adventu, ut in confinio regni nostri eos honorifice recipi faciamus. Quidquid vero lator praesentium in nostri vice nuncii dixerit, fidem et credentiam ei dignemini adhibere. Datum....

In eundem modum duci de Brunswich.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 493 n. 1049, aus einem Cod. Ms. der k. k. Hofbibliotkek zu Wien N. 590 f. 92. — Hormayr Gold. Chronik II, p. 65.)

80.

König Wenzel von Böhmen bestätigt dem Cisterciensерordenskloster Marienthal (Vallis Sanctae Mariae) den Kaufkontrakt über die Dörfer Iauernik und Behemisdorf, mit der Kirche und dem Walde, mit den Wiesen und Gebüschen, mit den bebauten und unbebauten Feldern, abgeschlossen mit Hertwig von Dyzin. Acta sunt haec anno dom. inc. MCCXLII mense Junio, indictione XV. Dt. Pragae, per manum curiae nostrae notarii Rinbotonis.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 503 n. 1062, aus der Bestätigung K. Karl IV. — Cod. diplom. Lusatiae sup. p. 47.)

81.

Herzog Friedrich von Oesterreich verleiht dem Zwetler Kloster eine Mauthbefreiung. Unter den Zeugen erscheint: Frater Fridericus commendator domus militiae Templi per Moraviam. — Datum in Hintperch, anno MCCXLIII. X. Kal. Februar.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 505 n. 1068. — Frast Liber fundat. mon. Zwetl. in Fontibus rer. Austr. II. 3. p. 120.)

82.

Rüdiger, Bischof von Passau, übergibt dem Konvente zu Zwetel einen gewissen Zehend in dem an der Gränze Böhmens gelegenen Dorfe Weichartesdorf, welcher durch den Tod des Hartlieb von Znaim erledigt wurde. Dt. aput S. Ypolitum, III. Idus Aprilis (11. April) anno dom. MCCXLV ind. III.

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 528 n. 1114. — Liber fundat. mon. Zwetl. in Font. rer. Austriacar. II. Bd. III. p. 116.)

83.

Pabst Innocenc IV. ermahnet die Aebte von Břewnow und Kladrub, Benedictinerordens, dann jene von Pomuk und Plass, Cisterciensерordens, zur jährlichen Abhaltung der Kapitel in der Prager und Olmützer Diöcese, wobei wegen der Reform des Ordens und der Observanz im Sinne der Constitutionen des Concils verhandelt werden soll. Dt. Lugduni, X. Kal. Febr. (23. Jänner) p. anno III (1246).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 538 n. 1144. — Aus den Regest. Pabst Innocenc IV. J. III. Br. 348, ausgezogen durch Palacky.)

84.

Pabst Innocenc IV. ertheilt einen vierzigtägigen Ablass allen jenen, welche zur Herstellung der Kirche und des Dominikanerklosters in Olmütz Almosen und milde Gaben spenden. Dt. Romae, mense Augusto, 1246.

(Nach dem Orig. mit einer Bleibulle im Dominikanerklosterarchive zu Olmütz, F. I. P. g. mitgetheilt von D. B. Dudík.)

85.

Pabst Innocenc IV. verordnet den Aebten des Benedictinerordens in der Prager und Olmützer Diöcese, dass sie jährlich ein Kapitel halten, und erwähnt, dass er den Abt von Altaich in der Passauer Diöces mit der Aufsicht darüber beauftragt habe. Dt. Lugduni, VI. Nonas Martii (2. März), pont. anno quarto (1247).

(Erben Regest. Boh. et Morav. p. 544 n. 1164, nach einer Abschrift im k. böhm. Museum aus dem Kladruber diplomatar.)

86.

König Wenzel von Böhmen schenkt der Meissner Kirche einige Güter. — „Volumus esse notum, quod nos ad petitionem venerabilis domini Conradi, Misnensis episcopi, et ad petitionem dilectae sororis nostrae Agnetis, nec non pro remedio animae dilecti filii nostri Watzlai, proprietatem villarum *Dobrawe*, *Rudegersdorf* et *Helwigesdorf* cum attinentiis suis, — cum decimis et fructibus universis, — sancto Johanni Evangelistae sanctoque Donato martyri, gloriosis patronis in Misne, dedimus pleno jure. — Datum in Camich, per manum Herbordi curiae nostrae notarii, anno dom. MCCXLVII. X Kal. Octobris. Indictione quinta.“

(Erben Regest. Boh. et Mor. p. 551 n. 1184, aus dem Orig. des k. s. geh. Staatsarchives zu Dresden. — Cod. dipl. Lusatiae super. I. p. 59. — Neumann Meissner u. Oberlausitzer Urk. p. 64 n. 49.)

87.

Die Iglauer Stadt- und Bergrechte. 1247—9.

In nomine domini *nostri* amen. Nos Wencezlaus dei gracia Rex Bohemie et *Marchio* Morauie: Omnibus presentem paginam inspecturis salutem inperpetuum. Cum regalis dignitas et honestas Tanto diligencius suis fidelibus ad esse teneatur, quanto differencius preceteris, quibus regimen atque[1]) et culmen terreni dominii est donatum. Clare prefulget dignitatis nomine et honore. Vnde nos, qui nostrorum fidelium cauere uolumus et tenemur jndemnitatibus et periculis onerosis. Ex plenitudine gracie nostre et fauoris, ad memoriam fieri uolumus sempiternam Tam uiuentibus quam uicturis. Quot nos regia auctoritate nostra

[1]) Regnum et.

et libera uoluntate Dilectis ciuibus nostris in Iglauia et montanis ubique in regno nostro constitutis singulis et vniuersis, Libertates. Jura, nec non et statuta subscripta, per que tranquillitati et communi utilitati eorum et pace [1]) decreuimus prouidendum. Ipsis nichilominus et eorum heredibus, successoribus [2]) et posteris Regia prouidencia et hilaritate concedimus, indulgemus et confirmamus. Insuper cum nos dilecto filio nostro Primizloni principatum Morauie contulissemus, dictos ciues et monthanos nostros sibi paterne donauimus, et in graciam sue dingnitatis speciali dilectionis affectu fideliter et Regaliter de mauu ad manum commisimus conseruandos et super hiis omnibus confirmandis et conseruandis presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Nos Primicil [3]) dei gracia Marchio Morauie Regiam beniuolenciam et fauorem patris nostri illustrissimi regis Bohemie erga suos fideles Ciues et montanos et erga alios regie dignitati obsequium prestantes sue uoluntati et paternitati per omnia decreuimus obedire et presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus consingnari, Ne igitur libertas et gloria maiestatis regie per aliquos presumptuosos debeat impugnari uel irritari vna cum filio nostro uolumus et mandamus sub obtentu gracie nostre et rengni, Quatinus Nullus baronum, Nobilium, uel militum, aut prouincialium, siue curialium rengni nostri aliquam presumptionem uel uiolenciam exercere presumat in aliqua ciuitate nostra, Nec aliquem hominem inuadat, nec capiat, nec in aliquo negocio suo impediat, sine licencia et scitu iudicis ciuitatis et iuratorum. Et quicunque ciues et montani habent [4]) homines *subsedes* et possessiones extra ciuitatem uel infra [5]), nullam de ipsis iudex prouincialis uel beneficiarij terre habeant iudiciariam potestatem, uel aliquod ius terre, Set si de aliquo ciue uel de aliquo homine ciuis habent aliquid conqueri, coram iudice et judicio ciuitatis conquerantur, sicut ceteri homines justiciam suam exquirentes. Et si aliquis ciuium alicui baroni siue militi bona sua uel merces suas [6]) concesserit, sub condicione alicuius diei uel temporis coram iuratis uel aliis probis uiris, et si dictus baro [7]) uel miles, illo die uel tempore non soluerit, ex tunc possit ille ciuis illum baronem uel nobilem aliquem libere pro suis debitis inpingnorare [8]). Ceterum uolumus et mandamus, ut quidquid jurati [9]) ciuitatis nostre et iurati *cum iuratis* montanorum pro bono communi ordinauerint et statuerint, inuiolabiliter ab omnibus obseruari. *Insuper volumus et mandamus districcius obseruari, quod si aliquis ciuium committens homicidium uel alium excessum enormen quemcunque, nec camerarius noster, nec prouincialis, nec aliquis officialium nostrorum, nec iudex ciuitatis, seu iurati in bonis suis tam mobilibus quam inmobilibus aliquam exerceat uiolenciam, quamuis reus profugus factus fuerit, sed uxor sua cum heredibus rebus suis pacifice perfruantur.* ***Incipiunt statuta ciuilia ciuium Iglauie a uiris prudentibus inuenta et regalibus priuilegiis confirmata. Amen.*** De gloriorum principum gracia, et beniuolencia dominorum nostrorum uidelicet regis Bohemie, et marchionis Morauie, nos iurati Iglauienses statuimus, ut quicunque nostrum moritur, et uxorerem [10]) reliquerit et heredes, Judex siue aduocatus nec aliquis alius de bonis suis se aliquatenus in-

[1]) paci. [2]) successiuis. [3]) Prymizlaus. [4]) habuerint. [5]) intra. [6]) Fehlt. [7]) Steht oberhalb der Zeile von derselben Hand. [8]) impugnare. [9]) Judex. [10]) uxorem.

tromittat, set sint in potestate uxoris et heredum, Si autem uxor statum suum[1]) mutare uoluerit de consilio faciet[2]) amicorum, quod si non fecerit de bonis illis minus habebit[3]), et in arbitrio sit uniuscuiusque mulieris et uirginis nubere uel continere, quia coacta coniugia raro placent. Si autem aliquis moritur sine uxore[4]) et liberis et testamentum non fecit[5]) omnia bona sua proximo cedent suo[6]) heredi et si heredem non abuerit[7]), fiat de rebus suis[8]) et de bonis suis in hunc modum. vna pars[9]) cedat pro anima sua, Alia ad uias et pontes *restaurandos*, Tercia ad negocia ciuitatis, et hoc jurati aliqui facere teneantur[10]) ubicunque locorum aliquis moritur compos racionis, quitquid de rebus suis ordinauerit *coram ydoneis fide dignis uel iuratis, uel suo plebano* ratum erit. Si autem aliquis alienus homo moritur intestatus et de rebus suis nichil ordinauerit, iurati res suas et bona sua sub sigillo ciuitatis per anni spacium obseruari facient, ut si medio tempore aliquis amicorum uel. sociorum suorum cum certis indiciis uenerit, bona illius obtinebit iure ciuitatis[11]). Si autem nullus infra anni spacium uenerit et ultra, bona sua in tria diuidentur[12]), et *fiat cum eis* sicut ante dictum est[13]). *Item* Omnis homo ospes[14]) et indigena cuiuscunque generis liberum arbitrium habeat ubicunque uoluerit sepeliri. Volumus eciam ne aliquis homo extraneus contra aliquem ciuem[15]), uel ciuis contra eum[16]) cum trucellariis uel truffatoribus testimonium producat, Set cum uiris ydoneis et fide dingnis duobus uel tribus. Et[17]) nullus cum uiro extraneo super aliquem ciuem pro debitis inducat testimonium, nisi ad minus unum probum uirum huius ciuitatis secum habeat pro suo testimonio confirmando. ***De mercibus et mensuris.*** Jurati uniuscuiusque ciuitatis teneantur de mercato et[18]) mercibus et mensuris, et aliis quibuscunque negociis que ad commune bonum et pacem pertinent fideliter ordinare cum iudicis adiutorio, quidquid autem ordinauerint predicto modo nulli alij se ullatenus[19]) intromittant mutando nec[20]) contradicendo, et quamcunque penam super hiis posuerint illa[21]) persoluatur.

De libero arbitrio hominis racionabilis. Quod[22]) quilibet homo racionis capax cum bonis suis poterit facere quidquid uoluerit[23]), et licet uxor reclamet et pueri contradicant, tamen dominium in suo stabit arbitrio. *Si autem uxori sue coram probis viris patrimonium assignauit, quod wlgo morgengabe dicitur, hoc sibi vendere uel alteri dare sine uxoris consensu non licebit. Verum tamen si maritus infortunio compellente, ad tantam deuenerit inopiam, quod nichil habeat pre manibus, quo se et vxorem et pueros nutriat, ne mendicare compellatur cum scitu parentum vxoris dictum patrimonium poterit ad tempus obligare, licet vxor reluctetur. Item si quis hominum voluerit proficisci ad limina sanctorum videlicet sancti Petri, Pauli, uel Jacobi, seu alias, vxor sua si voluerit iter suum impedire, poterit, voto Ierosolimitano dumtaxat excepto.* ***De mensura et***

[1]) eius. [2]) faciat. [3]) Statt dieser drei Worte: quartam tantum obtinebit partem cum de iure terciam deberet optinere. [4]) uxori. [5]) fecerit. [6]) suo cedent. [7]) habuerit. [8]) Dieses Wort fehlt. [9]) Statt dieser zwei Worte steht: diuidantur in tres partes, quarum prima. [10]) Statt der fünf Worte steht: fiat aliquibus mediantibus iuratis. Et . . [11]) iure ciuitatis obtinebit. [12]) diuidantur. [13]) dictum est ante [14]) hospes. [15]) ciuium. [16]) ipsum. [17]) Item. [18]) Fehlt. [19]) aliquatenus. [20]) immutando uel. [21]) statuerint, hec a statutorum transgressoribus. [22]) Fehlt. [23]) iuxta libitum facere poterit.

pondere. Item uolumus ut quicunque hominum, uirorum uel mulierum cum iniusta mensura inuentus fuerit, uel mensuram statutam aridorum uel humidorum, uel cum iniusta ulna, pondere, uel libra, unam Marcam dabit Juratis. Si secundario inuentus fuerit dabit duas *marcas.* Si tercio, manu carebit, uel eam si uult[1]) redimere det decem marcas. De quibus due partes cedent judici, tercia juratis. *si non reus misericordiam consequetur.* ***De modo querendi falsarios in domo uel alias ubicunque.*** Decreuimus eciam ne aliquis magister[2]) monete uel aliquis hominum in domo alicuius ciuis aliquid querat uel querere[3]) faciat. Nec eciam falsarios et[4]) falsos denarios, nec eciam pro huiusmodi causis domum alicuius intret nisi mediante judice et aliquo juratorum. potest tamen si aliquid talium est[5]) adibere[6]) custodiam donec judex ueniat et jurati. *Si autem magister monete, uel aliquis suorum contra formam prescriptam aliquid in domo alicuius talium inuenerit, uel serui sui, nec reus nec hospes sibi in aliquo respondebunt. Si autem quemquam in foro deprehenderint et iuratos habere non poterit, unum probum hominem uel duos assumat per eos custodiam adhibendo, ne quid de se proiiciat suspectus uel quid sibi adiciatur per alios donec Judex seu iurati adducantur. Si autem in campis, uel siluis magister monete quemquam deprehenderit, de quo habuerit mali suspicionem, et iuratos habere non poterit, sed aliquem alium probum virum uel duos, cum hiis sibi custodiam adhibeat sicut dictum est ante. Si uero suam tantum familiam circa se habuerit, Illum quem impetere nititur, ad ciuitatem duci faciat, et a iudice sibi postulet duos concedi iuratos, qui verba illius argute, et quitquid coram illis iuratis idem deprehensus professus fuerit, in irritum non poterit reuocari. Et sic fiat de qualibet causa tum iurati per preces alicuius inducantur uel a iudice mittantur ad audiendum aliqua promissa uel verba alicuius, quitquid se audiuisse protestantur reuocari non poterit. Si uero non vocati nec postulati, in foro seu taberna quitquid audierint, accusatus ab eis dicta sua coram iudicio poterit reuocare. Si autem enormes actus alicubi viderint, ut vlneraciones, baculaciones, siue capillaciones et euaginatos gladios uel cultellos uel aliquid talium, accusatus ab eis conuincetur.* ***Item de falsis denariis.*** Quod[7]) si falsi denarij apud aliquem probum hominem[8]) inuenti fuerint, et si idem homo[9]) dicit, quod alter probus homo dedit ei illos denarios, Ille alter homo melius potest se metseptimus expurgare, quam ille primus homo possit eum metseptimus conuincere[10]). Si autem dicit[11]) quod monetarius dederit ei[12]). Tunc ipse[13]) metseptimus melius potest monetarium conuincere[14]), quam monetarius *se possit* metseptimus se defendere[15]). ***De forma manilloquiorum.*** Nobis ciuibus expedire uidetur, ne in[16]) aliqua ciuitate regni plures sint judices nisi[17]) unus propter concordiam et pacem, *et quamdiu aliquis iudicio vtitur, si ante iuratus fuerit loco iurati nullum poterit accusare. Item statim sumpto*

---

[1]) uoluerit. [2]) Magistrorum. [3]) queri. [4]) uel. [5]) fuerit. [6]) adhibere. [7]) Fehlt. [8]) honestum virum [9]) Fehlt. [10]) dixerit sibi tales denarios esse datos ab alio viro illese fame, respondens metseptimus, se melius expurgare poterit, quam actor eum possit conuincere poterit metseptimus. [11]) professus fuerit. [12]) se a monetario tales recepisse denarios. [13]) extunc. [14]) metseptimus monetarium melius conuincere poterit. [15]) expurgare. — Dieser ganze Satz von „Si autem dicit — defendere“ steht auf der letzten Zeile dieser Blattseite bei einem Commente von derselben Hand geschrieben. [16]) Fehlt. [17]) quam.

iudicio iuramentum in sancturio (sic) prestabit, quod iustum iudicium nec propter personas nec propter munera corrumpat, sed pauperi sicut diuiti iudicet secundum formam legis instituiam. Item Si iurati in matutino colloquio aliquem acusauerint, et si iudex cum ipsis iudicare noluerit[1]), Jurati innocentes erunt et judex in culpa remanebit. Si autem mora procedente adhuc iudicare noluerit, debent jurati ipsum monere[2]) ut iudicet et satisfaciat conguerentibus. Ne facilitas uenie pariat incentiuum delinguenti. *Iterum tercia uice moneatur Judex a iuratis, si tunc Judicare noluerit, et causa ad superiorem iudicem ut ad camerarium uel ad regem volutetur, et iudex pro negligencia accusatus fuerit, siue parua uel magna causa fuerit. Judex pro reo punietur. Item si quis accusatus fuerit in maniloquio, Judex causam diligenter experiatur et si talis fuerit quod accusatus puniri meruit in pecunia, sic intituletur. Si in manu puniri meruit, sic inscribatur. Si in collo puniri meruit, sic inscribatur secundum excessus sui enormitatem.* ***De modo recipiendi emendam.*** Vbicunque judici cedit aliqua emenda *siue* parua uel magna *fuerit*, induciare debet reum quatuordecim[3]) diebus et transactis illis diebus cum aliquo iurato[4]) accipiat emendam suam, quod si non fecerit, nullam emendam postea superaddere debet[5]) et semper coram aliquo iurato[6]) accipiat emendam suam. ***De iudicis obediencia.*** Si contingat aliquem hominem de aliquo iudice querimoniam in iudicio facere[7]), Judex aliquem iuratum[8]) ponat in loco suo[9]) et de omni querimonia respondeat sicut alter homo. Si autem respondere noluerit, Tunc jurati teneantur dicere sibi[10]) quod ipsum super hiis coram maiori iudicio acusabunt[11]) secundum uerbum legis. *Tu legem patere quam ipse tuleris.* Omnes querimonie que fiunt, ubicunque, reuocari possunt, preter illas, que coram quatuor sedilibus uel banccis iudiciariis proponuntur. Et in omni querimonia, in qua homo astat uerbis sui prolocutoris interrogatus[12]) a iudice dicit[13]), hec sunt uerba mea. Hec querimonia habebitur rata[14]). Et quicunque querimoniam super aliquem fecerit[15]) pro dimedia[16]) Marca et[17]) infra, et si citatus fuerit semel, et si negauerit ab illo die per dies quatuordecim[18]) iuramento confirmabit negatiuam[19]) suam. Si autem fassus fuerit per dies quatuordecim[20]) debitori[21]) soluet, quod si non fecerit grauius punietur, scilicet[22]) judici in dimedio[23]) fertone. Et si aliqua querimonia pro debitis, super aliquem proposita fuerit, ipse melius potest se in cruce excusare quam acusator eum conuincere. Sic[24]) de omni simplici querimonia. Duo conquerentes currunt simul[25]) ad Judicem, et nemo scit quis illorum primus fuerit, vnde cuicunque iudex astiterit, illius querimonia preualebit. *Item si iudicem domi non inuenerit, sed uxorem suam, per eius testimonium primam querimoniam obtinebit.* ***De obligato debitis.*** Item si aliquis homo[26]) obligatus debitis onerosis alicui et[27])

[1]) in iudicando negligens exstiterit. [2]) a iuratis moneatur. [3]) XIIII. [4]) quibus finitis aliquo iuratorum presente. [5]) neglexerit, illi emende non tenebitur aliam accumulare. [6]) iuratorum. [7]) mouere. [8]) ex iuratis. [9]) ponat loco sui. [10]) iurati dicant sibi. [11]) velint acusare. [12]) et interrogatus. [13]) dixerit. [14]) rata habebitur. [15]) Et quicumque super aliquem querimoniam fecerit. [16]) media. [17]) uel. [18]) XIIII. [19]) negacionem. [20]) XIIII. [21]) creditori. [22]) videlicet. [23]) medio. [24]) respondens se melius in cruce excusare poterit, quam actor eum possit conuincere iuramento. Et idem fiat. [25]) simul currunt. [26]) hominum. [27]) Fehlt.

non habens unde soluat, preter hereditatem suam, et si illam hereditatem obligabit[1]) pro dictis debitis coram iudicio, *creditor ipsam* ad spacium anni et diei *tenebit*, et si debitor tunc non exsoluit[2]) *obligata*, creditor extunc eam[3]) coram iudicio ter et *in tribus iudiciis successiue* proclamabit. Et si post trinam[4]) proclamacionem debitor non exsoluerit, Postea[5]) iudex hereditatem illam creditori coram iudicio uel aliquibus juratis libere asingnabit, qui eam uendere poterit uel exponere, secundum condicionem pretaxatam. Et[6]) si aliquis homo extraneus in aliqua ciuitate querimoniam fecerit pro hereditate aliqua, pro tribus Marcis, fideiussores ponat, ut querimoniam suam exsequatur, et si defecerit *in sua causa, uel non exsequendo querimoniam* culpabilis in tribus Marcis erit. *Item si aliquis homo extra terminos regales residens, in ciuitate nostra pro debitis super aliquem querimoniam mouerit, infra triduum sibi fiat iusticie complementum. Item nullus aliquam hereditatem obligare alteri uel resignare tenetur, nisi coram iudice et iuratis. Si uero iudex obierit alio succedente, per iuratos illos nichilominus, qui obligacionem recipit, suam iusticiam obtinebit.* ***De resignacione hereditatum alicuius.*** Si quis uero[7]) alteri hereditatem suam coram iudicio[8]) iure[9]) resignauerit, receptor tenetur dare judici XII[10]) denarios, juratis totidem, Scriptori duos. Si quis querimoniam suam ad iuratos deduxerit, et sibi coram judice uel juratis *aliis* astiterint querimonia sua preualebit. *Sic videlicet, si fuerit de actibus enormibus uel de promissis factis coram iuratis a iudice missis uel precibus obtentis, sed non de quibuslibet verbis ociosis in foro uel in tabernis casualiter ventilatis. Item si respondens carere noluerit, oportebit iuratos obtinere in iuramento quod testantur. Item si quis iuratorum interrogatus pro sentencia illam induciare ad maniloquium velit, iuramento optineat, quod illa vice talem sentenciam nequeat inuenire, et ad hoc a iuratis uel a iudice uel a mouente querimoniam uel a iudice compellatur.* ***Modus et forma iurandi a iuratis.*** *Ego cum iuramento comprehendo, quod feci domino deo, et*[11]) *domino nostro regi, et uobis domine judex, et meis coniuratis, quod uerba illa justa sunt, et uera.* ***De remissione iuramenti.*** De omni juramento quod coram iudicio iurari[12]) debet, si de gracia dimittitur, judici cedent XII. denarii. Scriptori duo ab illo[13]) qui jurare debuit[14]). ***De eo, quod dicitur Erholunge.*** In omni juramento quilibet homo erholunge habere potest, nisi in judicio peremptorio, quod semel fit in anno post festum phasce[15]). *Quatuor autem causas excipimus ab hoc rigore iuris, videlicet homicidium, Stuprum siue violacionem virginum, vicium falsitatis denariorum uel argenti, Inuasionem domus quod wlgariter Heimsuch dicitur, pro quarum qualibet causarum si homo conuictus fuerit in uita dampnatur, si aliqua harum causarum in diem iudicii peremptorii iudicanda ceciderit, reus causam suam induciare poterit usque in diem proximam sequentem, et iterum ab illo die in diem terciam, in qua nullo ulteriori optento termino, oportet uel gracia composi-*

[1]) obligauerit. [2]) exsoluerit. [3]) Fehlt. [4]) ternam. [5]) Fehlt. [6]) Item. [7]) Fehlt. [8]) coram iudicio hereditatem suam. [9]) rite. [10]) duodecim. [11]) Fehlt. [12]) fieri. [13]) eo. [14]) tenebatur. [15]) In omnibus causis, que coram iudiciis tractantur a festo natiuitatis domini usque post octauas Pasche proxima feria VI. qua die iudicio peremptorio presidendum est, quilibet homo iteracionem sue cause, quod wlgo erholung dicitur, habere poterit, quod in die iudicii peremtorii nullus habere poterit.

cionis, uel iuris rigore causam terminari. Omnes causas hiis similes eodem iure volumus terminari. ***De vigore testancium.*** Si quis homo[1]) iuramento de aliqua causa uel culpa se expurgare debuerit cum testibus[2]) et si aduersarius suus[3]) contra aliquem illorum[4]) excipere uoluerit[5]) uel aliquem *eorum* reicere, hoc debet facere[6]) antequam manus[7]) in cruce ponat[8]), quod si non fecerit, iuramentum illorum[9]) stabit. ***De iuratis.*** Si quis juratorum in aliquo deliquerit *uel excesserit* coram judice et judicio sicut alter homo respondebit[10]) nec amplius quam secundum[11]) suum delictum *requirat* cum iusticia punietur[12]). Et[13]) nullus juratorum ab aliquo homine[14]) interrogatus per iuramentum[15]) suum uel per fidem suam[16]) *alicui alteri* tenetur respondere[17]) nisi soli domino rege[18]), preter[19]) in causis iudiciariis a suo iudice requisiti[20]) *testimonium compellitur perhibere.* Si uero aliquis juratorum alicui pro quacunque causa coram iudicio astare uoluerit[21]) cum suo iuramento, apponantur ei custodes duo iurati uel plures qui[22]) verba sua et *formam verborum* audiant et diiudicent, et secundum quod ipsi confirmabunt[23]) uerba sua sic[24]) rata habeantur. ***De arguente sentenciam.*** Quicunque coram juratis et judicio[25]) aliquam sentenciam latam reclamauerit et dixerit[26]) se meliorem uelle inuenire uel inducere et si non fecerit *in instanti* qualescunque expense excrescent super hoc negocio ipse soluet, Insuper[27]) stabit *suo* judici in pena LX. solidorum et cuilibet jurato in[28]) XXX. jsti solidi debent esse breues[29]).

De appellante contra ius. Cuicunque coram judicio et iuratis habundans justicia facta fuerit, et illam contempserit, appellans[30]) et indebite ad dominum regem, stabit in pena X. talentorum. Si autem judex et jurati ipsi[31]) non satisfaciunt[32]), extunc libere se trahet ubicumque uoluerit[33]) postquam sibi justiciam contradixerint[34]). De predicta autem peccunia due partes cedent judici, tercia juratis. ***De numero causarum.*** Volumus ut nullus coram aliquo judicio de aliquibus[35]) causis incusari possit, quam de tribus. ***De Debitori.*** Si quis aliquem hominem[36]) in iudicio pro debitis suis obtinuerit[37]) et[38]) non habens[39]) unde soluat, et[40]) si creditor carere noluerit, judex eum cui soluere tenetur[41]) manu propria creditori tradat, et sic tenebit eum[42]) nec in frigore nec in calore *distemperato*, set ferro manuali, et pascet eum quarta parte panis qui emptus est pro denario[43]), et ciffo aque. Si uero furtim effugerit, extunc creditor ubicunque ipsum rapuerit, cum scitu judicis ipsum[44]) captiuum tenebit[45]). Item volumus, quod duo fratres non possint esse jurati simul, nec pater et filius simul, nec frater fratri in testimonio astabit, nec filius patri

---

[1]) hominum. [2]) de aliqua causa uel culpa iuramento cum testibus se expurgare debuerit. [3]) eius. [4]) testium. [5]) habuerit. [6]) faciat. [7]) manum. [8]) cruci imponat. [9]) eius. [10]) respondeat. [11]) Fehlt. [12]) puniatur. [13]) Item. [14]) Diese drei Worte fehlen. [15]) Fehlt. [16]) suam fidem. [17]) respondere teneatur. [18]) regi. [19]) sed. [20]) requisitus. [21]) Siquis iuratorum pro . . iudicio alicui astare uoluerit. [22]) ei duo iurati custodes, qui. [23]) secundum eorum confirmacionem. [24]) Fehlt. [25]) Diese zwei Worte fehlen. [26]) dicens. [27]) et preterea. [28]) Fehlt. [29]) et hij solidi sint breues. [30]) contempnens apellaret. [31]) sibi. [32]) satisfecerint. [33]) ad aliud iudicium appellabit. [34]) fuerit iusticia denegata. [35]) pluribus. [36]) Blos: alium. [37]) detinuerit. [38]) Fehlt. [39]) habentem. [40]) Fehlt. [41]) debitorem. [42]) quem nec . . distemperato tenebit. [43]) panis emti pro vno denario. [44]) Fehlt. [45]) detinebit.

suo astare poterit, nec eciam pater suo filio astabit[1]). ***De mouente querimoniam.*** Si aliquis conquestus fuerit coram judicio non sub recto nomine respondentis, respondens autem[2]) propterea liberari non potest[3]), set prolocutor pene subiacebit minori[4]), scilicet[5]) XII. denariorum. ***De iure preconis.*** Si quis pro aliqua causa preconi presentatus fuerit uel suo debitori, nemini medio tempore pro aliqua re respondebit, et si effugerit illos[6]), quicunque actor[7]) ipsum primus rapuerit[8]), illi utique respondebit. *Item quilibet preco testimonium perhibere poterit, si aliquem pro debitis, uel res alicuius in domo alterius interdixerit. Item si aliquem citauerit, interrogatus a iudice de hoc testimonium perhibebit.* ***De iure notarii.*** *Item quilibet iuratus notarius ciuitatis quitquam in tabulis suis collegerit siue sit iuramentum, uel proscripcio alicuius uel aliquos incusatos de wlneribus uel pro aliis causis, interrogatus de hiis testimonium perhibere poterit sicut alter iuratus, nisi tunc ab aliquo iuratorum suum testimonium cassum et vanum comprobetur.* ***De fabro faciente falsas claues.*** Expedit enim[9]) ut quicunque faber[10]) alicui uiro uel mulieri falsas claues uel uncos uel clauos[11]) fecerit, et[12]) si cum tribus testibus[13]) uictus fuerit, manu carebit, ut supradictum est, et[14]) si se expurgare uoluerit, mettercius in cruce se expurgabit[15]). De ista pena cedet tercia pars actori, Tercia judici, Tercia juratis. Deinde ab vniuersis ratum habeatur, si alicui priuilegium aliquod fuerit datum super quidcumque hoc est si priuilegium rectum fuerit vtatur, si autem falsum fuerit, nichil plus perditur, nisi illud super quo priuilegium illud est donatum. ***De blasphemante.*** Omnes decreuimus unanimiter et deuote, ut quicunque dominum[16]) deum uel dominum Ihesum Christum uel[17]) beatam Mariam uel sanctos dei, uel sacramenta ecclesie blasphemauerit, Statuto papali puniatur[18]) videlicet scptem[19]) diebus dominicis cum corrigia circa collum nudipes trahatur ante processionem circa ecclesiam parrochialem, et hiis diebus[20]), Sex diebus jeiunet in pane et aqua, nullam ecclesiam medio tempore ingressurus. Si autem penitenciam contempserit sepultura carebit[21]). Si autem se redimere[22]) uoluerit, det ad opus ecclesie XXXX.[23]) solidos uel triginta[24]), uel secundum posse suum. ***De arguente iudicem uel Juratum.*** Item uolumus ut quicunque aliquem judicem uel juratum coram judicio arguerit stabit in pena, judici in LX. solidis, cuilibet jurato in XXX. tribus testibus conuictus uel solo jurato. Si autem judicem uel juratum aliquem presumptuose uituperauerit dicendo eum uilissimum uel traditorem uel hereticum, tunc tribus dominicis *diebus* jbit ad parrochiam in publica stacione stans[25]) in alto coram omnibus dicet. *Si talia dixi de judice uel de jurato, mentitus sum sicut uilissimus*, percuciendo se manu propria tribus uicibus in os suum. *Si talem satisfaccionem contempserit, si iudici et juratis placuerit super collum suum proscribatur.* Si autem aliquis alicuj suo[26]) pari uel

---

[1]) Der ganze Satz von „Item volumus — filio astabit“ fehlt. [2]) Fehlt. [3]) poterit. [4]) minori subiacebit. [5]) videlicet. [6]) illos effugerit. [7]) actorum. [8]) apprehenderit. [9]) eciam. [10]) fabrorum. [11]) Diese zwei Worte fehlen. [12]) Fehlt. [13]) Fehlt. [14]) manu priuetur, uel eam redimet cum X. marcis. Sed.. [15]) prestabit iuramentum. [16]) Fehlt. [17]) Diese vier Worte fehlen. [18]) Fehlt. [19]) VII. [20]) Fehlt. [21]) Si autem hanc contempnens penitenciam moriatur, sepultura carebit. [22]) uero pecunia satisfacere. [23]) XL. [24]) XXX. [25]) stans stacione. [26]) sibi.

suo conciuj fecerit pene solidorum subiacebit conuictus sicut ante dictum est. Si autem scurro uel lotarus alicui fecerit, ad statuam flagelletur, et de ciuitate et de[1]) terminis eius pellatur. ***De incusato spoliis.*** Si quis de[2]) spolio uel de[3]) furto incusatus fuerit, et nichil apud *ipsum* inuentum fuerit, simplici iuramento expurgabitur. Si autem secundo, mettercius. Si tercio,. metquartus. Si quarto acusancium[4]) testimonio subiacebit. Si aliquis[5]) preconi presentatus fuerit et ibidem[6]) pernoctauerit, dabit preconi quatuordecim[7]) denarios, et nichil de rebus suis[8]) amplius accipiet *preco*. Si autem non pernoctabit[9]), dabit ei sex[10]) denarios, et liber exibit *nullam in rebus suis sustinens lesionem.* ***De incensoribus.*** Pro incendio si quis captus fuerit, ingne peribit. Si uero incendium fecerit et recesserit[11]) et si[12]) postea deprehensus fuerit[13]) et si minas incensionis antea[14]) fecit cum septem uiris conuincetur. Si autem judicio comparuerit[15]) metseptimus expurgabitur. Si uero[16]) in fuga detentus fuerit, jterum cum septem[17]) uiris conuincetur. In incendio si quis furtum fecerit ualens LX. denarios, suspendatur. Et si quis facto incendio alium[18]) uulnerauerit, uictus tribus testibus decollabitur[19]). Si quis uero euaginato gladio in incendio aliquem uulnerare uoluerit, uictus duobus testibus manu carebit[20]). Et si aliquis alicui[21]) minatur incendere[22]) coram honestis uiris, qui audiunt, jlle cui minas fecit[23]) si uult potest eum conuincere mettercius, si autem non uult quia non audiuit, per alios tres uiros qui audiuerunt potest eum conuincere. ***De sacrilego Judicium.*** Item omnis sacrilegus qui in ecclesia furtum fecerit rotali pena subiacebit. ***De rebus ecclesie.*** Statuimus ut nullus mercator, institor, tabernator[24]), uel judeus, nec aliquis *alter* aliquas res ecclesiasticas in pingnore uel ad seruandum recipiat, nisi sub certo testimonio, et si quis contra *hec* fecerit pena condecenti[25]) punietur. *Si res fuerit iuxta ualorem vnius marce, marcam soluet. Si iuxta X. marcarum, illas soluet uel manu priuetur. Si ultra X. marcarum, collo priuetur. De X. autem marcis tercia pars cedet ecclesie, tercia iudici, tercia iuratis.*

De alapizante alium. Si quis alicui[26]) indignanter alapam dederit[27]) uel in[28]) dentes percusserit, tribus testibus conuictus[29]) *actori* marcam argenti dabit, tres fertones leso, judicj cedet unus[30]). ***De vigore pacis indicte.*** *Qui pacem sibi a iudice indictam verbis uiolauerit, actori in LX. solidis respondebit.* ***De gladio evaginante.*** *Qui gladium coram iuratis euaginauerit super aliquem conuictus actori cedet una marca.* ***De vlnere facto a paupere.*** *Si quis alium vlnerauerit, et eidem satisfacere non poterit pro vlnere duelli amputetur sibi manus.* ***De baculante.*** Si quis aliquem hominem[31]) baculis et[32]) fustibus percusserit uel crinibus ad terram proiecerit et[33]) conculcauerit, uictus duobus testibus manu carebit[34]) *uel ipsam redimet cum X. marcis.* ***De***

---

[1]) Fehlt. [2]) pro. [3]) et. [4]) actorum. [5]) quis. [6]) apud ipsum. [7]) XIIII. [8]) suis rebus. [9]) pernoctauerit. [10]) VI. [11]) effugerit. [12]) Fehlt. [13]) deprehendatur. [14]) ante. [15]) voluntarie astiterit. [16]) Sed si. [17]) VII. [18]) aliquem. [19]) decolletur. [20]) priuetur. [21]) alteri. [22]) incendium. [23]) incussit. [24]) mercatorum, institorum, tabernatorum. [25]) tali pena. [26]) alteri. [27]) alapam indignanter dederit. [28]) ad. [29]) conuictus testibus. [30]) dabit marcam, Judici marcam, Juratis mediam marcam. [31]) alium. [32]) aut. [33]) uel pedibus. [34]) priuetur.

violacione virginum et stupro. Districte uolumus ut si quis uirginem uel mulierem aliquam[1]) uiolenter oppresserit, decollabitur[2]). Tali autem modo uincetur. Si uirgo uel mulier conquesta fuerit se oppresam in campo[3]), sufficit ei unus testis siue sit pastor siue[4]) alter homo. In ciuitate uero duo sufficiunt. Si autem uirgo uel mulier[5]) laniata uestibus et[6]) sanguinolenta conquesta fuerit non habens testes aliquos, incusatus coram judicio duobus testibus expurgabit[7]). Si autem non laniata uestibus nec sanguinolenta conquesta fuerit, incusatus se solus expurgabit. Et[8]) si mulier communis se oppressam conqueritur, et oppressor comparuerit, Judex ei satisfaciat de consilio aliquorum. ***De alterante cum alia muliere.*** Si quis alteri uxorem suam legitimam deduxerit et si cum septem[9]) testibus uictus[10]) fuerit, sentencia[11]) pali subiacebit. Et[12]) si aliquis aliquem[13]) iuxta uxorem suam *legittimam* deprehenderit et si ambos[14]) interfecerit, uocatis[15]) Judice et juratis ambo Ita[16]) mortui palo trucidentur[17]). Si autem unus illorum interfectus fuerit, siue uir, siue mulier, et alter effugerit[18]), Interfector hoc mettercius in cruce probabit, et nulli exinde pene postea[19]) subiacebit. Si uero uir aut mulier[20]) cum uulnere effugerit, et postea aliquis illorum detentus fuerit[21]), si septem testibus uictus fuerit, conuictus uero capitali sentencia subiacebit[22]). *Item* si aliquis[23]) legitimam habuerit, et ipsa[24]) uiuente in aliis locis[25]) aliam superduxerit, si[26]) conuictus fuerit[27]) *iusta sentencia* decollabitur[28]). Item si quis legitimam suam[29]) sine iusto judicio interfecerit, spirituali iudicio respondebit. ***De male infamato.*** Si quis infamatus fuerit quod nociuos homines teneat fures et latrones, et alios qualescunque[30]). Prima uice amonitus solus excusabitur. Secunda[31]) mettercius. Tercia[32]) metquartus. Quarta[33]), si inuentus fuerit consimili sentencia puniatur. ***De recessu filie alicuius.*** Si quis alicui[34]) filiam suam[35]) deduxerit et cum ipsa detentus fuerit tali modo iudicabitur[36]). Judex uocatis iuratis ciuibus et amicis, filia in medio statuetur libera, nullis sibi minis impositis, uiro tamen presente, ut cum uoluntate sua[37]) vadat ad quem uoluerit. Si ad uirum ibit[38]) nullum erit[39]) judicium. Si autem[40]) ad amicos ierit, uir decollabitur[41]). ***De intrante religionem.*** Si filius uel[42]) filia alicuius hominis[43]) religionem intrauerit, et professus fuerit post mortem parentum de bonis ipsorum[44]) nichil habebit nisi sicut alii pauperes Jesu Christi. ***De Seductoribus.*** Quicunque filium uel[45]) filiam uel[46]) amicum alicuius[47]) seduxerit ad uendendum uel alio modo aligenauerit, rotali pena subiacebit. ***De tesserantibus.*** Nullus hominis filius seruus et amicus qui suo pane uescitur, plus detesserare possit[48]), quam sub suo cingulo continetur, et qui plus in ipso aliquo ludo lucrabitur, nichil habebit. Et si aliquis cum falsis tesseribus uel aliquo[49])

---

[1]) Fehlt. [2]) decolletur. [3]) in campis oppressam. [4]) uel. [5]) mulier uel virgo. [6]) uel. [7]) expurgabitur. [8]) Sed. [9]) VII. [10]) conuictus. [11]) sententie. [12]) Item. [13]) quis alium. [14]) si utrumque. [15]) uocato. [16]) sic. [17]) trucidantur. [18]) vna personarum interfecta fuerit altera effugiente. [19]) Fehlt. [20]) aliqua personarum. [21]) et postea detenta fuerit. [22]) VII. testibus conuicta capitali sentencie subiacebit. [23]) quis. [24]) ea. [25]) alio loco. [26]) Fehlt. [27]) Fehlt. [28]) decolletur. [29]) suam legittimam. [30]) quoscumque. [31]) Secundo. [32]) tercio. [33]) Quarto. [34]) alteri. [35]) Fehlt. [36]) iudicetur. [37]) et propria voluntate. [38]) ierit. [39]) sequitur. [40]) Fehlt. [41]) decolletur. [42]) aut. [43]) Fehlt. [44]) eorum. [45]) aut [46]) aut. [47]) Steht oberhalb der Zeile von derselben Hand. [48]) potest. [49]) alio.

falso ludo lucratus fuerit aliquid ab aliquo,[1]) et conuinci poterit[2]) duobus testibus et jlle[3]) qui perdidit, in nullo sibi respondebit, Sed pro deceptore amplius habebitur et iudici in X. solidis respondebit. ***De anuanc equorum predictorum.*** Si quis equm suum cum justicia aput aliquem detinuerit[4]) quod dicitur aneuanc,[5]) Judici cedent trigenta[6]) denarii, scriptori duo. Si autem ille dicit[7]) se equm aput alium emisse et ad[8]) illum uult deducere, quod dicitur in uulgari schuben[9]) sic *de vno ad alium* deducetur, donec uerus unenditor inueniatur et tunc cum justicia equs optinebitur.[10]) Et si quis in aliquo loco equm suum obtinere uoluerit, ipsemet cum duobus vicinis suis[11]) juramento super equm facto[12]) optinebit. Si autem aliquis ciuis equm suum optinere uoluerit, cum solo conciui[13]) suo et alio probo uiro mettercius optinebit, consimili iuramento. ***De hoc quod dicitur heimsuche.*** Omnes unanimiter ratum habere[14]) uolumus, ut omnis inuasor domus capite priuetur, Tali autem modo vincetur. Domesticus qui inuasus est, ex utraque parte domus sue duos uicinos suos habebit[15]) testes, quos si habere non potest[16]) unum habeat trans uiam, alium uero uicinum suum et alios probos uiros, et si eundem inuasorem uiuum uel[17]) mortuum hosspes in domo sua retinuerit,[18]) predictis testibus conuictus, uel uno jurato capitali sentencia puniatur[19]) Si autem inuasor quocunque modo effugerit, et post hec innocens esse uoluerit cum probis uiris in cruce se metseptimus[20]) expurgabit uel uno Jurato. Si uero simplex querimonia de aliquo inuasore facta[21]) fuerit, solus in cruce se poterit expurgare.[22]) ***De simpliciter accusato.*** Quicunque pro homicidio incusatus fuerit cum simplici querimonia[23]) in cruce se solus expurgabit, et quicunque ciuium habet infra murum[24]) ciuitatis de hereditate ad triginta.[25]) Marcas pro homicida[26]) fideiubere potest.[27]) Si quis autem[28]) de homicidio incusatus fuerit et se expurgare uoluerit[29]) met septimus in cruce se cum uiris ydoneis expurgabit[30]) Tamen in hunc modum. ***Forma iurandi.*** Accusatus primo jurabit se esse innocentem, alii tres jurabunt se uidisse innocenciam suam, vltimi tres jurabunt illos quatuor juste jurasse. Similiter jurabunt, qui uitam suam defendendo aliquem occidunt.[31]) Et si accusatus fugam dederit, nolens comparere, de predictis triginta[32]) marcis cedent inimicis[33]) XXIII. Marce[34]) Judici quinque marce,[35]) Juratis *vero* due Marce.[36]) ***De proscriptis.*** Pro homicidio, si quis proscriptus fuerit, sine omni contradictione ciuitatem anno et die uitabit. Si autem transacto anno graciam inimicorum habuerit, antequam ciuitatem intret juratis Marcam dabit et[37]) Judici dimidiam.[38]) Quicunque in una ciuitate domini Regis proscriptus fuerit uel in alio aliquo loco, in omnibus ciuitatibus et *in* locis rengni et terris proscriptus habeatur et nullus baro uel nobilis uel miles rengni uel prouncialis[39]) ipsum tenere[40])

---

[1]) alio. [2]) conuictus. [3]) hiis. [4]) equum suum aputalium detinuerit cum iure. [5]) anuanc. [6]) XXX. [7]) dixerit. [8]) Fehlt. [9]) schiben. [10]) obtinetur. [11]) suis vicinis. [12]) prestito. [13]) conciue. [14]) haberi. [15]) habeat. [16]) poterit. [17]) aut. [18]) mortuum in domo sua hospes retinuerit. [19]) sibi inferat sententiam capitalem [20]) se metseptimus in cruce. [21]) proposita. [22]) expurgabit. [23]) per simplicem querimoniam. [24]) muros [25]) XXX. [26]) homicidio. [27]) potest fideiubere. [28]) Fehlt. [29]) volens se expurgare. [30]) in cruce suam innocenciam comprobabit cum viris fidedignis. [31]) qui vitam qui defendendo vitam (sic) propriam aliquem occidunt. [32]) XXX. [33]) actoribus. [34]) Fehlt. [35]) blos V. [36]) Fehlt. [37]) Fehlt. [38]) medium marcam. [39]) prouincialis regni. [40]) tueri.

uel defendere presumat. Et si quis proscriptus fuerit et postea detentus justo judicio condemnabitur. ***De wlnere duelli.*** De duello pro uulnere judici cedet dimidia Marcæ.[1]) Si autem ille qui uulneratus est[2]) duellum *coram iudicio* indixerit et aduersarius suus[3]) componere uoluerit. Judici cedet una[4]) Marca, Si autem[5]) circulum intrauerint, et super[6]) sedes sederint[7]) et aduc placari[8]) uoluerint, Judici cedent due marce. Si uero ad arbores uel ad ualangas peruenerint, et gladios super eas posuerint et si aduc componere uoluerint[9]) Judex tres marcas habebit. Si autem gladios suos extenderint et contra se pungnauerint, et si aduc aduersarius componere uoluerit judici in quatuor marcis respondebit.[10]) De duello pro morte[11]), antequam duellum indictum fuerit, judici cedet una[12]) Marca. Si autem indictum fuerit, judici cedent due.[13]) Si autem[14]) circulum intrauerint et super sedes sederint, et aduc placari uoluerint[15]) Judici cedent tres Marce. Si uero super arbores uel ualangas gladios posuerint, et si aduc componere uoluerint[16]) Judex quatuor[17]) marcas habebit. Si autem pugnauerint aliquo tempore, et aduc componere uoluerint.[18]) Judici cedent quinque[19]) marce. ***De forma indicendi duellum.*** *Postquam wlnus aut homicidium a iuratis racionabiliter accusatum fuerit, duellum sic est inducendum (sic) Causidicus actoris sic dicat. Conqueror Deo et domino regi, et vobis domine iudex, et iuratis, ciuibus vniuersis, tam pauperibus quam diuitibus omnibus, qui pace et gracia vti desiderant, quod talis uel tales venit ad locum illum, vbi meus amicus talis uel talis pacem et graciam habere debuerit et in eo violauit pacem dei, regni et terre, et percussit ei manifestum wlnus duelli, quod iurati preuiderunt et pro wlnere duelli accusarunt. Si autem fuerit pro homicidio sic est dicendum. percussit ei manifestum wlnus duelli, per quod de uita migrauit ad mortem quod iurati preuiderunt et pro wlnere duelli accusarunt, quod si profiteri voluerit, a nobis iudicium super eo requirit, sed si negauerit ipsum profiteri compellet cum suo corpore contra corpus eius, cum suo propugnatore contra suum, cum omnibus attinenciis, que de iure ad duellum pertinent, ipsum profiteri compellet, hodie, die et iudicio, secundum quod iurari dictauerint, et consules consenserint, et requirit a uobis domine Judex iustam sentenciam sibi fieri, si duello taliter ipsum salutauerit, quod duello sibi respondere teneatur.* ***De eo quod dicitur lemde.*** Quicunque alicui[20]) aliquod membrum nobile[21]) preciderit[22]) uel amputauerit, uel ejecerit, uidelicet oculum, nasum, linguuam, manum, pedem, uel aliquod membrum ocultum, et incusatus fuerit, metquartus cum uiris ydoneis se in cruce expurgabit. Si autem *iurando* ceciderit,[23]) pene quatuordecim[24]) marcarum subiacebit, leso cedent X. Marce[25]) Judici tres[26]) Juratis una marca. Et si quis alicui[27]) membrum aliquod inhabile fecerit, quod dicitur *lemede*[28]) gladio, uel cultello uel fuste uel lapide uel aliquo alio instrumento, et si se ex-

---

[1]) Pro wlnere duelli iudici cedet media marca. [2]) Si autem wlneratus. [3]) Fehlt. [4]) Fehlt. [5]) uero. [6]) ad. [7]) venerint. [8]) componere. [9]) Si uero super flangas venerint, adhuc componere uolentes. [10]) Si flangis extractis pugnando congressi fuerint composicionem adhuc componere volentes, Judici in tribus marcis reus respondebit. [11]) Pro homicidio. [12]) Fehlt. [13]) Judex duas marcas habebit. [14]) Fehlt. [15]) circulum ingressi ad sedes venerint, componentes adhuc. [16]) Si ad flangas venerint, et adhuc composicionem admittant. [17]) IIII. [18]) Si ad flangas venerint et adhuc composicionem admittant. [19]) V. [20]) alteri. [21]) mobile [22]) deciderit. [23]) defecerit. [24]) XIIII. [25]) quarum X. cedent leso. [26]) III. [27]) alteri. [28]) lemde dicitur.

purgare uoluerit, mettercius se expurgabit,[1]) et si pro *uolleist* incusatus fuerit, in cruce se solus expurgabit. ***De eo quod dicitur blutrunst.*** Et[2]) si quis super aliquem[3]) uulnus quod dicitur *blutrunst* in iudicio optinuerit, leso in dimidia[4]) marca respondebit Judici et juratis in dimidia[5]) *marca.* ***De volleist interfecti.*** Si quis pro *uolleist* alicuius interfecti jncusatus fuerit, solus in cruce se poterit excusare, et si ceciderit, conquerenti Marcam dabit Judici et juratis mediam[6]) *marcam.* Si quis uero[7]) uulneratus uel alio modo lesus fuerit, et infra[8]) triduum neminem nec pro uulnere nec pro *uolleist* accusauerit, postea neminem de tali facto incusare potest[9]) Si quis aliquem[10]) presumptuose uel arroganter inuaserit et leserit uel uulnerauerit uel alio modo male tractauerit, et si inuasus se et sua defendens inuasorem interfecerit in domo uel extra, ueritatem inuasionis et defensionis metseptimus[11]) approbabit. De omni uulnere uel[12]) lesione, de quibuscunque iurati super fidem suam dixerint, quod sit *lemede*, [13]) ratum habeatur. Si autem percussor se excusare uoluerit, mettercius in cruce se poterit excusare.[14]) ***De pace seruanda.*** Item si alicui uel aliquibus pro aliquo excessu uel quacumque causa a judice coram juratis uel aliis probis uiris pax data fuerit uel edicta. Si quis illam infregerit uulnere uel uulneribus, uel alio quocumque modo[15]) prostetantibus probis uiris uel uno jurato capite punietur.[16]) Si autem predictam pacem uerbis infregerit contumeliosis et inhonestis[17]) pecunia punietur, uidelicet judici LX. solidos, et cuilibet iurato XXX. solidos pagabit[18]) subintellige breues solidos.[19]) Eidem pene subiacebit qui[20]) conciuem suum uerbis afficiet[21]) uituperosis. Leso autem satisfaciet[22]) secundum consilium iudicis et juratorum.[23]) ***De pace diei forensis.*** Item[24]) quicunque pacem in die forensi *wlneribus* infregerit aut *wlnere*, uictus tribus testibus manu carebit[25]) uel redimet eam[26]) cum X. Marcis. Et si quis eadem die gladium euaginauerit et neminem cesserit[27]) et tribus testibus victus fuerit[28]) pene unius marce subiacebit, Judici in media Marca et juratis in media Marca. Si autem unus juratorum uiderit conuictus erit,[29]) et graciam illius[30]) inueniet quem offendit[31]) sicut potest. Item si quis gladium suum coram juratis uel aliquo juratorum euaginauerit, soluat I. Marcam judici cedent due partes et tercia juratis.[32]) Item siquis gladium suum coram iuratis uel aliquo iuratorum euaginanerit, soluet mediam marcam, Judici cedent due partes et tercia iuratis. Si quis cum *interdicto* preacuto gladio detentus fuerit in marca argenti[33]) punietur et gladius judici remanebit. Si uero fuerint tres gladii, duo cedent judici, et juratis unus.[34]) Si autem communis gladius post interdictum aput aliquem inuentus[35]) fuerit, ille respondebit in fertone.[36]) Si autem[37]) preacutus cultellus fuerit, respondebit in medio fertone.[38]) Si aliquis

[1]) iurabit. [2]) Fehlt. [3]) alium. [4]) media. [5]) media. [6]) mediam. [7]) Fehlt. [8]) intra. [9]) postmodum pro tali facto neminem poterit incusare. [10]) alium. [11]) met. VII. us. [12]) et. [13]) lemde. [14]) expurgare. [15]) Si quis pacem sibi indictam a iudice indirectis operibus sicut wlnere aut verberibus. [16]) capitalem subibit sentenciam. [17]) si hanc presumpserit violare, si uerbis eandem uiolauerit inhonestis. [18]) Fehlt. [19]) qui sint breues. [20]) quicunque. [21]) offenderit. [22]) satisfaciat. [23]) duplici pena solidorum, quos iudici persoluebat. [24]) Fehlt. [25]) priuetur. [26]) eam redimet. [27]) ad malum alterius, sed tamen non ledat. [28]) victus tribus testibus. [29]) conuincetur. [30]) eius. [31]) quem ledere uoluerit. [32]) Dieser ganze Satz fehlt. [33]) Fehlt. [34]) tercius iuratis. [35]) dedentus. [36]) hic in fertone respondebit. [37]) Fehlt. [38]) in medio fertone respondebit.

pauper aliquem uulnerauerit, uel[1]) leserit cui satisfacere non poterit, sex septimanis in trunco punietur. ***De anuanc pecorum.*** De jure, quod dicitur aneuanc, judici cedent XII. denarij, de boue uel de uacca, et de quolibet pecore minori quatuor denarij. Si aliquis bouem uel uaccam uel porcum uel aliquod simile furtim mactauerit, si deprehensus fuerit et datorem suum monstrare non poterit[2]) mettercius *in cruce* se purgabit,[3]) et si ceciderit[4]) pro qualitate culpe judicio punietur.[5]) ***De carnibus dieifori.*** Quicunque carnes ad forum duxerit uel[6]) portauerit, eiusdem carnis cutem secum ducat[7]) quod si non fecerit, judici in XII. denariis respondebit. ***De manipulis.*** Si quis manipulos cuiuscunque segetis de agris alienis uiolenter uel[8]) furtim acceperit, si deprehensus fuerit, illi cuius agri sunt in fertone respondebit. Judici uero in medio fertone.[9]) Si autem[10]) nocturno tempore aliquis[11]) deprehensus fuerit in facto simili,[12]) pro fure condemnabitur.[13]) Et quotcunque[14]) pecora in *agro et in fructibus aut* segetibus aligenis inuenta[15]) fuerint, quot pedes pecorum dominus eorum in tot denariis respondebit domino segetum.[16]) In prato uero qui deprehensus[17]) fuerit nocte uel die cum pondere graminum, ad Judicem uel ad[18]) iudicium duci debet[19]) et statim de ciuitate fugari nec ictibus nec iactibus, in anno non reuersurus.[20]) Et si cum equo raptus fuerit cum pondere graminum[21]) judici respondebit in lotone[22]) et leso in duobus.[23]) Si quis autem[24]) tempore nocturno in ciuitate uel extra ciuitatem[25]) inuentus fuerit euagari[26]) judici presentetur, et si iustam causam non habuerit de[27]) consilio iuratorum puniatur.[28]) ***De iure siluarum.*** *In siluis alterius si quis violenter aut furtim lingna secuerit, raptus et iudicio conuictus super quemlibet trunccum magnarum arborum actori LXXII. denarios ponet, et iudici in LX. denariis respondebit. Si uero rubus aut uirgas in curru abducere uoluerit, raptor detentus equos aut boues currum trahentes pro medio fertone redimat, aut qualiter aput actorem poterit graciam inuenire.* ***De iure theolonaret.*** *Quicunque theolonareorum iniustum acceperit theoloneum, duobus honestis uiris conuictus Judici LX. solidos et cuilibet iurato XXX. soluet, et pecuniam contra ius acceptam uero restituet possessori. Secunda uice conuictus Judici et Juratis X. talenta soluet, et illi personaliter ducet pecuniam cui accepit, ubicunque terrarum terminis commoretur. Tercio vero conuictus, se et sua redimet secundum quod graciam a iudice et iuratis inueniet, et ab eo quem contra iusticiam condempnauit.* ***De***

---

[1]) aut. [2]) Si quis alteri bouem aut vaccam aut taurum magnum impecierit iure quod dicitur anuanc Judici dabit XII. denarios. Item quolibet paruo animali IIII. Item si quis aliquod animal paruum seu magnum furtim mactauerit, et deprehensus datorem suum ostendere nequiuerit. [3]) expurgabit. [4]) cederit. [5]) puniatur. [6]) aut. [7]) recipiat. [8]) aut. [9]) agrorum domino in fertone Judici in medio fertone respondebit. [10]) uero. [11]) Fehlt. [12]) infacto simili deprehensus fuerit. [13]) condempnetur. [14]) Et si aliciuus. [15]) alterius deprehensa. [16]) in tot denariis domino segetum respondebit. [17]) In prato uero alterius si quis deprehensus. [18]) Diese drei Worte fehlen. [19]) ducatur. [20]) et statim nec ictibus nec iactis de ciuitate pellatur infra annum non neuersurus. [21]) pondere graminum in equo ducto raptus fuerit. [22]) in lotone respondeat. [23]) leso in medio fertone. [24]) Item si quis. [25]) Fehlt. [26]) vagabundus inuentus fuerit. [27]) Fehlt. [28]) Hier folgt ein leerer Raum von 8 Zeilen.

tributario alicuius. *Quilibet homo sine iudice et iuratis in sua hereditate pignora recipiet. Si autem tributarius vadium redimere noluerit, dominus iudici et vni iuratorum significet, se pro tali censu tale vadium recepisse, et extunc libere vendat, uel ad vsus suos conuertat, et hoc ea de causa ut si post elapsum temporis tributarius pro maiore pignore aut valore dominum impetere voluerit, per iudicem et iuratum causam suam possit annichillare. Item si tributarius tres census dare neglexerit, de hereditate sua dominus se libere intromitat. Si uero legitima terre necessitas tributarium fugauerit, dominus secundum graciam, et anime necessitatem et proborum virorum consilium cum tributario complanabitur.* ***De iudeis.*** *Nullus iudeorum in paraschene quidquam communionis cum cristianis habere tenetur toto die. Et si aliquis iudeorum cum cristiana mulieri adulteratus fuerit, raptus et duobus viris conuictus, ambo viui sepeliantur. Simile fiat si cristianus cum iudea commisceatur, et raptus conuincatur vno cristiano et duobus iudeis.* ***De falsis denariis deprehensis.*** *Si aliquis virorum uel mulierum cum falsis denariis deprehendatur, et coram iudice et iuratis profiteatur, alium sibi dedisse tales denarios et si ille, super quem fatetur, profugus factus fuerit, culpabilem se reddit, et hic uel hec absoluitur iure ciuitatis.* ***Statuta et sentencie communes.*** *Item volumus ut quicumque iudiciaria frui desiderat dignitate in ciuitate Iglauiensi, quod sit ciuis ciuitatis habens hereditates, et hoc ideo, ut profectum ciuitatis eo melius prosequatur, et propter vnum annum uel duos non corrodat ciues et pauperes ciuitatis. Item nullus homo communis aliquem accusare potest, nisi tunc a iudice et iuratis eligantur duo uel tres uel IIII. in aliquo vico ciuitatis, quorum fidei committatur, ut quelibet ciuitatis nociua compescant, illi quoslibet excessus excusare possunt. Sed eorum potestas accusandi, nisi sex durabit ebdomadis, et hoc ideo ne loco iuratorum tales habeantur. Sex autem ebdomadis finitis tales Judici et iuratis suum resignent officium, et si necesse fuerit, alii, uel iterum illi pristino officio instaurentur, et si in officio suo ab aliquo indecenter redarguti fuerint, qualemcunque penam dicti electi statuerint, hanc ab eis accusatus paciatur.* ***De die iudicii peremptoria.*** *Cuicunque dies peremptoria pro aliqua causa fuerit assignata coram iudicio comparendi, si non comparuerit, testante iudice et iuratis aduersarius eius ius suum optinebit. Si autem absenciam suam legittima necessitate prepeditam probare voluerit, tali modo procedet. Si fuerit residens infra terminos terre. In primo suo aduentu Judicem et iuratos adeat, causam sue absencie ipsis lucidius declarando, cui Judex diem proximam iudicii statuet et suo aduersario, in quo iudicio causam absencie sue per euidens testimonium tenetur comprobare. Si uero testimonium quo procedere nititur, proptet uias remotas illo die die (sic) habere non poterit. Iterum ad proximam diem iudicii induciabitur, et ibi finaliter causam sue absencie tenetur comprobare. Si autem residens fuerit extra terre terminos, infra VI. septimanas protestabitur legittimam causam absencie sue uel ius suum perdet omni dubio proculmoto. Hec autem sunt cause quibus necessitas legittima probari habet. Primo princeps terre uel potens eius camerarius inpedit. Secundo ignis uel diluuium. Tercio generalis gwerra terrarum. Quarto captiuitas uel spolium infra uiam procedendi factum. Quinto infirmitas non ficta. Sexto mors uxoris legitime uel patris.*

Preter hec dicta quicquid Jurati ciuitatis Iglauie pro comodo et profectu ciuitatis inuenerint, et prolatum in iudicio uel in colloquio confirmatum fuerit, ratum ab omnibus teneatur.)* ***De iure montanorum et montium.*** Statuimus ut quidquid urburarij de consilio iuratorum *Iglauiensium* in montibus uel stollonibus aliquibus concesserint uel dederint[1]) sub sigillo eorum et vrborariorum ratum habeatur absque ulla questione. Et ubicunque mons uel stollo inuentus uel elaboratus fuerit[2]) de jure habebit in eo quod dicitur *hanghende*[3]) *wlgariter*, quartum dimidium[4]) laneum. Et in eo quod dicitur *lighende*[5]) unum laneum altitudo et profundum in equali statura. Si quis autem nouum montem inuenerit, mensurentur ei septem[6]) lanei, ex utraque parte Domino Regi unus, ex utraque parte[7]) burgensibus unus. Inuentores uero montis dent mensuratoribus VII. solidos breues. *Hanc tamen mensuram in hiis premissis condicionibus quilibet nouus mons obtinebit. Si montis inuentor meatum suum a consessore iure debito susceperit, licet alij circa ipsum metallum inueniant uel habeant, tamen primus meatuum susceptor ius suum optinebit in eo uidelicet, quod meatus eius primo a Juratis secabitur, sed si meatus eius mensura dignus non fuerit, extunc secundo meatuum susceptori uel tercio in eadem minera laborantibus eodem iure, quo primo secabitur meatus, et quicunque illorum plures foueas in fundo per amfractus contiguatas habuerit, si laborantes contra ipsum carere noluerint, ius et ille qui est loco vburariorum (sic) ipsum compellent iuramento in medio instrumenti, quod dicitur runboum prestito optinere, quod illum meatum ex tali fouea susceperit, et per hoc obtinebit, quod iurati secent meatum suum. Et si iurati super fidem receperint, quod in profundidate et in stollone tale metallum viderint et reliquerint, quod sit mensura dignum et examinatum super omnes expensas case, det ad minus vna calefaccio vnum fertonem, extunc mensuram sicut dictum est ante debitam obtinebit. Item quilibet mons mensuratus XVI. areas de iure optinebit. Item quilibet mons in septem laneis ad minus tres foueas, in quolibet laneo tres acies, in qualibet concessione vnam aciem, pro iuro suo requirit, nec vlterius compellatur. Et hec iura seruentur in nouis montibus et stollonibus non hereditariis.* Item quicunque laberauerit in meatu in eo quod dicitur stollo[8]) et metallum inuenerit, mensurabuntur[9]) ei de ipso loco ubi metallum inuenit[10]) VII. lanei et[11]) ius aliorum moncium. Si uero ex consensu et de[12]) scitu judicis et illius qui montes porrigit[13]) aliquis laborare inceperit, in eo quod dicitur stollo et metallum inuenerit, ab illo loco nemo ipsum per tres laneos. et dimidium[14]) ante eum et post eum uel post eum[15]) impedire debet.[16]) ***De stollonibus hereditariis.*** Item si[17]) mons uel stollo qui mensurati fuerint, et postea deserti *visi fuerint*, sex diebus dominicis proclamari debet[18]) ut hi corum montes sunt laborent.[19]) Si uero sexto[20]) die dominico transacto non laboraverint.[21]) Tunc[22]) urborarii

---

*) *Hier folgt ein leerer Raum von fünf und einer halben Zeile.*

[1]) contulerint. [2]) inuentus fuerit uel elaboratus. [3]) hangundez. [4]) medium. [5]) liegundez. [6]) VII. [7]) Fehlt. [8]) laborauerit vnius stollonis non hereditarij. [9]) mensurentur. [10]) inuencionis metalli. [11]) ad. [12]) Fehlt. [13]) porrectoris meatuum et moncium. [14]) quartum dimidium laneum. [15]) Diese drei Worte fehlen. [16]) potest. [17]) Fehlt. [18]) debent. [19]) hii quorum montes fuerint laborent in eis. [20]) VII. [21]) inuenti fuerint laborantes. [22]) extunc.

asumptis juratis, proclamatos montes ascendere debent,[1]) et si ipsos desertos inuenerint predicti urborarij montes illos libere porrigere possunt cui uolunt *absque omni impedimento.* ***Modus optinendi stollonem.*** *Tali autem modo stollo hereditarius ius suum optinebit. Si cultor stollonis aqueductum, quod wlgo wazzerseige dicitur sui stollonis, racionabiliter elaboret, et foueas lucis debito modo purgauerit, et infra anni spacium ad quantitatem vnius mensure quod claffter dicitur in capite stollonis sui laborauerit, et hoc demonstrare testibus poterit, extunc stollonem suum omni iure optinebit.* Item si quis mons alium montem per aquam impediuerit, judici et *magistro montis* tribus diebus *continue* pronunciari debet.[2]) Illis tribus diebus finitis secundum justiciam mons impediens, inpedito monti resignetur.[3]) Item si quis in stollone de consensu Judicis et[4]) ciuium *et magistri montis siue porrectoris meatum* laborauerit, et ad mensuratum montem siue ad laneum ciuium peruenerit, et jbidem laboratores inuenerint[5]) sine consensu ipsorum[6]) nón transibit. Si autem consenserint ad mensuram unius clafter transsibit[7]) saluo tamen jure suo, uidelicet quantum ipse cum stollone suo in laneo ciuium[8]) super se secauerit[9]) et quantum eo lucri habuerit, absolute tenebit, Ita si prius in predicto laneo fuerit laboratum, In medio eciam lanei super profundius sedebit, et quidquid lucri ferro mediocri subtus se contrahere poterit, ad lusus[10]) suos cedet. Item si[11]) burgenses postmodum uel quicumque stollonem suum necessarium habuerit[12]) quartam partem expensis *suis* elaborabit et optinebit.[13]) Item ubicunque mons mensurandus fuerit impediente laneo ciuium, quod ad minus tres laneos et dimidium[14]) obtinere non poterit, predicta mensura noui montis in metis lanei ciuium sumet[15]) inicium, et sic mensuram debitam obtinebit septem[16]) laniorum postea domino Regi duos[17]) Juratis duos[18]) mensurabunt.[19]) Si autem infra duos montes mensuratos nonus mons mensurabitur,[20]) et debitam mensuram obtinere poterit[21]) scilicet omnium laniorum, tunc mensuretur. Et si abita[22]) mensura aliquid superfuerit, scilicet duobus laneis *ciuium* quod dicitur uberscar[23]) ad usus cedet burgensium.[24]) Item si quis, ut superius dictum est per consensum[25]) Judicis juratorum et illius qui montes porrigit[26]) stollonem iniciauerit, et alter superueniens ante ipsum extra debitam mensuram trium laniorum et dimidij[27]) per alium stollonem, uel per quamcunque foueam prior metallum inuenerit, datis testibus et examinatis causis mensuram VII. laniorum prior obtinebit. Volumus eciam ut quicumque iuuentor noui montis meatum et metallum primus debito modo judici presentauerit uel illi qui montes porrigit, nemo ante ipsum uel post in spacio unius lanei laborare presumat, qui autem contrafecerit, omnis lucri expers erit, et primus in omni jure suo et in justicia manebit. Item quicquid urborarij cum scitu juratorum de Iglauia de juris moncium disposuerint hoc

---

[1]) ascendant. [2]) pronuncietur. [3]) quibus finitis, si non fuerit interceptum, mons impediens impedito monti aproprietur iusticia requirente. [4]) Fehlt. [5]) inuenerit. [6]) eorum. [7]) lachter transeat. [8]) in laneo ciuium cum stollone suo. [9]) secuerit. [10]) usus. [11]) Fehlt. [12]) burgenses postmodum stollonem suum necessarium habuerint, uel quicumqe alij. [13]) elaborans obtinebit. [14]) quartum dimidium laneum. [15]) sumat. [16]) VII. [17]) u. [18]) duos. [19]) mensurentur. [20]) inueniatur. [21]) possit. [22]) habita. [23]) oberschar. [24]) cedat ciuium. [25]) ut dictum est supra de consensu. [26]) porrectoris moncium. [27]) quartidimidii lanei.

detis, uobis et per uos eidem Monasterio, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Salua in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temererio contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum viterbij X. kl. Febr. Pontificatus nostri Anno Primo.

(Nach dem Orig. mit einer Bleibulle im Selauer Stiftsarchive, mitgetheilt von dem dortigen Archivare P. V. Bezděka.)

124.

Bericht über die Reise des Mainzer Erzbischofes Werner nach Böhmen und über die zu Prag vorgenommene Krönung des Königs Otakar und dessen Gemalin Kunigunde. Dt. in Dominica die natalis Domini (25. December) 1262.

In nomine Domini. Amen. Godefridus *de Eppenstein*, Fridericvs *de Bichelingen*, Heinricvs *de Willenowe*, Diethervs *de Cazenellenbogen*, Gvnthervs *de Swarzburg*, Comites: et Wernhervs *de Bolandia* Imperialis Aule Camerarius. Recognoscimus et testamur, quod nos cum Venerabili Patre, Domino et consanguineo nostro, Dno Wernhero Sce Moguntine Sedis Archiepiscopo, fuimus presentes in ecclesia *Pragensi* anno Dni MCCLXII. in Dominica *die natalis Domini*, ubi ipse D. Archiepiscopus unxit et coronavit in Regem Dn. Othacarvm Heredem Regni Boemie, et uxorem eius Kvnegvndim in Reginam.

Idem etiam Rex, qui et fuit Dux Austrie ac Styrie, Marchioque Moravie, assumpserat *Erfordię* in expensas et conductum suum in eundo *Pragam*, ubi procuravit nos XVIII diebus, et in reditu, usque *Erfordie*, Nos et Dn. Archiepiscopum memoratum, et totam ipsius familiam, cum personis et rebus eorum. Ministravit quoque nobis omnibus copiosas expensas.

Dedit eciam Dno Archiepiscopo pro iure suo *Centum marcas auri.* Item pro iure Curie *sexaginta et quatuor marcas argenti.* Preterea *duas marcas auri* Capitulo Maguntino pro iure suo, ad emendum Ecclesie aliquid in ornatum. Insuper honoravit nos in spadonibus et Xeniis, pulchre satis et raliter, ut decebat eundem. Acta sunt hec, Anno Domini et die predicto.

(Gudenus Cod. Dipl. S. 693 n. CCCVII.)

125.

König Otakar von Böhmen, Herzog von Oesterreich und Steyer, Markgraf von Mähren bestätigt dem Orden des hl. Johann von Jerusalem das vom Könige Wenzel geschenkte Erbgut Gröbnik. Act. in Beyzska, pridie idus Septembris (12. Septemb.) 1263.

In nomine domini amen. Nos Ottacharus dei gratia rex Bohemiae, Austriae et Styriae dux et marchio Moraviae. Omnibus hanc paginam inspecturis in perpetuum. Considerantibus nobis, quod universa quae geruntur sub sole, momentanea sunt et transitoria

et processu temporis ab humana memoria evanescunt, quae succursu caruerunt literarum placuit Celsitudini nostrae, ut ea quae temporaliter gerimus, ad firmitatem interminabilem obtinendam scriptorum remediis aeternemus. Universis igitur tam presentibus quam posteris praesentium testimonio fieri volumus manifestum, quod nos de innata nobis benignitate super iniuriis et violentiis, quae fratribus Ste. domus hospitalis Sti. Johannis Baptistae Jerosolymitanae potestatum occasione aut aliorum maleficum ante nostra et nostris temporibus contigit irrogari, moti compassionis affectu, progenitorum nostrorum vestigiis inhaerendo donationem et confirmationem quam piae nemoriae inclytus pater noster. W. rex illustris, quoque patruus ejus Henricus marchio Moraviae praedictis fratribus in provincia Oppaviensi hereditatem, quae vulgariter Grobnik nuncupatur, una cum ceteris attinentiis liberaliter contulerunt, favorabiliter confirmamus. Nos igitur eidem donationi grato occurrentes assensu firmiter sub poena laesae majestatis statuimus, ut nullus episcopus, vel praelatus aut quisquam de ecclesiasticis personis mundanisve comitum, nobilium sive camerariorum nostrorum judicum, beneficiariorum vel quorumlibet aliorum judiciariam potestatem habentium quidquam juris ac potestatis in praedicta haereditate contra regiae majestatis decretum attentet usurpare vel vendicare. Quoniam nos praefatis fratribus judiciariam plene contulimus potestatem in saepe fata haereditate tam in furtis quam in homicidiis sive in omnibus causis ad regiam dignitatem spectantibus, et non solum jam dicta concedimus, verum etiam villam forensem, nec non competentem et fortem sibi domum constituendi de nostra clementia cum nostrorum nobilium consensu concedendo aeternaliter confirmamus. Si autem aliquis praefatorum judicum vel quorumlibet judiciariam potestatem habentium aut heredum et successorum nostrorum in praedictorum fratrum domum et in eorum hominum praejudicium aliquod aut gravamen ordinet, aut nostrae magnitudinis sancita immutet, saepedictis fratribus et eorum domui praesens instrumentum cum subscriptorum testimonio duximus conferendum sigillorum nostrorum munimine roboratum et perpetuo valiturum. Testes sunt de Moravia Benessius, Milota, Tobias fratres, Hartlibus et Jenzo fratres, Hartlibus camerarius Moraviae. Bohus marschalcus et Hartmannus fratres Budzlaus forestarius. Zehscho (?) de Hewiezdlicz, Pardus minor. Onzik Nezamisl pincerna. Beznata dapiper Moraviae. Chono frater Boczkonis Pardus camerarius Olomucensis. Zudomicus frater ejus. Item Boemi Dionisius dapifer noster. Onko pincerna. Thazlaus dapifer uxoris nostrae. Domezlaus pincerna. Henricus de Sytavia. Zenko frater Zmilonis, Henco filius Zmilonis marschalcus Boemiae et alii quam plures. Actum in Beyzska anno domini millesimo CCLXIII. factum ibidem per manus magistri Arnoldi tunc nostri prothonotarij pridie Idus Septembres.

(Nach einer einfachen Abschrift des XVIII. Jahrhundertes im Tropp. ständ. Archive, mitgetheilt von Fr. Tiller. (Vergl. Gaerth Geschichte von Groebnig. S. 338 nach einem Transsumte vom J. 1512.)

126.

Ottokar, König von Böhmen gibt seinen bürgern von Lubschitz mit erbrecht ewig zu besitzen von dem walde genannt Tropowicz alsoviel als genug mag sein für zwanzig huben zu einer beerunge der erbe also dass sich davon die stadt und die bürger mögen bessern. Für diese gnade verehrten die bürger als ehrbare und weise maenner dem könige vier mark goldes. Wien im J. 1265 gegeben von der meister haende Peter und Ulrich unser obersten Kanzler an dem siebenten rüsttag der römischen abscheidung von dem monden yormarkt april genant.

(Dipl. beitraege zur untersuchung der schles. rechte und geschichte Berlin 1770.)

127.

Pabst Clemens IV. erklärt, dass kein vom päbstlichen Stuhle ernannter Legat oder Subdelegat eine Suspension über die Dominikaner Ordensbrüder oder ein Interdict über die Dominikaner-Klöster verhängen dürfe, es wäre denn, dass in der päbstlichen Bulle von dem Dominikanerorden oder dessen Klöstern eine ausdrückliche Erwähnung geschieht. Dt. Romæ, XVII. Calend. Julii (15. Juni) 1266.

(Nach dem Orig. mit einer Bleibulle im Archive des Dominikaner-Klosters zu Olmütz F. I. P. p., mitgetheilt von Dr. B. Dudík.)

128.

König Otakar von Böhmen schliesst einen Vertrag mit dem deutschen Orden in Preussen wegen der Unterwerfung Galindiens, des Jaczwigerlandes u. s. w. Dt. Pragæ, XIII. Kalendas Octobris (20. September) 1267.

Nos Othokarus Dei gracia Boemie Rex, Dux Austrie et Stirie, ac Marchio Morauie, omnibus hanc litteram inspecturis salutem in perpetuum. Regalis Celstiudinis gloria, elargiente bonorum omnium datore, decorati multiplicibus potentatibus diuitiarum et uirium precellentes, zelo ducti fidei ad ampliandum titulos et cultus nominis Christiani, in elisiones et exterminationis gentilium insidiantium fidei Christiane, ut refrenetur tirannidis eorumdem. Nos nostros et potentiam nostram participii eterne intuitu beatitudinis defensorem exponimus atque murum, ad occupandum et capiendum terras ipsorum gentilium, et terminos partium eorumdem cultui diuini nominis subiugandos. Ita uidelicet ut fratribus militie domus Theutonicorum in partibus Terrarum Pruscie quas iidem fratres occuparunt et in sua potestate iam detinent occupatas, uel in partibus terrarum a fide apostatarum, quas dicti fratres aliquando habuerunt in sua potentia et possessione, uidelicet terra Culmensi, Lubouia, Soysim, Pomizania, Pazlueh, Landesen, Sambia, Pogzania, Warmia, Natangia et Barthia, cum territoriis et attinentiis earumdem, nullus umquam per nos uel nostros Successores ratione dominii, nominis, dominationis seu iuris nominis ascribendis quantum ad predicta loco nunc, uel inposterum preiu-

dicium generetur. In quibus sepedictis fratribus plenum ius, quod et ante habuerant, iurisdictionis, dominationis, proprietatis, possessionis et acquisitionis eorumdem, quietum et liberum profitemur a nobis et nostris posteris remanere, scriptoque promittimus in presenti quod ad recuperandum terras iamdictas, a fide scilicet apostatas, ipsis fratribus astabimus pro viribus auxilio, consilio et fauore. Iidem quoque fratres et acquirendum et occupandum Galendiam, Getwesiam, Lutowiam et alios inimicos Crucis Christi, quantum possunt pro viribus nos iuuabunt, ut eedem terre cultui fidei Christiane, ac nostre ditioni Regie applicentur, prout in Instrumentis super hoc nobis traditis plenius est expressum. In cuius rei testimonium et uigorem dictis fratribus damus presens scriptum nostrorum sigillorum munimine roboratum. Acta sunt hec Prage Anno Domini M. CC. LXVII. Datum ibidem per manum Magistri Petri Wissegraden. Prepositi Regni nostri Cancellarii XIII. Kalendas Octobris.

(Voigt Cod. diplom. Prussic. B. II. S. 163 in der Bestätigungsurkunde Papst Clemens IV. vom J. 1268 nach einer Abschrift im päpstl. Privilegienbuche des geh. kön. preuss. Archives Nr. 360.)

129.

König Otakar von Böhmen genehmigt den um 300 Mark erfolgten Kauf des Dorfes Seifensdorf bei Zittau seitens des Klosters Marienthal. Dt. apud. Pragam anno domini MCCLXVII, XVII. Kal. Decembr. per manus magistri Wenceslai prepositi Wissegehradensis, dilecti cancellarii nostri, indict. X. anno regni nostri VI.

(Köhler Cod. diplom. Lusat. super. p. 71 n. XLI. nach Schöttgens und Kreissigs Nachlese XII. 214. — Der Ausstellungsort dieser Urkunde stimmt mit jener von demselben Datum im III. B. des Cod. diplom. et epist. Mor. p, 401 n. CDI. nach dem Orig. des fürsterzbischöflichen Archives zu Kremsier abgedruckten Urkunde nicht überein. Jene soll zu Prag, diese ist aber zu Brünn ausgestellt. Auch heisst der Kanzler in jener Urk. Wenzel, während er hier Peter genannt wird.)

130.

K. Otakar sendet den Bischof Bruno von Olmütz zu den Preussen und ermahnt sie, sich taufen zu lassen. 1267.

Persuasio, ut aliquis se baptizari sinat.

Creator totius creaturae deus et homo pariter, qui aeternus pater noster, qui est in coelis, ad introitum regni coelestis nos regenerans, nobisque in ablutionem criminum baptisma consecrans, Jesus Christus, idemque assistens pontifex futurorum bonorum, factus obediens patri usque ad mortem, per amplius et perfectius tabernaculum, quod non erit hujus creationis, nec per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit in sancta, redemptione inventa, quam ab aeterno nobis in eum confidentibus praeparavit, i. e. confessoribus vitae suae, in qua nos in adoptione filios ex diversitate gentium adunavit ad futuram gloriam, de tenebris nos vocans in admirabile lumen suum, redemptos

suo sanguine pretioso. Ad cujus gloriae participationem vocati, ut diximus, communem universitatem vestram vocandam duximus et rogandam, quatenus ad praetacta, quae fidei Christianae expediunt, praesenti persuasione acquiescere studeatis, baptisma sanctum in Jesu Christi redemptoris nomine recepturi. Nos etenim ad lucrandum animarum vestrarum salutem, ad partes vestras habentes in futura hieme, dilationibus postpositis, proposita veniendi, de corpore regni nostri et de salute vestra venerabilem in Christo patrem dominum B. Olomucensem Episcopum ad vos praemittentes, piae voluntatis affectibus destinamus, cujus consiliis et exhortationibus acquiescere poteritis in praedictis, cuique ad executionem praefatorum, quae vestrae saluti expediunt, de pleno committimus vices nostras. Qui etiam concordandi vos cum honorabilibus et in Christo dilectis domus Theutonicorum fratribus, promissionis vestrae certitudine praestita, habebit plenarium potestatem, fratres[1]) praefatos ad ea, quae concordiam indicant, bono modo nostris persuasionibus inducendo (Bl. 68^{bc}).

(Palacky über Formelbücher I. Lieferung S. 273 n. 21.)

131.

Herzog Mstiwoj von Pommern erkläret, dass er in Gegenwart und durch Vermittlung des Königs Otakar von Böhmen einen Vertrag mit dem deutschen Orden zur Hintanhaltung der gegenseitigen Einfälle geschlossen habe. Dt. apud Cholmen, III. Nonas Januarii (3. Jänner) 1268.

(Voigt Cod. diplom. Prussic. B. II. S. 160 n. CLIV. nach dem Orig. mit einem sehr beschädigten Siegel des Herzogs im geheim. königl. preuss. Archive.)

132.

Pabst Clemens IV. ertheilt dem Könige Otakar von Böhmen die Vollmacht, auf seinem Kreuzzuge gegen die Heiden in Litthauen einen neuen Königsthron aufrichten und mit einem Könige besetzen zu dürfen. Dt. Viterbis XIII. Kalendas Februarii (30. Jänner) 1268.

(Voigt Cod. diplom. Prussic. B. II. S. 161 n. CLVI. nach einer Abschrift dieser Bulle im päpstl. Copienbuche des geh. kön. preuss. Archivs.)

133.

Pabst Clemens IV. bestätigt den zwischen dem Könige Otakar von Böhmen und dem deutschen Orden in Preussen zu Prag am 20. September 1267. (Siehe diesen Band) abgeschlossenen Vertrag wegen der Unterwerfung Galindiens, des Jaczwingerlandes u. s. w. Dt. Viterbii II. Kalend. Februarii (31. Jänner) 1268.

(Voigt Cod. diplom. Prussic. B. II. S. 162 n. CLVII. nach einer Abschrift im päpstl. Privilegienbuche des geheim. königl. preuss. Archives.)

[1]) fines.

134.

K. Otakar II. von Böhmen macht dem abgesetzten Erzbischofe Philipp I. von Salzburg, Bruder des verstorbenen Herzogs Ulrich III. von Kärnten, Vorwürfe über die Hindernisse, welche er ihm beim Antritte der Erbschaft bereitet hat. Dt. in Budin. Kalendis Aprilis (1. April) 1270.

Reverendo in Christo patri domino P. venerabili quondam Saltzburgensis ecclesie archiepiscopo O. dei gratia rex Boemie, dux Austrie Stire et Karinthie et marchio Moravie, dominus Carniole, Marche et Egre, salutem et eam quam decet ad eius beneplacita voluntatem. Incusastis nos, quod vobis inferemus gravamina et offensas, in hiis utique nos causam vobis possemus inpingere congruencius quam vos nobis. nam quicquit dissensionis inter nos et vos est, illa ex parte vestri principaliter est suborta; nam fratre vestro domino Ulrico beate memorie decedente, qui nobis terras suas et homines legaverat et de libera dederat voluntate, vos in nostri preiudicium vobis quedam castra et municiones, que ad nos cessisse debuerant, attraxistis, que ad vos pertinere de iure non debebant, presertim cum predictus frater vester propter vestram malitiam vos a successione hereditaria adhuc vivens separasset et alienasset ab omnibus bonis suis, exigentibus culpis vestris; nos enim, si ex parte vestra primum non fuisset in nostri preiudicium laboratum, fecissemus, quicquit fuisset condecens et honestum, set quum contra nos primo attemptatis, nos ius nostrum persequi et defendere volumus iuxta posse. unde si vos volueritis vos nostris coniungere inimicis, oportet, ut id vestro arbitrio relinquamus et nos vice versa nostris amicis iungi volumus ad propulsandas iniurias et molestias, si que per vos seu alios nobis fuerint irrogate. divino auxilio mediante. Datum in Budin. kalendis aprilis.

(Zeitschrift für Geschichte des Oberrheins von F. J. Mone XI. Bd. III. Heft. S. 288 nach dem Orig. in der Bibliothek zu Venedig. Codd. Lut. class. XIV. Arm. XCVIII. 7. cod. CC. S. 89.)

135.

Die königlichen Urburer und die Schöpfen von Iglau erklären, dass sie dem Selauer Abte und Convente, dem Werner, genannt Loting, und deren Mitarbeitern einen Stollen am Rudolphsberge verliehen haben. Dt. X. Kalend. Novembris (23. October) 1272.

In nomine domini. Amen. Hanmannus . Ludmannus . et Helwicus . Serenissimi Domini nostri Regis Otthocari Urburarii per totam Bohemiam et Moraviam . fidelisque Universitas Juratorum in Yglauia . omnibus hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Omnia que geruntur in tempore . ne simul labantur cum tempore . necesse est ea proborum virorum testimonio confirmari . Nouerit igitur tam presens etas quam futura posteritas quod nos vtilitatem attendentes communem . et ciuitatis Yglauie profectum nec non totius prouincie grauesque

labores et expensas. Wernhero dicto Lotingo et Domino...(Marsilio) Abbati Sylowensis ecclesie cum ipsorum cooperariis contulimus Stollonem in monte Rudolfi et omnes montes ibidem mensuratos tam cum dominorum laneis quam burgensium. et quicquid ibi confractum fuerit usque ad semitam per quam itur in Aychornberck pro parte Regis tantum omni iure hereditario colendum et possidendum. et idem Stollo in dependentibus et prostratis Jura cuiuslibet stollonis hereditarie obtinebit. Ut autem hec omnia robore non careant perpetue firmitatis presentem ei dedimus paginam. Sigillo ciuitatis Yglauiensis et Urburariorum munimine roboratam. Acta sunt hec Anno Domini M°C°C°LX°X°ij°. X°. Kal. nouembris. Presentibus Juratis Yglauie ciuitatis videlicet Wernhero Lotingo . . nodo. Magistro Jacobo. Hermanno. Ortwino. Dithmaro. Musiro. Leone. et aliis personis honestis ac fide dignis.

(Nach einer Abschrift im Selauer Abteiarchiv, mitgetheilt von dem dortigen Stiftsarchivare P. Victor Bezděka.)

136.

Bruno, Bischof von Olmütz, befiehlt allen Dechanten seiner Diöcese unter Androhung der Suspensions-Strafe, dass sie den Minoriten das Predigen, Beichthören und die Beerdigung der Todten gestatten. Dt. Brunæ 1272.

B . . . dei gracia Olomucensis episcopus, dilectis in Christo filiis vniuersis decanis nostre dyocesis, salutem in domino. Vigorem privilegiorum que honestis ac religiosis viris fratribus minoribus et eorum ordini per vniuersum orbem super elemosinarum postulacione, predicacione, confessionum audienciam, et non nullis aliis a sede apostolica sunt concessa, volentes ob reuerenciam sedis eiusdem in statu debito per totam nostram Dyocesim conseruare, cum hoc nobis iam dudum per ipsam sedem specialiter iniunctum existat, ne de inobediencia que sceleri conparatur ydolatrie districtius arguamur, discrecioni vestre in uirtute obediencie et sub pena suspensionis ab officio damus firmiter in preceptis, quatenus fratres Minores, qui sine fidelium elemosinis cum propriam non habeant nequeunt sustensari, in ciuitatibus et in omnibus locis et villis in quibus argenti fodine consistunt, per omnes decanatus vestros predicare, confessiones audire, ac eciam illorum corpora sepelire, qui apud eos elegerint sepulturam, libere paciamini, non permittentes eos in hiis aliquatenus perturbari, specialiter illos qui eorum tabulas defferunt ab inquietacione et molestacione qualibet defendendo. Vt autem hec que vobis iniungimus, debitum nansciscantur effectum, volumus et mandamus sub pena predicta, quatenus omnes illos et singulos, qui dictos fratres et eorum tabulas defferentes in aliquo impedire presumpserint, uel turbare, siue clerici sint siue layci, tam diu excommunicacionis sentencia auctoritate nostra percellere non differatis, facientes ipsos cum solempnitate anathematis ab uniuersis christi fidelibus arcius euitari, donec ipsi passis iniuriam plena satisfaccione premissa, a nobis in forma ecclesie fuerint absoluti. Alioquin premissam suspensionis penam et aliam non effugietis canonicam ulcionem. Mandamus insuper ut debitores dictorum fratrum ad soluendum eis quod debetur monicione premissa simili

excommunicacionis sentencia conpellatis. Testes qui fuerint nominati, si se gracia, odio, uel timore subtraxerint, veritati perhibere testimonium conpellendo.

Data Brunne anno dominice incarnacionis M°CC°LXXII°.

(Das Orig. auf Pergament, dessen Sigill jedoch abgerissen ist, im Archive des Iglauer Minoriten-Klosters; mitgetheilt vom H. Grafen Friedrich Sylva Tarouca. Dr. Tomaschek Deutsches Recht in Oesterreich im XIII. Jahrh. S. 327 n. 4.)

137.

Otakar, König von Böhmen, genehmigt, dass Tietzo von Choltow und seine Brüder das Dorf Rudunchsdorf mit Zubehör dem Kloster Marienthal für immer erb- und eigenthümlich übergeben mögen. Als Zeugen erscheinen: Andreas Boemie camerarius, Jaroslaus de Turrow, Zmilo de Brumow, Burchardus marschalcus Boemie, Volchmarus pincerna, Onso pincerna, Chunradus magister coquine et alijs compluribus fidelibus regni nostri. Actum et datum in Praga an. dom. 1273. XII. Kalend. Maji (20. April).

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. nach einer beglaubten Abschrift; am Orig. im Klosterarchive zu Marienthal hängt ein Siegel.)

138.

Johann? (Bruno), Bischof von Olmütz, stellet dem Abte von Geras das Patronat über die Kirche in Gross-Ranzern zurück. Dt. Cremsier, fer. IV. ante dominicam Lætare (7. März) 1274.

(Nach dem Orig. auf Pergament, ohne Sigill im Geraser Stiftsarchive.)

139.

Otakar, König von Böhmen, beauftragt den Sidelinus, den Bischof von Freisingen, im Genusse seiner Güter in Alarn zu schützen. Dat. Brunne Prid. Idus Julii (14. Juli) 1276.

(Aus einem liber tradition. Frisingens. Bl. 31 b abgedruckt im 3. B. 2. Heft des oberbaier'schen Archives. S. 278.)

140.

König Otakar von Böhmen, Herzog von Oesterreich und Steyer, Markgraf von Mähren etc., überträgt dem Albero von Puchhaim das Truchsessenamt in Feldsberg mit allem Zubehör und den Gütern in Ort. Dt. in Vreynstatt, an. dom. 1276 pridie Nonas Octobris (6. October).

(Wurmbrand. Collect. S. 311.)

141.

K. Rudolph meldet dem Dogen zu Venedig seinen Sieg über Otakar, König von Böhmen. Dt. in castris apud Velsberg, VI. Kalend. Septembris (27. August) 1278.

Rudolphus dei gratia Romanorum rex semper augustus magnifico viro domino et duci Venetorum amico suo sincera dilectionis salutem cum regiae benignitatis affectu. Quantis opprobriis et probrosis iniuriis indesinens reipublicae disturbator quidam [1]) O. rex Boemorum illust., post pacis federa, post fidelitatis debite nobis pro nobis per ipsum praestita sacramenta, nos impulerit, ut ad eius conatus nefarios refraenandos potentiae nostrae brachium levaremus, omnes minores cum maioribus sepe viderunt apertius, qui conspirationes, quas idem rex adversus nostram salutem fecerat, insidiarum iacula, quae tetenderat, laqueos, quos absconderat, non ignorant. Et quoniam de regalium successuum praecordiorum nostrorum iniuria [2]) credimus in gaudio redundare, sinceritati vestrae, ea qua omnipotentis dei gracia, quae causas iustis dirigit et detestatur iniquos, in nobis et imperio resplenduit his diebus, tenore praesentium duximus declaranda. Sciat itaque vestra providentia, quod nos feria quinta proxima post festum Bartholomei eo loco locavimus castra nostra, quod a territoriis [3]) dicti regis Boemiae vix ad stationem [4]) dimidii milliaris theutonici distabamus. mane vero sextae ferie subsequentis una cum dilecto filio et amico nostro carissimo illustri rege Hungariae procedentes cunctos [5]) acierum nostrarum adiunximus stationi hostium, sic quod hora diei quasi sexta inter nos quamvis [6]) pugna comittitur, in qua dictus rex Boemiae more strenui pugilis viriliter se deffendens tandem devictus occubuit, non a nostra virtute prostratus, sed eo [7]) potius impugnante [8]) contra rempublicam deffendente collisus. in quo etiam bello nobiles regni Boemiae, ut alii, qui cum ipso rege venerant, potiores, aut mortui gladio ceciderunt, aut victo [9]) certamine, dum ad fugae praesidium se converterent, ab insequentibus sunt detenti. Verum cum ex veris et certis inditiis celsitudini nostrae constat, quod non nostra sed summi dei, salutem nostram in tanto discrimine misericorditer protegentis, potentia triumphavit, praesentem praeclaram victoriam illius titulis et honori adscribimus, qui ad nostrae humilitatis augustias finiendas immensae suae clementiae misericordes occulos tunc misericorditer inclinavit, dum extremae neccessitatis periculum imminebat. Vos igitur amicorum sincerissime, quaesumus grates altissimo refferatis et in gloriosae Mariae virginis laudes, quorum praesidiis vita nostra morti proxima salva subsistit, et Romani imperii celsitudo mirabiliter [10]) incurvata respiravit virtute mirabili, vestri cordis intima resolvatis. Datum in castris apud Velsperg, 6 kalend. Septembris regni nostri anno quinto.

(Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins XI. Bd. III. Heft. S. 292. Hs. zu Venedig. Codd. Latt. cl. XIV. cod. XXXIX. S. 23.)

---

[1]) L. quondam. [2]) hier fehlen einige Worte, ohne Lücke der Hs. [3]) l. tentoriis. [4]) l. spatium. [5]) l. cuneos. [6]) l. gravis. [7]) l. deo. [8]) l. impugnantem. [9]) l. victi. [10]) miserabiliter.

142.

Berchtold, Graf von Hardek und Stephan von Meissau schlichten den zwischen dem Kněžicer Pfarrer Wojslaw und der Zdislawa, Tochter des Hartlieb von Duba, bezüglich der Dörfer Božic und Reznowic bestandenen Streit. Dt. in civitate Sznoymensi, IV. Kalend. Julii (28. Juni) 1279.

Universis præsentes literas inspecturis Bertholdus, comes de Hardek, burggravius Sznoymensis, et Stephanus de Meysow, marsalcus Austrie, camerarius Vetoviensis, Salutem et in sinceram in Domino caritatem. Cum a domino Rudolfo, serenissimo rege Romanorum semper Augusto Moraviam gubernante, nobis causa seu questio commissa fuisset fine debito terminanda, quæ vertebatur inter fratrem Woyzlaum, præpositum ecclesiæ Sancti Jacobi de Kniezicz, Praemonstratensis Ordinis, Olomucensis dioecesis, actorem nomine suo et eiusdem ecclesiæ ex parte una, et dominam Sdezlauam filiam domini Hardebi (Hartlebi) Dubna, olym relictam domini Marquardi dicti Longi, et pueros eorum ratione testamenti in ultima voluntate facti a domina Adleyde prædicti Marquardi prius uxore, ex parte altera, super villis scilicet Bozicz cum omnibus attinentiis et juribus suis, exceptis in eodem testamento comprehensis, et in Resnouicz, in quatuor laneis cum attinentiis suis. Huius rei causa, ut ex juris debito tenemur, volentes earumdem villarum questionem propter nobilium terrae copiam in generali colloquio astantium per nos in civitate Sznoymensi celebrato fine congruo terminare, parati fuimus jura partium dissectare: sed partes ab omni juris seu consvetudinis strepitu recedentes inter se super annotata questione compositionem amicabilem inierunt scilicet, quod praenotata domina Sdezlaua et pueri sui intuitu salutis aeternae volendo eorum saluti, et animae domini Marquardi misericorditer prouidere et a molestia indebita Knieziczensis ecclesiae declinare, in praedictis villis coram nobis aliquod jus asseruerunt se non habere, velut in testamento praefatae Dominae Adleydis plenissime continentur, tamen ad majorem et habundantem cautelam in nostri praesentia renunciarunt omni juri, quod eis in villis posset competere, supradictis, in publico colloquio promittentes nobis universisque nobilibus terrae ibidem existentibus bona fide, quodsi ipsa domina Sdezlaua seu sui pueri vel aliquis ipsorum per se vel per alios etiam eorum successores contra praedictam compositionem nostro accedente consensu iam rationabiliter ordinata aliquo tempore aliquid attemptarent, quod in annotatae ecclesiae de Kniezicz vergeret praejudicium vel gravamen, per quod ipsa ecclesia pateretur in aliquo laesionem, tunc ab attemptante seu invadente absque ulla exceptione seu contradictione ducentae marcae argenti Moraui ponderis et datum (?) ante ipsius questionis ingressum soluantur nomine poenae ecclesiae Knieziczensi, quibus marcis antea non solutis conquerenti nulla via pateat questionis.

In cuius rei testimonium a nobis humiliter impetrauerunt praedictam compositionem sigillorum nostrorum munimine roborandum, una cum sigillis aliorum nobilium testium inferius subscriptorum Acta sunt haec in ciuitate Sznoymensi Anno domini M°.CC.LXX°. nono. Quarto kal. Julij praesentibus hiis testibus, scilicet Hardlebo de Dubna, Zmilone de Belcoy, Hartmano de Holnstayn, Boleborio de Popicz, Branizlao de Lessonicz, Bohuzlav de Odunze,

Wolframo de Zlatin, Sborone subdapifero, Laurencio submarsalco, Theoderico de Kniczicz, Odoleno Auspecz, Wolfframo czaudario, Czustrago de Cziemich, Stohone de Heraltcz, Cunone de Raczis et alii quam plures interfuerunt.

(Nach einer einfachen Abschrift im Selauer Abteiarchive, mitgetheilt von dem dortigen Archivare P. V. Bezděka.)

143.

Königin Kunigunde, als Frau des Landes Troppau, bestätigt eine im Jahre 1259 von K. Otakar II. der Kirche zu Leobschütz verliehene Urkunde cc. 1279.

Nos Ch. etc. et domina terrae Opaviensis, universis scire per praesentes, (sic) nos vidisse sigillatas in nulla parte vitiatas literas in haec verba:

Nos Othacarus qui et Premizl, dei gratia dominus regni Boemiae, dux Austriae et marchio Moraviae, scire volumus universos, quod nos accepta sufficienti cautione et testimonio honesto super eo, quod decima decimae nostrae telonei et census ecclesiae in Hlupcich attineat ex debito et de jure, ipsam decimam dilecto nobis cappelano .Ely. et suis successoribus confirmamus. In cujus rei testimonium sibi et ecclesiae suae praescriptae et suis successoribus praesens instrumentum dari mandavimus, cum subnotatis testibus, sigilli nostri munimine roboratum. Testes: Benesius camerarius noster, Milota frater ejus, frater Paulus, frater Hermannus et alii quam plures. Actum et datum in Znoym, (per manus) protonotariorum nostrorum Arnoldi et Ulrici magistrorum, a. d. M° CC° LIX°, XV° kal. Decembris.

Cum itaque praenotatus dominus noster et maritus carissimus honorabilibus viris magistro et fratribus hospitalis S. Johannis Jrlm., de certa conscientia et consilio nostro, jus patronatus praescriptae ecclesiae juste et rationabiliter contulerit perpetuo possidendum: nos praefatam decimam decimae frugum, decimam septimanam in teloneo, et etiam decimam census nostri in praelibata civitate Hlupcich, praefatis fratribus confirmamus, dantes ipsis praesentes literas, sigilli nostri robore confirmatas (80c).

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung S. 313 u. 102.)

144.

Schiedsrichterlicher Vertrag zwischen dem Höfleiner Pfarrer Jakob und dem Bürger von Laa, Friedrich Mauer, wegen des bestrittenen Theiles des pfarrlichen Zehents von grüner Waare auf den Gründen vor der in Oesterreich liegenden Stadt Laa, gegen Höflein zu, dem gemäss Friedrich die Hälfte dieses Zehents für seine Lebenszeit ruhig besitzen, dafür aber der Marienkirche zu Höflein jährlich am St. Colomannstage 12 Wiener Denare als Zins abführen müsse. Dt. apud Laa, VI. Idus (10.) October 1282.

(Orig. im k. k. Hof- und Staatsarchive zu Wien. — Dr. Wolný kirchliche Topographie von Mähren II. Bd. II. Abtheilung S. 146.)

145.

Herzog Nikolaus von Troppau vermittelt einen Vergleich zwischen Hermann von Hohenlohe, des Hospitals S. Joh. obersten Meisters durch Böhmen, Mähren und Schlesien und der Stadt Leobschütz, welche das Ordenshaus zu Gröbnig zerstört hatte. Dt. 1282.

(Gärth Gesch. von Gröbnig. St 209. Vergl. S. 262. — Minsberg Leobschütz S. 36.)

146.

Otto der Richter und die Schöpfen zu Tharlem und Albert der Münzer zu Eger erklären eidlich, dass Dětmar, Münzmeister in Mähren, dem Selauer Kloster einen bei Iglau gelegenen Wald vermacht hat. Dt. in Tharlam, III. Non. (5.) Martii 1288.

Notum sit omnibus hoc scriptum inspecturis, Quod coram nobis Ottone judice et juratis (in) Tharlem, Albertus monetarius de Egra sub suae fidei juramento publice protestabatur, Quod Dithmarus bonae memoriae quondam magister monetae per Morauiam testamentum suum ordinans silvam quandam adjacentem civitati Iglauiae ab omnibus suis creditoribus liberam et solutam viva voce in Praga delegavit ecclesiæ Beatae Mariae in Selow, Ordinis Praemonstratensis, et abati eiusdem ecclesiae libere possidendam. In cuius rei testimonium hanc literulam nostri sigilli munimine fecimus roborari.

Datum in Tharlam Anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo octauo iij^{o} Non. Marcij.

(Nach einer einfachen Abschrift im Selauer Abteiarchive, mitgetheilt von dem dortigen Archivare P. V. Bezděka.)

147.

Theodorich von Kněžic schenkt dem Kněžicer Pfarrer Heinrich und dem Praemonstrat. Kloster Selau das Patronat über die Kirchen zu Opatow und Morawan. Dt. in festo b. Martini confessoris (11. November) 1289.

In Nomine Domini Amen. Cum in rerum temporalium fluxibilitate mutabili nil uideatur salubrius nilque prorsus consulcius quam animarum saluti prospicere et semine bonorum operum perennitatem eterne vite acquirere dicente pagina diuina. Qui seminat in benedicciouibus de benediccionibus et metet uitam eternam. Notum sit uniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris quod ego Theodoricus de Kniezicz Illustrissimi Regis Boemie Baro Olomucensis diocesis diuina inspirante gracia preuentus sana mente sanoque consilio considerans, quia mundus transit et omnis concupiscencia eius, tam premissis quam eciam alijs racionibus incitatus non solum proprie anime uerum eciam felicis recordacionis animarum dulcissimorum progenitorum meorum saluti et utilitati desiderans consulere et maxime per uirorum Religiosorum suffragia et eorumdem diuina obsequia quod propria in persona minus ualeo adimplere, ad honorem Filii Dei et eius Genitricis gloriose Virginis perpetue

Marie perpetuum nec non Veneracionem omnium sanctorum, de mea bona et libera uoluntate promptanea Confero, do, et designo. Jus Patronatus Ecclesiarum uidelicet Abdoue et Morauas, quod racione uillarum a retroactis temporibus absque alicuius impedicione libere ac pacifice tenui. Honorabili Viro Fratri Henrico de Kniesicz nomine Ecclesie sue et suis successoribus qui eidem pro tempore successerint de ordine Premonstratensi pacifice et quiete perpetuum eodem iure et racione quibus ipsum tenueram tenendum uel eciam possidendum. In hoc facto dulcissimorum progenitorum meorum morem imitans qui eumdem Ordinem et precipue inter alias Ecclesiam Syloensem quadam utique peculiari et speciali Charitate sua liberalitate et munifica pietate confouebant. Et ne forsam aliqua ut fieri assolet de situacione et diocesi Ecclesiarum oriatur questio Notandum quod Olomucensis diocesis ambe sed una circa Kniesicz reliqua uero adjacet Ciuitati Brunensi, quarum Ecclesiarum Jus Patronatus prout promissum est absque omni condicione et pacto prenominato Preposito et suis successonibus contuli et resignaui, omnibus si quos forte in posterum habuero heredibus interdicens, et quantis conatibus preualeo, eosdem commonens et exhortans ne tam salutiferam donacionem seu eciam collacionem quocumque ausu temerario in posterum irritare uel impedire presumant, sed magis pro uiribus suis roborare curent pariter et defensare. Ceterum ne hec mea diuinitus pro remedio et saluacione animarum iam publice et solenniter facta collacio seu donacio a quoquam malignancium quibuscumque uersucie ac dolositatis anfractibus ualeat prepediri, uel eciam inbrigari sed pocius perpetuum robur firmitatis obtineat et nulla huius mutabilis temporis obliuione uel obscuritate ab humana memoria recedat, presentes literas subscriptorum consignaui et consignari obtinui munimine sigillorum pariter et proprii, scilicet Venerabilium Patrum et Dominorum Abbatis Monasterii Trebecensis: Abbatis Ecclesie Syloensis, Abbatis Ecclesie Zaberdouicensis, Ruthonis de Ruthenstein, Vniuersitatis Ciuitatis Iglauiensis, Acta sunt autem hec anno Domini M.CC.Octogesimo IX° in festo B. Martini Confessoris. Coram testibus infra scriptis Laurencio de Wranow, Bernhardo de Ruthensteine et Fratribus suis Zdislao et Wyrschone. Andrea de Wolphericz et Fratre suo Stanimiro et alijs quam plurimis uiris idoneis et fide dignis.

(Nach einer alten Abschrift im Archive der Selauer Präm. Abtei, mitgetheilt von dem dortigen Archivare P. V. Bezděka.)

148.

Der deutsche Ordens-Kompthur Ekko überlässt anderthalb Lahne und einen Hof in Swat...dem...Benedictiner-Klosters um 20 Schock Mark. Dt. in Czlewings, Kalend. Martii (1. März) 1290.

In nomine Domini. Amen. Quoniam per obliuionis incuriam et ... actus mortalium in irritum reuocentur, necessarium est et perutile...testimonio 10..tur, Quapropter uniuersis Christi fidelibus hanc...perhenni constare uolumus nocione. Quod frater syfridus comendator...cie templi de consensu religiosi viri fratris Ekkonis pro tunc...am animo

deliberato alterum dimidium laneum et euriam in Swat... me rite et racionabiliter per mortem quondam domini Zeborii dicti...ie memorie fore deus lutum omnibus juribus vtilitatibus et pertinencijs que..et pertinencijs ejus proueniebant et prouenire potuiss...in futuram uenerabilibus viris Johanni abbati et conuentui monasterii... Benedicti pro uiginti sexagenis marcarum. In cuius rei testim...fieri jussi, et sigili mei uolui munimine roborare. Hujus rei testes sunt...frater Gebhardus, frater Gotfridus, frater Conradus dictus de Cyrnin fra... milites milicie de Templo. Actum et datum in Czlewings anno dominice incarnacionis M°CC° nongentesimo. Kal. Marcii. Indiccione XV.

(In Horky's Tempelherren in Mähren 1845 S. 230 nach einem Bruchstücke des Originals, welches zu dem Einbande eines Trebitscher Waisenregisters verwendet wurde, in dem Archive der Stadt Trebitsch.)

149.

König Wenzel von Böhmen genehmigt die Schenkung eines Hauses und Fläche an die Pfarrkirche zu Zittau und befreit diese Geschenke der Christina, Gattin eines verstorbenen Zittauer Bürgers, von allen Steuern. Dt. Syttaviae per manus magistri Petri, protonotarij regni nostri, an. dom. 1291. Kalend. Decembris (1. December) indict. V.

(Köhler Cod. diplom. Lusat. super. S. 105 n. LXIII. — Gedruckt in Carpzow anal. fast. Zitt. I. p. 45.)

150.

König Wenzel von Böhmen und Markgraf von Mähren bestätigt über Ansuchen des Selauer Abten Jakob, die dessen Kloster im J. 1233 vom Könige Wenzel geschehene Wiedererstattung der vom Wolfram und Ranožír entrissenen Güter in Böhmen und Mähren. Dt. Prage, IV. Nonas (4.) Octobr. 1293.

Nos Wencezlaus dei gracia Rex Boemie, Dux Cracouie et Sandomerie Marchioque Morauie notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Religiosus vir Jacobus Abbas Monasterij Syloensis ordinis Premonstratensis presentauit nobis quoddam Priuilegium felicis recordacionis domini Wencezlai Boemorum Regis Illustris Aui nostri super Metis et finibus eiusdem Monasterij, Regis ipsius Sigillo pendenti sigillatum, quod erat per omnia continencie talis. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod nos Wencezlaus dei gracia Boemorum Rex Ecclesias dei que per Regnum Boemie etc. usque duximus roborandam. (Siehe Band II. S. 252 n. 231.)

Nos autem qui personas et loca Religiosa Regni nostri diuine retribucionis intuitu, libenter ampliare uolumus, et in suis iuribus conseruare. Priuilegium ipsum Abbatis eiusdem

supplicacionibus fauorabiliter annuentes ratum et gratum habemus ac vniuersa omnia et singula que in ipso priuilegio continentur, predicto Monasterio de speciali gracia confirmamus. volentes ut Mouasterium sepedictum ea omnia perpetuo pacifice possideat et quiete. In cuius rei testimonium, presentes confirmacionis nostre litteras fieri, et Sigillorum nostrorum munimine iussimus communiri. Datum Prage per manus Magistri Petri Prothonotarij nostri Pragensis Wratislauiensis et Wissegradensis Ecclesiarum Canonici. Anno domini, Millesimo, Ducentesimo, Nonagesimo tercio. iiij. Non. Octobris. Indictione Septima.

(Nach dem Orig. auf Perg. mit einem Sigill im Selauer Abteiarchiv, mitgetheilt von dem dortigen Archivar P. V. Bezděka.)

151.

Mehrere Erzbischöfe und Bischöfe ertheilen allen jenen, welche die St. Jakobskirche zu Iglau an den ausdrücklich bestimmten Festtagen reumüthig besuchen oder derselben ein Geschenk zuwenden, einen 40tägigen Ablass. Dt. Romæ, Non. (7.) Martii 1295.

Universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis Petrus Arbonensis, Rogerius Sanctae Severinae, et Philippus Salernitanus, Dei gratia Archiepiscopi, Maurus Ameliensis, Guillelmus Callensis, Jacobus Beneventanus, Stephanus Opidensis, Cyprianus Bonensis, Sabas Milicensis, Franciscus Terracinensis, Petronius Larinensis, Robertus Calinensis, Franciscus Fanensis, Andreas Linensis et Romanus Crotunsis eadem gracia Episcopi Salutem sempiternam et fructuosam in Domino Karitatem. Vitae perhennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum, a redemptis pretio sanguinis fusi de pretioso corpore Redemptoris . . . debet ac qui (acquiri?) virtute, inter quae illud esse praegrande dinoscitur, quod ubique maiestas altissimi, sed praecipue in Sanctorum Ecclesiis collaudetur, cupientes . . . ut Ecclesia Sancti Jacobi in Iglauia, Olomucensis Dioecesis, congruis honoribus et jugi Christi fidelium frequentatione veneretur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad dictam Ecclesiam in festis subscriptis videlicet Nativitatis, Resurrectionis et Ascensionis Domini nostri Jesu Christi, atque Pentecostes, in quatuor festivitatibus gloriosae Virginis Mariae, beatorum Petri et Pauli, Jacobi, aliorumque omnium Apostollorum, beatorum Martini et Nicolai Pontificum, proxima Dominica post festum Nativitatis Domine nostre, et in anniversariis dedicationis ipsius Ecclesiae, ac per octo dies festa praedicta immediate sequentes, causa devotionis accesserint, aut qui praelibatae Ecclesiae pro sua fabrica vel structura, luminaribus, ornamentis, vel pro aliis suis necessariis manus porrexerint adiutrices, aut in extremis laborantes quicquam suarum legarint facultatum, Nos de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi poenitentiis, dummodo consensus Dioecesani ad id accesserit, in Domino ad devotam et sollicitam instantiam discretorum virorum Henrici Reymeri, Henrici Slaueri, Roderigeri dicti Gilbach, Olrici dicti Ferrarii et Marquardi Macellarii laycorum Romae in peregrinatione existentium misericorditer relaxamus. In cujus rei testimonium praesens scriptum Sigillorum nostrorum muni-

mine duximus roborandum. Datum Romae Non. Marcij, Anno Domini M°CC°LXXXX. quinto Pontificatus Domini Bonifacij PP. Octaui Anno primo.

(Nach einer einfachen Abschrift der Bestätigungsurkunde des Olmützer Bischofes Paul vom J. 1436 im Selauer Abteiarchive, mitgetheilt von dem dortigen Archivare P. V. Bezděka.)

152.

Th(eodorich), Bischof von Olmütz spendet der St. Peterskirche zu Bautzen einen 40tägigen Ablass. Dt. Brunae in die Andrae (30. November) 1296.

(Abgedruckt in Köhler's Cod. diplom. Lusat. super. p. 336 n. XXXVII. nach dem Orig. im Bautzener Domarchive.)

153.

Mehrere Erzbischöfe und Bischöfe ertheilen allen jenen, welche die Marienkirche bei dem Kloster Schwester Herburg zu Brünn reumüthig an den ausdrücklich bestimmten Festtagen besuchen oder derselben ein Geschenk zuwenden, einen 40tägigen Ablass. Dt. Rome, Mense Aprilis 1299.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Nos Miseratione diuina frater Egidius Patriarcha Gradensis Dalmatie Venetieque Primas. Frater Martinus Bracarensis. frater Henricus Jadrensis Archiepiscopi, Georgius Sardensis Johannes Olonensis Maurus Ameliensis Rodoricus Mindoniensis, Thomas Croensis. frater Monaldus Ciuitatis Castellensis, frater Nicolaus Turibulensis Nicolaus Capritanensis et frater Jacobus Calcedomiensis Episcopi, Salutem in domino Excelsa super sidera uirgo uirginum, quem genuit adorauit immarcescibilem florem et fructum uidelicet primogenitum mortuorum, qui sicut pluuio in uellus descendit in eam ut saluum faceret genus humanum. Hec est enim regina celi omnium carismatum prefulua fulgoribus miserie humane conpaciens in conspectu filij sui regis eterni pro nostre reconsciliationis federe non desinit aduocare, ut cuis ne pereamus nobis propitiam efficiat gratiam, cuius liuore sanati sumus, vt igitur omnis lingua consurgat in iubilum ante chorum huius virginis in templo eius maxime nomine insignito frequentare dulcia cantica dragmatis gemmas Ecclesie impertiri largiflue renati fonte sacri baptismatis delectemur. Qua propter cupientes ut Ecclesia Beate Marie virginis de Brunna Sororum ordinis fratrum Predicatorum, Olomucensis Diocesis que in eiusdem virginis est insignita uocabulo frequentia honoretur fidelium, et circa eam querentium dominum tanto feruentius deuotio ferueat quanto habundantius spirituales thesauros ibidem repererit in celesti Jerusalem sibi perempniter profuturos. Omnibus uere penitentibus et confexis (sic) qui ad Ecclesiam Beate Marie virginis de Brunna Sorrorum Ordinis fratrum predicatorum Olomucensis diocesis, que in honore ipsius est uocabulo insignita in Omnibus festiuitatibus subscriptis. videlicet Natiuitatis Resurrectionis Ascensionis domini et Pentecostes in Omnibus festiuitatibus Beate Marie virginis in cuius honore dicta. Ecclesia est fundata in Comme-

moratione Omnium Sanctorum in festiuitatibus Apostolorum Petri et Pauli et omnium aliorum Apostolorum ac in festiuitatibus Beatorum Michaelis Archangeli, Georgii, Adalberti, Wenceslai, Stanislai, Dominici et Petri Martirum Beatarumque Margarite Catarine Aduigis Ludomille Elyzabet et Marie Magdalene et per ipsarum festiuitatum Octauas causa deuotionis accesserint et manus pro reparationibus emendationibus, structuris, luminaribus, calicibus, ornamentis, libris campanis uel alijs quibuscumque dicte Ecclesie necessarijs porrexerint adiutrices, uel qui in bona sui corporis sanitate seu etiam in extremis laborantes quicumque facultatum suarum legauerint miserint seu mittere procurauerint modo licito Ecclesie supradicte de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi singuli nostrum singulis Quadraginta dierum indulgentias misericorditer in domino relaxamus. Dummodo Diocesani uoluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium nostra sigilla iussimus apponi. Datum Rome Anno domini Millesimo CC° Nonagesimo (sic), Mense Aprilis Pontificatus domini Bonifacii pape VIII Anno quinto.

(Das Orig. auf Pergament, dessen Sigille sämmtlich fehlen, im Archive der Jesuiten zu Brünn Nr. 40 litt. E. im m. st. Landesarchive.)

154.

König Wenzel von Böhmen, Herzog von Krakau und Sandomir, Markgraf von Mähren, gestattet den Bürgern von Leitmeritz, dass sie nur von den Flächen, die sie in der Stadt besitzen, und nicht von den darauf erbauten oder zu erbauenden Häusern Steuer zu zahlen haben. Dt. Brunae per manus Petri, Basiliensis episcopi, Wyšehradensis praepositi, regnique Bohemiae cancellarii, VIII. Idus Martii (8. März) 1300.

(Das Orig. im Archive der Stadt Leitmeritz. Eine Abschrift im k. böhmischen Museum zu Prag.)

155.

Die in dem V. Bande des Cod. diplom. p. 171 n. CLXIV. vom Jahre 1304, 5. April, abgedruckte Urkunde ist richtiger in das Jahr 1300 zu setzen; denn das richtige Datum derselben lautet nach dem Orig. im Archive der Benedictiner-Abtei zu Raigern: Actum et datum anno domini Millesimo CCC. IIII nonas Aprilis in Brunnensi Ciuitate antedicta.

156.

Bruno von Dražowic (Dreswitz) vermacht seinen Hof „Schönhof“ dem Kloster Welehrad. Dt. in Welehrad, in die S. Francisci (4. October) 1300.

Ego Bruno dictus de Dreswitz una cum conthorali mea Voyslaba, mei juris, et rerum mearum liberam habens administrationem, considerans, quod juxta vocem sapientis, bonorum operum gloriosus sit fructus, accedentibus votis, et assensu omnium, quorum in legitimis donationibus requiri debet consensus, pia devotione ductus, curiam meam dictam

Schönhof cum omnibus araturis, agris, pascuis, pratis, ac structuris una cum quatuor laneis ejusdem villae eidem curiae hinc inde adjacentibus, cum omni usu et fructu ejusdem curiae, ac dictorum laneorum, et generaliter cum omnibus ad eandem curiam, et ad dictos laneos pertinentibus, pro testamento monasterio de Welehrad, et conventui, ubi corpus meum volo sepeliri, libera legitima, et irrevocabili donatione contuli, ut ab eodem monasterio justo perpetuitatis titulo debeat perpetuo possideri, quorumlibet haerdum, seu amicorum meorum impetitione penitus suffocata. Ut autem haec mea donatio perpetuam firmitatem obtineat, praesentes litteras scribi feci, ac meo sigillo communiri. Testes horum sunt discreti viri, ac honesti cives Brunnenses, videlicet Mathias, et Dyetmus Mauricii, et Colina de Dushzlawitz. Datum in Welehrad in die Sti. Francisci, anno domini millesimo trecentesimo. IIII. Nonas Octobris.

(Nach einer Abschrift Pelzel's im k. böhm. Museum zu Prag.)

157.

Der Stadtrath von Brünn erklärt, die Orig. Urkunde König Otakars über die Rechte und Statuten der Juden in Mähren gesehen za haben. Dt. 1300.

Nos Jacobus de Ror Judex et Jurati Ciues Ciuitatis nostre Brune presentibus recognoscimus publice vniuersis. Nos literas quondam Serenissimi principis Domini Regis Otakari originales vidisse in presenti copia fideliter de verbo ad verbum per omnia translatas super Juribus et statutis Judeorum Moravie ut in premissorum Serie evidenter est expressum, sub harum quas Sigillo nostre Ciuitatis significamus robore literarum. Datum per Copiam anno domini MCCC°.

(Nach einer Handschrift Habrichs in „Jura primaeva Moraviae" zu Raigern.)

158.

König Wenzel von Böhmen übergibt dem Peter, Sohn des Woiwoden Graf Swenza von Danzig, für seine Verdienste die Stadt Neuenburg nebst einigen Dörfern und einem bestimmten Landgebiet am Weichselufer. Dt. Bronne IV. Kal. Julii (28. Juni.) 1301.

Nos Wenceslaus dei gracia Bohemie et Polonie Rex, ad universorum noticiam Tenore presencium volumus pervenire, Qnod Nos fideli nostro dilecto Petro filio Swence Palatini Pomoraniensis, propter eius gratia et utilia nobis per ipsum impensa ad adhuc impendenda servicia, villas nostras Sbislaw et Cekcino sitas in Castellania Swecensi, Civitatem eciam nostram Nuenburg, cum villa Canechicz, cum omnibns que in ascensu Wisle per duo miliaria et in descensu per duo et in latum per Terram per duo miliaria similiter continentur, que ad nostrum tantum spectant dominium et que olim fidelis noster dilectus Lexico a duce Wladislao tenuerat, et ad nos per ipsius Lexiconis fuerunt resignacionem liberam devoluta, cum villis ad ipsam Civitatem pertinentibus, necnon agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, molendinis, piscacionibus, silvis, venacionibas et cum omnibus aliis

utilitatibus et pertinenciis Civitatis et villarum predictarum, damus et conferimus de gracia speciali per eum in nostra et heredum nostrorum fidelitate manentem, ac nobis et heredibus nostris sua fidelia servicia continue exhibentem, habenda et eciam retinenda, hoc adiecto, quod si aliqui infra spacium predictorum miliarium que in ascensu et in descensu Wisle et in latum per terram sibi concessimus hereditates vel alia bona habentes, eas vel ea vendere voluerint, primo eidem Petro venalia exhibeant, et si dictus Petrus idem precium quod alii pro hereditatibus vel bonis huiusmodi darent, dare voluerit, ea vendere volentibus vendendi aliis quam sibi omnem harum serie auferimus potestatem, Idem tamen Petrus pro bonis que ibidem emerit, ad eadem nobis teneatur servicia, ad que illi qui ea prius habuerant tenebantur. Absolvimus insuper homines Civitatis et villarum predictarum ab exaccionibus que in vulgari Polonico vocantur Ponolowe, Mostne, Psriewod a vacca bove, a pincerna et reparatione et custodia Castrorum et aliis omnibus exaccionibus polonicis, quocunque nomine nuncupentur, et quod coram nullo judice citari vel respondere debeant, nisi cum specialiter per nostras litteras citati fuerint, vel per eum cui specialiter super hoc dederimus potestatem. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillis Maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Bronne anno domini Millesimo Trecentesimo primo. Quarto kalendas Julii, Quarta decima Indiccione, anno Regnorum nostrorum Bohemie Quinto, Polonie vero primo.

(Voigt Cod. diplom. Prussic T. I. p. 47 n. XXXIX. nach einer Orig. Abschrift im grossen Privilegien-Buche des geh. kön. preuss. Archives p. XXXIX.)

159.

Siegfried, genannt von Baruth, schenkt den Bürgern von Hultschin einen hinter der Stadt am Flusse Opawa gelegenen Acker. Dt. apud Landek, V. Kalend. Februarii (28. Jänner) 1303.

In nomine domini amen. Quia cum fallax status sit huius mundi et inconstans, quod in aliquibus patet, qui predecessorum suorum honestas donationes non curant, nec rata tenere desiderant sed magis uiolare, vnde ualde est necessarium, vt nobilium condigna firmamenta, que irreuocabilia debent persistere, sano ac stabili numimine cum omni prouidencia circumarmarentur, et ne imposterum per aliquem uiliter possint uiolari, Hinc est, quod nos Siffridus dictus de Baruth ad preces fidelium ciuium nostrorum de Hulczin beneuolo animo inclinati, quia cum petitur quod iustum est decet exaudiri, ipsis campum ante ciuitatem retro hortos nostros vsque ad flumen quod Oppaua uocatur et secus flumen ascendendo vsque ad terminos domini Sbislai qui uulgaliter graniczin nuncupantur et vsque ad agros ipsorum ciuium per predictum circuitum longitudinem latitudinemque pro pascuis animalium ipsorum concedimus et donamus cum omni vtilitate, sicut antea ab illustri Principe domino Rege felicis memorie Ottogaro habuerunt, sic habeant et possideant libere, insuper uiam interpredictos hortos ad predicta pascua in latitudinem decem uirgarum. Hec seruata, rata firmaque uolumus per nos et omnes successores nostros interminabiliter obseruari. In

cuius rei testimonium has literas nostro sigillo fecimus roborari vna cum testibus subnotatis, uidelicet fratre Thoma ordinis scti Spiritus, nec non preceptore eiusdem per regnum Bohemie et milite domino nostro Henrico de Nicolsdorff, castellano nostro dicto de Rotinburk, Friscone de Waldinrod, Balderano iudice de Raugersdorff, Cunrado Hedicaio aduocato dicto Scriptore et Scabinis antedicte ciuitatis Cheblino de Syfridisdorf, Hidilmano pistore, Raibone Tilone de Czepankowicz et aliis quam pluribus honestis uiris ac fide dignis. Datum apud Landek castrum nostrum anno domini MCCCIII. V. Kalendas Februarii in octaua. Ste. Agnetis per manum capellani nostri uiri religiosi, fratris Cunradi ordinis Sti. Spiritus.

(Nach einer beglaubten Abschrift im Tropp. ständ. Archive, mitgetheilt von Fr. Tiller.)

160.

Bischof Johann von Olmütz überträgt die Einkünfte von der S. Johann-Kirche zu jener von S. Jacob in Iglau. Dt. in Pustimir, X. Kalendas Februarii (23. Jänner) 1304.

Nos Johannes dei gracia Olomucensis Episcopus. Notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod cum parrochialis Ecclesia sancti Jacobi in Iglauia, a predecessore nostro felicis memorie, venerabili quondam domino Brunone Olomucensi Episcopo, et tam Baptismum, Sepultura et alia sacramenta, quam eciam tota dos, de Ecclesia sancti Johannis Baptiste, sita vltra aquam Iglauam, per eum ad ipsam sancti Jacobi Ecclesiam sint translati, Ita quod ad eam, omnia iam predicta, tamquam ad matricem Ecclesiam de cetero pertineant, et pertinere debeant pleno iure sicut ex eiusdem domini Brunonis et domini Theodrici, venerabilium predecessorum nostrorum litteris colligitur euidenter. Nos prouide dispensationis libramine perspicaciter aduertentes, non fuisse inutilem, ipsam Ecclesiam sancti Johannis Baptiste, eo quod ibidem paucorum frequentat accessus hominum, sic translatam esse ad predictam parrochialem Ecclesiam sancti Jacobi in ciuitate Iglauiensi, vbi copiosus Christi fidelium cetus frequenter dominicum cultum promit, Translacionem eandem cum dote et alijs suis pertinencijs, ab ipsis predecessoribus nostris factum ex causis racionabilibus favorabiliter approbamus, et tam ipsam parrochialem Ecclesiam sancti Jacobi, cum dote sua et prefata sancti Johannis Baptiste Ecclesia vltra aquam, que loco Capelle censetur, quam...plebanum loci eiusdem in nostram specialem tuicionem recipimus, defensionis nostre presidijs contra illicitas et iniuriosas impeticiones quaslibet protegendos, vt qui temere et iniuriose contra eos presumpserit, nec condigne satisfecerit, reus anathematis cum Juda proditore recipiat porcionem. Et ne ex aliquo casu, dos et Jura ipsius Ecclesie in obliuionem deueniant propterea prout ea in litteris dictorum predecessorum nostrorum inuenimus presentibus fecimus annotari, que sunt hec. Pobicozel, Borussow, Wicenow, Kossow, et in secundo Kossow, Bolemislicz, Dobessowicz, Porecz, Lhota, Stibor et secundum Stibor. Bucow, Smirczna, Sarek, Molendinum, Allodium cum suis agris, decimam Ebdomadam de Theloneo, et in toto pago seu ambitu iam scripto, per omnes villas cultas et colendas, plene decime de omni grano parrochie iam predicte in sustentacionem plebani ab eorum culto-

ribus imperpetuum annis singulis persoluentur. In cuius rei testimonium presentes litteras honesto viro fratri Heinricó plebano loci eiusdem dari fecimus, pro ipso et suis Successoribus Sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Pustimir. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quarto. X. Kalendas Februarii pontificatus nostri anno primo. Indiccionis secunde.

(Nach dem Orig. auf Pergament mit einem stark beschädigten Sigille im Archive der Praemonstrat. Abtei am Strahowe zu Prag. A. 4. XXIII.)

161.

König Wenzel von Böhmen bestätigt das Bürgerstatut der Alt- und Neustadt Prag, bezüglich der durch Fremde eingeführten Waaren. Dt. Brunae, X. Kalend. Junii (23. Mai) 1304.

Nos Wencezlaus dei gratia Boemiae et Poloniae rex notum esse volumus universis tenorem praesentium audituris, quod universitas civium nostrae antiquae civitatis Pragensis nec non cives novae civitatis Pragensis sub castro videntes quod ipsae civitates multa detrimenta et dampna recipiant et reciperint a temporibus retroactis propter hospites de quibuscunque terris, sua mercimonia ligata et non ligata in dictas civitates adducentes de nostra speciali gratia et favore statuerunt, ut quandocunque dicti hospites cum suis mercimoniis ad dictas civitates venerint, in ipsis civitatibus stare debent et sua mercimonia ibidem deponere vel ipsa deducere, si eis placet; et si quinque diebus in dictis civitatibus manserint, tunc debent sua mercimonia disligare coram duobus probis viris et notario, qui per cives ad hoc electi fuerint, et tunc dicta mercimonia nullatenus de civitatibus deducere teneantur; quod si non facerent, extunc ad solutionem trium marcarum argenti nomine poenae sine difficultate qualibet teneantur, et nichilominus disligare dicta mercimonia tenebuntur sub conditionibus superius praenotatis. Item statuerunt, ut dicti hospites sua mercimonia non debeant in ipsa civitate Pragensi aliis hospitibus vendere, sed tantum Pragensibus et aliarum civitatum nostrarum de Boemia et Moravia civibus, qui collectas suas et alia Jura civitatum facere et exsolvere consweverunt; quod si non facerent, extunc tam hospes vendens quam emens poenae subjaceat praenotatae, ita quod quilibet eorum ad solutionem trium marcarum argenti sine difficultate qualibet teneatur, et tam venditio quam emtio mercimoniorum, quae facta esse dinoscitur, nullius roboris habeat firmitatem, et si unus eorum recesserit, et alter remanserit, idem qui remanserit, poenam solvere tenebitur dupplicatam. Item statuerunt, ut quilibet hospes, recipiens hospites extraneos ad hospitium suum, apud eosdem hospites nusquam debet emere aliqua mercimonia; et si hospes tam emens quam vendens secus fecerint, extunc quilibet eorum ad solutionem sex marcarum argenti nomine poenae sine difficultate qualibet teneatur, et nichilominus emptio et venditio, quae facta esse dinoscitur, nullius roboris habeat firmitatem, Item statuerunt, quod quotienscumque aliquis ex civibus utriusque civitatis per duos viros idoneos, quibus fides adhiberi poterit, inculpatus fuerit, quod societatem in venditione et emptione mercimoniorum habuerit cum hospitibus saepe dictis,

idem inculpatus debet assumere duos viros idoneos, quorum quilibet ad centum marcas argenti habere dinoscitur; et illi duo cum inculpato jurabunt, quod societatem non habuerit cum hospitibus praenotatis; et si idem inculpatus se expurgare non poterit cum duobus viris idoneis, quod dictam societatem cum hospitibus non habuerit, extunc ad solutionem decem marcarum argenti poenae nomine teneatur, et nichilominus jurabit, quod nullam societatem cum hospitibus de cetero exercere debeat vel habere. Item statuerunt, quod nullus civis utriusque civitatis mercimonia aliqua ab aliquo cive de Flandria vel de Venetiis aut de aliis regionibus quibuscunque in praedictas civitates ducere debet ibidem alicui civium assignanda, nisi literam testimonialem habeat eandem, quam civis aliquis ex ipsis civitatibus pro mercimoniis hospiti suo ad partes praedictas dinoscitur destinasse; et si aliquis civis praedictarum civitatum aliqua mercimonia sine dicta litera in ipsas civitates de quibuscunque regionibus duxerit, ille idem civis tres marcas argenti et quintum denarium de mercimoniis adductis nomine poenae dare et exsolvere teneatur. Statuerunt etiam ut cum praescriptis poenis muri, turres, pontes fracti, viae, semitae et alii defectus civitatum, quicunque fuerint, debeant emendari. Praeterea volumus, ut praedicta statuta ad Reinherum de Florentia et ad ejus societatem se aliquatenus non extendant. Nos autem praedictorum civium supplicationibus in hac parte favorabiliter inclinati praedicta statuta, prout superius sunt expressa, volumus et mandamus inviolabiliter observari. In quorum omnium testimonium et robur perpetuo valiturum praesentes literas fieri et sigillis majestatis nostris jussimus communiri. Datum Brunae per manus venerabilis Petri Basiliensis episcopi, Wyssegradensis praepositi, regnique Boemiae cancellarii, principis nostri dilecti, anno domino Millesimo CCCiiii. X. Kalendas Junii, indictione secunda, anno regnorum nostrorum Boemiae viii. Poloniae vero iiii.

(Aus dem Stadtbuche der Prager Altstadt vom J. 1310 f. 62.)

162.

Wenzel, König von Böhmen, Hungarn und Polen, bestätigt die von seinem Vater an den Landmeister von Preussen, Konrad Sack und den Kulmischen Landkomthur von Schwarzburg, so wie den ganzen Orden gemachte Schenkung einiger Besitzungen in Pommerellen. Dt. Pragae IV. Kalend. Julii (28. Juni) 1305.

(Voigt Cod. diplom. Prussic. T. I. p. 57 n. XLVIII. nach dem Orig. mit dem ziemlich wohlerhaltenen Majestätssiegel im geh. kön. preuss. Archive.)

163.

Wenzel, König von Böhmen und Polen bestätigt dem deutschen Orden den Ankauf von Stargard in Pommern. Dt. Pragae, XIV. Kalend. Augusti (19. Juli) 1305.

(Voigt Cod. diplom. Prussic. T. I. p. 57 n. XLIX. nach dem Orig. mit dem stark beschädigten Majestätssiegel im geh. kön. preuss. Archive.)

164.

Wenzel, König von Böhmen und Polen ersucht den Landmeister von Preussen, Konrad Sack, um Unterstützung des Ulrich von Boskowic, Hauptmannes von Polen gegen die eine Burg im Lande Kalisch belagernden Lithauer. Dt. Freudenthal VI. Idus Octobr. (10. October) 1305.

Circumspecto viro fratri Conrado dicto Saccus Magistro ordinis domus theutonice in Prussia dilecto, sibi. W. dei gracia Boemie, Ungarie et Polonie Rex Circumspecto viro fratri Conrado dicto Saccus, Magistro ordinis domus theutonice in Prussia, dilecto sibi, plenum Regii favoris affectum. Rogamus te confidenter, quod fidelem nostrum Ulricum de Boczovicz Capitaneum Polonie iuvare et sibi assistere debeas nostri causa et amore christianitatis et fidei Christiane, ut Littwanos qui sicut intelleximus iacere dicuntur in obsidione Municionis cuiusdam in terra Calisiensi et eam volunt inpugnare, ab ipsa Civitate repellere valeat tuo oportuno auxilio mediante. Et quicquid tibi frater Gallus Boemus tui ordinis exhibitor presencium, quem ad te propterea mittimus, ex parte nostra dixerit super eo credere velis et tuam nobis super hoc per ipsum fratrem Gallum remittere responsivam. Datum in Freundetal VI°. Idus Octobr. anno regnorum nostrorum Boemie et Polonie primo, ungarie vero quinto.

(Voigt Cod. diplom. Prussic. T. I. n. LI. p. 61 nach dem Orig. im geheim. königl. preuss. Archive.)

165.

Marquard von Ranzern übergibt die Pfarrkirche in Ranzern bei Iglau dem Praemonstrat. Kloster Geras. Dt. Bruck dominica prima Adventus (28. November) 1305.

(Nach dem Orig. auf Pergament mit drei Sigillen im Geraser Abteiarchive.)

166.

Thilmann, Abt von Seelau, überlässt das in Mähren bei Kanitz gelegene Dorf Branic seinem Convente. Act. in ecclesia Siloënsi. die b. Gerdrudis (17. März) 1306.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Thilmannus miseracione diuina humilis abbas Ecclesie Syloensis, Pragensis diocesis, Premonstratensis ordinis, Vniuersis Christi fidulibes tam presentibus quam feliciter in Christo successuris, Salutem et Oraciones continuas et deuotas in filio virginis gloriose. Quoniam fragilis et labrica est humana memoria et necesse habet litterarum testimonijs tamquam quodam baculo fulciri et sustentari, ad perpetuam rei memoriam in omnium vestrum noticiam cupimus deuenire et presentibus apicibus clarum esse, quod quidquid propter multimoda et longena terrarum incommoda discordiarum et guerrarum disturbia in nostri execucione officij quo ad temporalia non

modice coarcemur et coangustemur, considerantes tamen quia secundum apostolum, Pietas ad omnia valet, et quod non habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus, volentes etiam vt diuinum officium, quod in domo nostra opitulacione diuina deuote peragitur ex nunc et inposterum dei filio et sue dilecte genitrici Marie, nec non in defunctorum exsequiis deuocius deuocius (sic) quam et habundancius arbitretur, et ut eciam nostri memoria cum vocante deo de huc luce migrauerimns tam presencium quam futurorum pectoribus pressius iuculcetur, non sine intrinseco facis flaminis attacta ut speramus ad dilectorum filiorum nostrorum fratris Johannis Prioris, fratris Hermanni Supprioris tociusque congregacionis nostre scilicet fratrum foris vel intus manencium humilem petitionem et ad instantem de vnanimi deliberacione et consensu omnium assignauimus et contulimus liberaliter in perpetuam emphiteosim et possessionem pro infirmis et pro pitantia conventus, villam Ecclesie nostre, Branicz in Morauia iuxta Cunicensem Ecclesiam nostri Ordinis situatam libere et pacifice et absque omni repeticione perpetuo possidendam cum Curia, Molendino, Siluis, Pratis, Pascuis, agris cultis et incultis, forestis et omnibus iuribus suis fauorabiliter et deuote ut ex hac nostre ordinacionis prouidencia, dei famuli ex nunc et imposterum in Ecclesia nostra in dei seruicio magis seruiant, infirmi accuracius procurentur, et sani habundancius recreentur, Hoc adiecto quod ad nutum nostrum de consilio Prioris, Supprioris et aliorum duorum seniorum ipsa pitancia in refectorio debet distribui, nec foris absque nostra licencia speciali vel alterius cui super hoc nostros vices commiserimus, hec eadem pitancia a quoquam debeat expendi. Nos autem Fridericus dei prouidencia Steynueldensis abbas auctoritate paterna, et auctoritate Reuerendi domini et Patris nostri Ade, Premonstratensis abbatis, vicem vna cum venerabili domino Th . . abbate Montis Syon gerimus, in plenitudine potestatis, necnon et Capituli generalis, presentem ordinationem pitancie tam solempniter et concorditer dispositam celebratam confirmamus et nostri sigilli appensione roboramus sub interminatione late sentencie, quam in hijs scriptis inferimus interdicentes ne quisquam in posterum huiusmodi ordinationem presumat quomodolibet imposterum violare, vt autem hec omnia firmius robur optineant presentes literas fecimus per venerabilium dominorum patrum scilicet T. Haburnensis. Th. Lucensis. C. Lutomissilensis. R. Gradicensis. P. Jeracensis. Th. Sabarduwicensis. P. Tepelensis. H. Milocensis Ecclesiarum abbatum, domini G. prepositi Cunicensis nec non Conuentus nostri Sigillorum munimine perpetualiter consignari. Acta sunt autem hec in Ecclesia Syloensi, Anno Domini M°CCC°VI°. In die beate Gerdrudis virginis.

(Nach dem Orig. auf Perg. mit 9 anhängenden Sigillen im Archive der Praemonstrat. Abtei am Strahowe zu Prag. Vergl. V. Band. S.197 n. 180.)

167.

König Wenzel von Böhmen überlässt dem Hynek von Duba, Burggraf zu Prag, und dessen Sohne Hynek, Domherrn zu Prag auf Lebenszeit das Dorf Holišowice. Dt. Brunae, VII. Kalend. Aprilis (26. März) 1306.

(Das Orig. im Archive des Prager erzbischöflichen Kapitelarchives. Eine Abschrift im k. böhm. Museum.)

168.

Johann, Bischof von Olmütz, fordert den Trebitscher Dechant S. auf, darüber zu wachen, dass die S. Johanns-Capelle von der S. Jacobs-Kirche zu Iglau nicht abgetrennt werde. Dt. in Pustimir IV. Kalend. Maji (28. April) 1306.

Johannes dei gracia Olomucensis Episcopus . dilecto in Christo sibi S. . decano Trebecensi salutem in domino. Ad audienciam nostram deuenit, quod ad iniuriam et non modicam iacturam nostre Olomucensis Ecclesie atque nostram, super abstraccione seu alienacione Capelle sancti Johannis Baptiste super Iglauam, pertinente pleno iure ad parrochialem Ecclesiam sancti Jacobi in Iglauia nostre dyocesis, per quemdam decanum de Pragensi dyocesi, de facto ausu temerario est aliquid acceptatum. Super quo, nos prout nostra interest prouidere uolentes discrecioni tue in virtute sancte obediencie, et sub excommunicacionis pena districte precipiendo mandamus, quatinus si deinceps contingat per quempiam super eadem alienacione seu abstraccione dicte Capelle sancti Johannis Baptiste, a predicta Ecclesia sancti Jacobi de potestate dyocesani Pragensis ad iniuriam et in preiudicium dicte Ecclesie nostre atque nostram aliquid possit attemptari . adiuncto tibi domino S. plebano Trebecensi, et si qui alij ad hec expediant . plebani, eos omnes et singulos de dyocesi nostra, qui super alienacione ipsa consensum, consilium, operam dederint et iunamen, auctoritate nostra, quam super eo plenarie tibi atribuimus censura Ecclesiastica percellere non obmittas, contra ipsos sicut expedit acriter procedendo, et ubicumque in hac parte tibi defecerit dicta ecclesiastica censura, in eo casu, per Iudicem. Juratos et Ciues Iglauienses, quibus de hoc expresse presentibus*) iniungimus, implores auxilium brachij secularis, ad hoc, quod Ecclesia nostra in iure suo nullum dispendium paciatur. Datum in Pustimir IIII. Kal. Maji. Pontificatus nostri anno quarto.

(Nach dem Orig. auf Perg. mit einem zerbrochenen Sigille im Archive der Praemonstrat. Abtei am Strahowe zu Prag. A. 5. XXIII)

169.

Th. Abt von Leutomyšel und Peter, Abt von Geras, schliessen einen Vergleich zwischen dem Abte Thylmann von Selau und Gerlach, Probst von Kanitz, bezüglich des von den Dörfern Bossycz, Kanicz, Yezram und Branicz zu beziehenden Zehendes. Dt. in Chunicz, fer. V. post. fest. Trinitatis (2. Juni) 1306.

Nos Th. . . dei paciencia Luthomislensis et Petrus paciencia eadem Jarocensis Ecclesiarum Abbates Notum facimus vniuersis presentes literas inspecturis . quod facta compromissione in nos per Venerabiles in Christo fratres et dominos dominos videlicet Thylmanum Abbatem Ecclesie Syloensis et Gerlacum Prepositum Chunicensem super decimis Siluis et rebus alijs de quibus controuersia extitit inter ipsos examinato negocio hinc et

*) Steht oberhalb der Zeile mit einer schwärzeren Tinte und von anderer Hand geschrieben.

inde pro bono pacis vtriusque Ecclesie tam Syloensis quam Chunicensis sic duximus statuendum inter ipsos et dictas Ecclesias eorumdem videlicet, quod dictus in Christo frater Gerlacus prepositus Cunicensis villam Bossycz, Kanicz, Yezram, Branicz sic habere et regere habeat sicut prius videlicet quod steuras et alia onera regalia de hominibus earumdem villarum reapse habeat sicut et de alijs villis suis, quod si extra huiusmodi et similia onera aliqua juvamina ad vsus suos siue Ecclesie sue predicte hominibus suis imposuerit tunc quitquid nomine talis iuuaminis a predictis villis quatuor recipi potuerit, totum ad vsus Ecclesie dicte Syloensis conuertetur, Culparum quarum omnium de sepedictis quatuor villis fiet diuisio in hunc modum videlicet quod medietatem vnam habeat sepedicta Ecclesia Syloensis et aliam partem mediam Ecclesia Cunicensis, Ceterum decimam villae in Branicz et Syluam quam petebat dictus prepositus volumus ad sepedictam Syloensem Ecclesiam pertinere vna cum vinea in Chunicz quam Conuentus dicte Syloensis Ecclesie hucusque coluit et possedit Item alias vineas omnes quas Syloensis Ecclesia in Cunicz habet et posidet liberas a prestacione cuiuslibet decime et iuremontani in perpetuum possidebit. Insuper volumus quatenus ad reddendum libros Magistri Galli felicis memorie et ad soluendas decem Marcas per ipsum relictas que omnia petebat dictus prepositus, dicta Syloensis Ecclesia de cetero teneatur. Item volumus et dictamus quatenus duos laneos cum dimidio quos censuales in predicta villa Iczram ipse prepositus habuit dicta Syloensis Ecclesia habeat eo jure quo cetera bona in ipsa villa possidet atque tenet In quorum omnium Scilicet decimarum Siluarum libertatum librorum liberacionum laneorum recompensam Parochia in Besuawycz cum suis appendicijs omnibus sicut fratres Syloenses qui plebani fuerunt in ipsa, eam possederunt — ad Chunicensem Eeelesiam, ut omnis super predictis cesset controuersia de cetero pertinebit que omnia per literas et sigilla dictorum Abbatum et Prepositi et Conuentus tam Syloensis quam Cunicensis roborari voluimus et firmari Penam quoque Centum Marcarum prestari volumus per partem que stare dicte ordinacioni nostre renuerit parti aduerse que ipsam ordinacionem tenere voluerit et seruare. Ipsos autem sepedictos Abbatem et Prepositum super omnia exhortamur inducimus et mouemus quatenus de cetero in dileccione exhibicione karitatiue et mutue sic filialiter se habeant sic paterne vt retribucionem a Domino sumere et dignos laudis titulos ab hominibus valeant reportare. Datum et actum in Chunicz Anno Domini Millesimo CCC sexto feria quinta post festum Trinitatis.

(Nach dem Orig. auf Perg. ohne Siegel im Selauer Abteiarchive, mitgetheilt von dem dortigen Archivare P. V. Bezděka.)

170.

Johann, genannt von Waldeser, General der deutschen Ordensbrüder durch Böhmen und Mähren verpflichtet sich gegen die Prager Bürger zur Zahlung jährlicher V. Mark von dem Hofe desselben Ordens beim h. Benedict zu Prag. Dt. Pragae, XII. Kal. Augusti (21. Juli) 1306.

(Nach dem ältesten Stadtbuche des Altstädter Archives zu Prag p. 61. Eine Abschrift im k. böhm. Museum.)

171.

Berufung des Selauer Capitularen und Iglauer Pfarrers Marsilius an den Mainzer Erzbischof, wegen seiner gewaltthätigen Verdrängung von der Iglauer S. Johann-Capelle. Dt. Iglaviae, VIII. Kal. Junii (25. Mai) 1307.

In nomine domini amen. Cum appellationis remedium non sit iniquitatis vinculum, sed oppressorum subleuamen. Ego frater Marsilius Canonicus ecclesie Syloensis plebanus Iglauiensis, Olomuncensis dyocesis senciens me a Reuerendo domino Episcopo Pragensi indebite et contra formam Juris aggrauatum. Ex eo quod proximo in die sancte Trinitatis venerunt scilicet .. plebanus de Vzowe et Th .. plebanus de sancto Nicolao nomine ipsius domini Pragensis Episcopi, et clericum nomine Rutlinum violenter induxerunt in Capellam sancti Johannis baptiste in antiqua Iglauia que ad meam parrochiam spectat inmediate, In cuius possessione pacifica vel quasi Ego et antecessores mei tanto tempore fuimus, quod dinoscimur legittime prescripsisse, Insuper manifestas violencias intulerunt, videlicet seram dicte capelle frangendo et aliam apponendo cum secularibus scilicet Pilgrimo ciui de Gumpolcz cum suis complicibus qui tunc timore dei postposito manus violentas in confratres meos Sacerdotes coram pluribus iniecerunt, Ex hijs grauaminibus et ne vlterius contra me prefatus dominus Episcopus vel michi ad herentes qualicumque occasione procedat, In hijs scriptis ad Reuerendum dominum archiepiscopum maguntinum appello et appellans cum instancia et instanter et instantissime michi dari peto, supponens me et michi adherentes sub proteccione eiusdem Reuerendi domini archiepiscopi Maguntini protestans vt eadem appelacione pendente contra me et in adherentes nulla novitas attemptetur, non astringens me ad probandum de predictis nisi ea sola que de Jure teneor et sufficiant ad victoriam dicte cause, Protestans eciam quod tum propter pericula viarum tum eciam propter timorem quem ex certis coniecturis ad predictum dominum Episcopum Pragensem habeo coram ipso in presenti appellare non presumo, nichilominus quantocius potero per me vel per procuratorem sufficientem ipsam appellationem coram ipso innovabo, facta est autem hec appellacio Anno domini M°CCC°VII° VIII. Kalendas Junii. In die sancti Vrbani pape et martyris. In ecclesia fratrum minorum coram domino Antonio Gardiano et fratre Martino et alijs fratribus ejusdem ecclesie, et coram fratribus ordinis predicatorum scilicet Ottone suppriore et Woyzlao lectore et alijs fratribus Ecclesie sancte Crucis in Yglauia, et coram Zibotone Judice et juratis scilicet Henrico et Chunrado Gundolfo et alijs quam pluribus eiusdem ciuitatis. In cuius rei testimonio sigilla nostra duximus apponenda.

(Nach dem Orig. auf Perg. — von den 3 Sigillen ist das erste abgerissen und das dritte der Iglauer Bürger zerbrochen — im Archive der Praemonstrat. Abtei am Strahowe zu Prag. A. 6. XXIII.)

172.

Johann, Bischof von Olmütz, befiehlt den Pfarrern von Kněžic und Kraluhow, dass sie gegen die Erbrecher der Iglauer S. Johanns-Capelle in den Iglauer und ihren eigenen Kirchen die Excommunication verkünden. Dt. in Pustimir, VI. Kalend. Junii (27. Mai) 1307.

Johannes dei gracia Olomucensis Episcopus. dilectis in Christo sibi W.. Knesicz et R.. in Craluhow plebanis salutem in domino. Cum iniectores manuum violentarum in Clericos, et efractores Ecclesiarum, ac invasores bonorum Ecclesiasticorum iuxta Canonem late sententie ipso facto sint excommunicacionis laqueo inwoluti. Cum igitur quidam viri temerarii timore dei postposito ad illicita prorumpentes nuper in Capella sancti Johannis Baptiste in antiqua Iglauia nostre dyocesis efractis hostijs ibidem in Sacerdotes vicarios et clericos Ministros eiusdem Capelle manus violentas inicere presumpserint, ipsam Capellam et Ecclesiastica bona ipsius in preiudicium parrochialis Ecclesie sancti Jacobi in Iglauia sibi vsurpare ausu sacrilego mollientes, ad nostram nichilominus et Ecclesie nostre non modicam iniuriam et iacturam. Nos tam atrocem iniuriam et offensam nostram et Ecclesie nostre, atque Cleri nostri, non volentes sub dissimulacione aliqua conniuentibus oculis pertransire, propter salutis et honoris nostri dispendium euitandum, discrecioni vestre in virtute sancte obediencie, et sub excommunicacionis pena, quam extunc prout exnunc vos incidisse volumus, si non feceritis fideliter quod mandamus, districte precipimus per presentes officij nostri debito et iusticia exigente, quatenus predictos viros temerarios, tam Clericos quam Laycos, qui tam nepharia presumpserunt, in Iglauia per omnes Ecclesias et in vestris ac vicinis vobis Ecclesijs, nominatim sollempniter et publice pulsatis campanis et candelis extinctis*) denunccietis, et denuncciari faciatis, singulis diebus dominicis et festivis, eidem qui ipso facto incurrerunt cum suis complicibus excommunicacionis sentencie subiacere, vt ab vniuersis Christi fidelibus arcius euitentur, tamdiu donec super predictis nobis et Ecclesie atque lesis satisfaciant congruenter et in forma Ecclesiæ obtineant se absolui. Datum in Pustimir, VI. Kalendas Junij.

(Nach dem Orig. auf Pergam. mit einem zerbrochenen Sigille im Archive der Praemonstrat. Abtei am Strahowe zu Prag. A. 7. XXIII.)

173.

Johann von Klingenberg leistet dem Könige Heinrich von Böhmen und Polen und dessen Nachkommen den Eid der Treue. Dto. Iglaviæ, II. Nonas Novembris (4. Novemb.) 1307.

(Das Orig. im k. k. Hofarchive zu Wien. Eine Abschrift im k. böhm. Museum.)

*) Steht oberhalb der Zeile von anderer Hand.

174.

Katherina, Priorin des Klosters S. Katherina zu Olmütz, erkläret, dass ihre Vorgängerin die Priorin Juditha mit Zustimmung des Conventes einen Lahn und ein Schankhaus zu Topolan an das Hradischer Kloster abverkauft hat. Dto. Olomutii, VIII. Kalend. Maji (24. April) 1308.

Nos Katherina Priorissa totusque Conuentus Monialium Monasterij sanctae Katherinae in Olomucz tenore praesentium publice protestamur, quod Soror Judita, quae fuerat ante nos Priorissa de consensu totius Conventus Monialium eiusdem Monasterij sanctae Katherinae in Olomucz vendidit vnum laneum et tabernam in Topolan pro decem et septem marcas grossorum Moravici ponderis Domino Romano Abbati et Ecclesiae Gradicensi haereditarie possidenda, quam venditionem et emptionem Nos ac totus Conventus praedictarum sororum rite ac rationabiliter factam tenere volumus et firmiter approbamus. In cuius rei testimonium et memoriam perpetuam praemissorum literam praesentem sibi et ecclesiae Gradicensi damus nostri Conventus sigilli munimine roboratum. Actum et Datum in Olomucz Anno Domini M°. CCC°. Octauo. VIII°. Kalendas Maji.

(Nach einer einfachen Abschrift in dem handschriftl. Cod. Nr. 121. Bl. 23 der Cerronischen Sammlung im m. st. Landesarchive.)

175.

Herzog Nikolaus, Fürst zu Troppau, verzichtet auf alle, durch unwahre Berichte gegen die Johanniter geschöpfte Ungnade, und gelobt sie bei ihren Rechten und dem Besitz von Groebnig nebst (genanntem) Zubehör zu schützen. Dto. 1308.

(Bei Gärth S. 363. in der General-Bestätigung vom J. 1519 angeführt.)

176.

Bündniss der österr. Herzoge Friedrich und Leopold mit dem deutschen K. Heinrich VII. wegen der Wiedererlangung des Königreiches Böhmen und der Verpfändung der Markgrafschaft Mähren. Dto. Speier, XV. Kalend. Octobris (17. Sept.) 1309.

Nos Fridericvs et Leopoldvs, dei gratia, duces Austriae et Stiriae, domini Carniolae, marchiae et portus Naonis; comites de Habspurg et de Chiburg, nec non Alsatiae Landgrauii, notum esse volumus praesentium inspectoribus uniuersis, quod serenissimus dominus noster, dominus Henricvs, Romanorum rex, triginta millia marcarum argenti, LVI. gross. Pragenses pro marca qualibet computando, nobis et fratribus nostris promisit; pro quibus promisimus nos et tenemur, eundem dominum nostrum, dominum Henricvm, Romanorum regem, iuuare et eidem assistere et cum omni potentia nostra, in expensis nostris propriis, eodem in regno Boemiae, in persona propria, aut per alium, eidem seruire, pro facienda

Acqvisitione eiusdem Regni; quousque idem dominus noster Henricvs, Romanorum rex, dictum regnum Boemiae assecutus fuerit, cum omnibus iuribus et pertinentiis eiusdem, fraude et dolo penitus exclusis. Itaque, monitione trium mensium praemissa, nos, Fridericvs, dux Avstriae, huiusmodi seruitia sibi faciemus in persona propria, vel unus de fratribus nostris eadem servitia faciet, si non legitime fuerimus impediti; promittimus etiam et tenemur praefato domino nostro, domino Henrico, regi Romanorum, in parata pecunia mutuare viginti millia marcarum argenti, LVI. grossos Pragenses, pro marca qualibet computando; quam summam persolvere tenebimur in civitate Ratisbonensi plene et integraliter, in terminis infra scriptis, videlicet: in dominica, qua canitur Invocavit, proxime nuper futura, tria millia marcarum; in festo pentecostes deinde, proxime secuturo, tria millia marcarum; in festo vero beati Jacobi, immediate sequenti, quatuor millia marcarum et ab inde post annum decem millia marcarum, argenti; pro quibus Marchionatvm Moraviae cum omnibus iuribus, utilitatibus et pertinentiis suis nobis fratribus et heredibus nostris obligauit te nendum tamdiu et possidendum, quousque dicta summa pecuniae, videlicet quingentorum, marcarum argenti, per dictum dominum nostrum, dominum Henricvm, Romanorum regem vel successores suos in imperio nobis vel heredibus nostris integraliter fuerit persoluta, perceptis fructibus in sortem minime computandis. Insuper ex debito fidei, quo eidem domino nostro Henrico, Romanorum regi, adstringimur; promittimus pro nobis et fratribus nostris: quod sibi, contra dominum Fridericvm, illustris principis, domini Landgravii Thuringiae filium et suos fautores, cum ducentis equis et equitibus armatis, praemissa monitione trium mensium! per dicti domini nostri, Henrici, Romanorum regis, literas, serviemus, ipsum iuvabimus per unam aestatem integram, propriis in expensis ita: quod frater noster Senior, propter personam nostram, personaliter iam dictum seruitium faciet praedicto domino nostro, Henrico, Romanorum regi, procedenti ad partes praedictas propria in persona. Ad hoc nihilominus praefato domino nostro, domino Henrico, Romanorum regi, cum centum armatis indextrariis et cum centum balistariis equitibus, ipso eunte in Italiam! praemissa monitione quatuor mensium, ultra montes per sex menses seruitium in expensis propriis faciemus. Ita quod frater noster senior, post nos, Fridericus, personaliter huiusmodi seruitium faciet ipso domino nostro, domino Henrico, Romanorum regi in propria persona. Hoc adiecto: quod, seruitiorum uno durante praedictorum, nos vel fratres nostri ad aliud seruitium vel ad alia seruitia minime teneamur. Praeterea promittimus pro nobis et fratribus nostris et tenemur, restituere Morauiam ipsi domino nostro regi vel suis successoribus in imperio, postquam nobis vel nostris heredibus de quinquaginta millibus marcarum plene et integraliter fuerit satisfactum. Et nos Fridericus et Leopoldus, duces, pro nobis et fratribus nostris, iuravimvs: quod omnia praemissa, fraude et dolo semotis, debeamus fideliter adimplere. Insuper nobilis vir, Burcardus, comes de Hoemberg, Ditter. de Pillingdorff, Marscalcus, Eberhardus Heinricus et Fridericus, procurabunt, pro posse suo, per nos promissa omnia adimpleri. In cuius rei testimonium praesentes literas sigillis nostris pro nobis et fratribus nostris duximus communiri. Datum Speier XV. Calend. Octobr. anno domini MCCCIX.

(Abgedruckt bei Ludewig im V. B. Reliquiar. Mss. S. 532. n. XLVI.)

177.

Nicolaus, Herzog von Troppau, verkauft dem Könige Johann die Burg Plumenau mit dem Markte Drahus (Drahany) und dem Patronatsrechte, dann die Dörfer Smržice, Krasice, Čechowice u. s. w., welcher diese Burg mit dem Zugehör im Jahre 1322 dem Woko von Krawář, obersten Kämmerer der Olmützer Cuda, um 2200 Mark Groschen verkaufte.

(Nach einer Abschrift im Pernsteiner Cod. Bl. 106 im Brünner Stadtarchive mitgetheilt Dr. Gregor Wölný.)

178.

Bischof Heinrich von Bresslau hebt in seiner Stadt Neisse das Magdeburger Recht auf, und verordnet die Einführung des flämmischen Rechtes (Flemmingicum Jus) daselbst. — Unter den Zeugen erscheint der bischöfliche Notar „Joannes de Brunna". — Dto. Nisse, X. Kalend. Marcij (20. Febr.) 1310.

(Abgedruckt in Minsberg's Geschichte von Neisse 1834. Urkundenb. S. 8.)

179.

Bohuslaw von Krásna verleiht die Erbrichterei in Zubří dem Bertold. Dto. in Krásna am Kilianstage (8. Juli) 1310.

Wegmeno Božj Amen. My Pan Bohuslaw z Krasna, wyznawame timto Lystem obecnie Přzedewssemi, kdož geg uzřj, anebo Cztauczý slisseti bude, zie gsme dali, a mocý tohoto Listu dawame, chwalebnemu a pocztiwemu Muži Pertoltowi, Wes Zubřj gmenowanů, w kterežto wsý Cztýrýczeti Lanůw, on a geho potomcý magj osaditi, a Obdieditj, z kterychžto Lanů desatý Lan sam swým Pluhem orati bude, Ittem dali sme swrchu psanemu Pertoltowi a budauczým Potomkům geho, desatý Gross Zewssech Lanů Czynsowych, a tržeti halerz suzenych aby sobě bral, a nam dwa zachowal, a ktomu ma krčzmu a dwa Mlegný, geden Maučný a druhý Pilný, Masarže, Pekarže, Kowarže, ty wssýczkný aby gemu služili, take swrchu psaný Perlut (sic) mitj bude, a budaucý Potomcý geho, plnu swobodu, w honu Zageczjm, Ptaczým, a take w Rybny postni den na Bečžwj. A kdýž ten Fregunk (sic) wýgde, tehda Lide osedli magj nam a nassem Potomkum z každeho lanu osedleho pul hřiwny do Roka dati a platiti, a to rozdilnie, na swaty Girži 16. gr. a na swatého Waclawa hned potom přzissleho 16 gr. A ty ma swrhu psaný Perlut (sic) wybirati, a ktomu gine požitký, kurý, a na Rožnow pržinesti, a ktomu nam ma, On a Potomkowe geho kopu desk z pilneho Mlegna do Roka dati, a daduce to magi wssech ginych Služeb a dáwek prazni a swobodnj byti. Item. Kdybychom na Saud Služebnika nasseho poslali, na dwu sudu. Sedlacy magj nassemu služebniku, kterehož bychom tam poslali Strawu dati, a nad cžjmz Rychtař swrchu psaný (sic) Gmena swiedkůw sau tato, Pan

Mikulašs Kurý, Pan Giržik Syn geho, z Poličky — Giržik z Rossčzen. Protož aby nasse Podanj pewno, a gisto zustalo, List gsme na to udielali a nassj pečzeth potwrdili. Dan w Krasnie den Sw. Kyliana. Letha od narozenj Syna Božiho 1310.

(Aus einer Confirmation des Herrn Johann von Messenbek, ddo. Freytag nach Christi Himmelfahrt 1462 in dem Copiarbuche S. 220/a. Lit. B. Fach X. Fasc. 2, Act, 1. aus dem 17. Jahrhunderte, im Allod. W. Mezeritscher Gutsarchive.)

180.

Heinrich, Erzbischof von Cöln, verspricht Namens des K. Heinrich, dass letzterer seinen Sohn Johann Grafen v. Luxemburg der Elisabeth, Tochter des Königs Wenzel von Böhmen, zum Mann geben wird. Dto. Frankfurt (25. Sept.) 1310.

Nos Heinricus dei gracia, Sancte Coloniensis Ecclesie archiepiscopus, sacri Romani Imperij, per Italiam archicancellarius, notum facimus, vniuersis, Quod, cum serenissimus dominus noster dominus. Heinricus Romanorum Rex, ad instantem peticionem, Nobilium ciuitatum, et hominum Regni Bohemie, vt status eiusdem Regni reformetur, per litteras suas promiserit, quod Illustrem virum, dominum. Johannem Comitem Luczemburgensem, filium suum, et non alium, in Regem Bohemie preficiet, et eundem Inclite domicelle Elyzabeth, nate quondam domini Wenczezlai Regis Bohemie, quamprimum ad suos conspectus eadem peruenerit, legittime copulabit in maritum. Nos pro eodem domino nostro..Romanorum Rege promittimus, Quod premissa, iuxta continenciam litterarum suarum, seruabit, et fideliter ad implebit,.In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in Ffrankenfurd. VIII°. Calendas Augusti. Anno domini Millesimo. Trecentesimo decimo.

(Das wohlerhaltene Orig. mit einem zum Theile beschädigten Doppelsigille befindet sich im Franzensmuseum zu Brünn.)

181.

Abt Tylmann und der Convent des Klosters Selau überlassen dem Nicolaus, Sohn des Ekhard, XXIV. Lahne in den Dörfern Schönbrunn (Szonenbrunne) und Siemansdorf (Symansdorpf) auf die Dauer von XVIII. Jahren in den Besitz gegen Leistung eines Jahres-Zinses von acht Mark. Dto. in Yglauia, in Annunciacione B. Marie virginis (25. März) 1311.

Nos Tylmannus dei paciencia Abbas Totusque Conuentus canonicorum et fratrum monasterij Selowensis tenore presencium, tamquam priuilegiali caractere Notum facimus vniuersis, Quod Nycolao Ekhardi filio, et suis Liberis in szonenbrunne et in symansdorpf villis, XXIIII. Laneos Cum omnibus ad ipsos pertinentibus, a festo beati Michahelis proxime nunc uenturo, quod currit anno domini, M°CCC°XI°, dimisimus ac ipsius possessioni commisimus per XVIII. annos complete, continue Numerandos pro VIII., Marcis, census annui,

quarum quatuor in festo beati Georgyi, et quatuor in festo beati Michahelis sequenti Nobis annis singulis persoluentur, pro Marca qualibet LXIIII. grossos denarios computando, quorum eciam XVIII. annorum eidem Nycolao et suis per annos quatuor Libertatem plenariam elargimur, Non obstante tamen annorum Talium per nos tradita libertate, predictarum villarum incole singuli nobis in debitis decimarum prouentibus velut abbacie Ceteri subsides respondebunt, Nec obstabunt contradiccionibus iidem incole, postquam super districtum sylowensis Ecclesie perne vel steure Regalibus edictis fuerint innovate, quin huiusmodi Collectarum, Cum alijs grauamina communia subeant Principis culmini parituri, Quin immo, si, quod absit, predicte ville per gwere seuiciam, seu quemcunque modum alium depopulate vel adeo desolate fuerint, quod ipsarum agri debita Regi nequeant excultura, Tunc exparte nostri bini, et exparte Nycolai vel suorum bini deputari debent arbitri, quorum jussionibus vtrinque de Censu dando debemus finaliter consentire, Insuper si Nicolaum vel suos heredes continget construere curiam in villarum aliqua predictarum, Extunc XVIII annorum elapso spacio annis singulis perpetue de duobus Laneis Marcam dimidiam Census annui nobis soluere tenebitur, obligatus, Adhuc ab anno quinto usque ad sextum decimum inclusiue, postquam Nycolaus cum suis Octo Marcarum censum soluere neglexerit per bymatum, statim anno sequenti Tercio Nycolaus nobis villas nominatas beneuole sine strepitu Resignabit, Et talis manumissa proprietas ad claustrum libere Reuertatur, sin autem annis aliis Census predictus juxta Rytum solutus fuerit expedite, duobus ultimis dumtaxat neglectis, ex instanti tunc de Curia Nycolai vel suorum heredum ac de omnibus in ipsa Contentis debemus nos intromittere, fructum eorumdem nostris usibus mancipando, donec sine diminucione nostra nobis censualia debita persoluantur, quibus solutis, educta prius expensa, si quam fecimus, Nycolao siue suis Reddemus ipsam Curiam cum pecoribus atque susceptis pecudibus in eadem, Illorum nisi numerus per mortem aut alia sit pericula diminutus, que Nycolai dampnis, non nostris Infortuniis sunt asscripta, Ceterum, si annona in Curia, quando de ipsa intromittimus Nos contingit aliquam inuenire, de tali disponendum arbitrorum vtrobique judicio committemus, prout in alio articulo superius est expressum, Et ego nicolaus vna cum meis heredibus ad omnia me obligans antescripta, promitto domino meo Abbati et Conuentui contractum hunc inter ipsum et me ynitum et consumatum Ratum firmum ac inviolabilem conseruare, presencium testimonio Literarum, ut autem hec omni Robore non careant firmitatis, jstas patentes Literas sigillorum nostrorum, adque ciuitatis yglauiensis munimine fecimus communiri, Testes huius sunt, wilhelmus plebanus in yglauia, Marsylius prior, hermannus subprior, szmylo prepositus Ecclesie sylowensis, henricus Reymari, Conradus gudoldy, Lutoldus turiserus, Conradus de gysvbils, vlricus srzcerus, Conradus gerhardi, Ciues yglauie, et plures alii fidedigni, Datum in yglauia predicto anno gracie M°. Trecentesimo vndecimo jn Annunciacione Beate marye virginis. — Amen.

(Nach dem Orig. auf Pergam. mit zwei Sigillen, wovon das eine einen Abt mit dem Krummstab in der Hand, das andere einen Schild mit einem Rechen darstellt, das dritte Sigill der Stadt Iglau ist abgerissen, im Selauer Abteiarchive mitgetheilt von dem dortigen Archivar P. V. Bezděka.)

182.

Heinrich von Lipa leistet Verzicht auf eine Mark Zinses, welche sein Unterlehensmann Schewril zu Ekkardsdorf um 13 Mark Silbers an Sophia, Aebtissin zu Marienthal, verkauft hat. Act. in Sittavia anno dom. 1311. tertio Kalend. Maji (29. April).

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. S. 143. n. CXIII. nach einer Abschrift des Orig. zu Marienthal mit einem Siegel. — Peschecks Geschichte von Zittau Anh. N. X.)

183.

Wratislawa von Krasonic und ihre Söhne schenken das Patronat über die Kirche zu Krasonic den Konventen der Klöster Obrowitz und Neu-Reusch. Dto. in Bruna, dominica proxima post festum b. Martini (14. November) 1311.

In nomine domini. Amen. Ut locus calumniarum non pateat insidiis, et injuriar ac litium materia sepeliatur, opus est gestis caducis mortaliter, adhibere literarum et testium efficax fulcimentum. Qua in re Nos Wratislava relicta quondam dni. Stephani de Crasonicz, cum filiis nostris, scilicet dno. Subsegno plebano in Steřicz, Bohuslao, Wilhelmo Damiano et Genczone, ad universor. noticiam volumus tam presencium quam futurorum devenire: quod ad laudem dei et ipsius Matris reverenciam et honorem, et eciam pro remedio animar. nostrorum predecessorum. nostrarumque pariter et salute, Jus nostrum patronatus Ecclesie in Crasonicz, cum duob. laneis dotalibus cum omnibus Juribus et proventibus ad ipsum spectantibus Conventibus Ecclesiarum seu Caenobiorum in Zabrdovicz et in Reusch sanctimonialium Ordinis Premonstrat. damus absolute, et libere delegamus, ubi nullum Jus patronatus habere antea se credebant, ita quod nos nullum Jus patronatus ad nostram Ecclesiam de cetero habere debeamus, condicione si quidem tali: quod fratres predicti Ordinis, qui in ipsa Ecclesia pro plebanis positi fuerint aut locati, nobis debitam debeant solumodo reverenciam exhibere, et Nos e converso ipsis promittimus, doli cujuslibet materia relegata, ipsos in nullo articulo ultra debitum offendere vel gravare, sed ipsos ab omnibus injuriarum violentarum propulsacionibus pro totis viribus habilibus defensare. Ceterum inserimus, quod in utroq. Caenobio prehabito sive claustro, annis singulis pro remidio et salute nostra, nostrorumq. predecessor. et successor. pro vivis et defunctis sacra processionis agantur ministeria, et esse debeat memoria et teneri. In cujus rei testimonium praesentem literam fecimus sigillor. nostrorum et testium subscriptor. videlicet dni. Jacobi plebani in Jemnicz, dni. Alberti Canonici S. Petri in Bruna et Magistri Christiani plebani in Ruchvan munimine roborari. Actum et datum in Bruna Anno dni. m. ccc. xi. dominica proxima post festum beati Martini.

(Nach einer Abschrift aus dem Archive der Abtei Neureisch, mitgetheilt von dem dortigen Stiftsprior Norbert Ritschel.)

184.

Berchta, Gemahlin des Witek von Świbenic, bestätigt die von ihrem Manne und Sohne dem Zderaser Kloster geschenkten 3 Lahne in Morbes. Dto. in Horlico sive Saldenstein, XII. Kalend. Decembris (20. Novemb.) 1311.

Noverint universi praesentis scripti notitiam habituri, quod ego Berchta, soror olim domini Zauisii, conjux domini Witkonis de Swabenicz sive de Hermanicz considerans, quod inter opera pietatis elemosina praecipue peccata minuit, dat gratiam in praesenti et adicit gloriam in futuro in remissionem meorum mihi peccaminum remedium animarum progenitorum nostrorum, non vi nec dolo inducta, sed libera mea voluntate ac principaliter propter deum, donationem trium laneorum, rubi, prati ac rivi, qui dicitur Bobrawa, areae quoque cum omnibus juribus, pertinentiis, libertatibus, utilitatibus in Morawan villa, quæ dos seu dotalitium esse dinoscitur meum, factam per ipsum dominum Witkonem, conjugem meum et suum filium Johannem praeposito, conventui fratrum eorumque successoribus ecclesiae Sderasiensis per progenitores ipsorum domini Witkonis et Johannis fundatae, prout haec omnia lucide et expresse continentur in instrumento super hiis confecto, eisdem praeposito et fratribus ab ipsis domino Witkone et suo filio Johanne dato sigillis olim venerabilis domini Johannis Olomucensis episcopi ac ipsorum domini Witkonis et Johannis munito, ratam, gratam et firmam habeo et habituram perpetuo me promitto, intendens et volens, ut praedicti fratres de hiis tribus laneis, scilicet uno integro, et duobus de petiis aratoriae terrae integratis semper utantur ac faciant, sicut de aliis suis bonis, quodlibet velle suum. Insuper pro me et eis, si quae mihi successerint reliquae personae, non obstante jure dotalicii praedictis laneo et petiis terræ duos laneos facientibus rubo, prato, rivo et omnibus juribus, utilitatibus ac pertinentiis eorum ac omnis juris canonici civilis consuetudinis, privilegii, statuti, restitutionis in integrum et specialiter juris terrae et cujuslibet juris auxilio ac juris beneficio, quod nobis, scilicet mihi et eis, quae mihi successerint, personis seu haeredibus competit vel in futurum competet in praedictis bonis et contra omnia et singula supradicta vel aliquod praedictorum, seu quodlibet eorundem renuntio in hiis scriptis. Testes horum sunt praedicti domini Witko Johannes ac discreti viri Tworzymir de Luczek, Hawlik de Czbanow et plures alii fide digni. In quorum omnium robur et testimonium ac cautelam perpetuam praepositi et fratrum praedictorum praesens scriptum fieri et sigillis meo et ipsius domini Witkonis jussi muniri. Datum in Horlico sive Saldenstayn anno domini millesimo, trecentesimo, undecimo XII. Kal. Decembris.

(Das Orig. auf Pergam. — Von den 2 Sigillen ist das zweite abgerissen in der k. k. Prager Universitätsbibliothek.)

185.

Boleslaw und Heinrich, Herzoge von Troppau und Herren von Bresslau und Liegnitz, bestätigen die vom Herzoge Nicolaus im J. 1281 dem deutschen Orden gemachte Schenkung des Patronates über die Kirche zu Jägerndorf. Dto. in Lignicz, in die S. Policarpi, ep. et mart. (26. Jänner) 1312. Zeugen: Guntherus de Geierstein, Joannes de Schildberg, protonotarius et Joannes capellanus.

(Nach einer beglaubten Abschrift im Jägerndorfer Klosterarchive mitgetheilt Fr. Tiller.)

186.

König Johann von Böhmen und Polen &c. befreit die Wittwe des Ulrich von Neuhaus und ihre Leute von dem Provinz. Gerichte. Dto. in Trzebicz, III°. Nonas Maji (5. Mai) 1312.

(Nach einer aus dem Talenberg. Cod. Bl. 32. b. entnommenen Abschrift im k. böhm. Museum.)

187.

Herzog Friedrich von Oesterreich erklärt, dass er durch den König Johann von Böhmen bezüglich 200 Mark Silbers befriedigt worden sei. Dto. in Znoyma, sabbato infra Octav. Assumtionis b. Mariae virg. (19. Aug.) 1312.

Nos Fridericus, dei gracia Dux Austrie et Styrie dominus Carniole Marchie ac portus naonis. profitemur et recognoscimus per presentes, nos, per excellentem principem dominem Johannem Regem Bohemie et Polonie, de Ducentis Marcis Argentis wiennensis ponderis, dandis nostro nomine, Walthero de Chastel militi, esse plenarie expeditos. defalcantes easdem Ducentas Marcas, ipsi Regi in pecunia pro qua nobis in Morauia sunt pignora obligata. Harum testimonio litterarum Datum in Znoyma Anno Domini M°CCC° Duodecimo sabbato infra Octauam Assumpcionis beate Marie Virginis.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

188.

P. Clemens V. überlässt dem Olmützer Bischofe Peter den Genuss mehrerer Pfründen in der Prager Diöcese auf zehn Jahre und ermächtiget ihn, auf diese Pfründen zu Gunsten anderer zu verzichten.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio Petro Electo Olomucens. Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Cum sicut porrecta nobis super tua petitio continebat Episcopatus Olomucens. adeo in temporalibus est collapsus qui vix adicere posset ut resurgeret, nos volentes in releva-

tionem Episcopatus eiusdem tibi de opportune subventionis auxilio providere tuis supplicationibus inclinati, prepositurat quas in Pragen. et Wissegraden. Pragen. diocesis, ac Canonicatus et prebendas quos in eadem Pragen. ac Wratislavien. et Saccen. dicte diocesis, ac obedientias, quas in ipsis Pragens., Wissegradens. et Saccens. ecclesiis tunc obtinebas sicut et adhuc obtines, tibi per decennium post tempus suscipiendi a te munus consecrationis auctoritate apostolica de speciali gratia duximus reservandos, ita quod illos interim retinere posses licite, sicut prius ac in relevationem ipsius Episcopatus, fractus redditus et proventus percipere ex eisdem, decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate contingeret attemptari. Verum intendentes tuam honorare personam, et per honorem tibi exhibitum aliis gratiam impertiri, discretioni tue dimittendi vel resignandi libere preposituras Canonicatus, prebendas, et obedientias supradictos infra dictum decennium, quando tibi placuerit, nec non autem ipsam consecrationem, Canonicatum, et prebendam, quos in Olomucens. ecclesia obtines in manibus cuiuscumque Episcopi Suffraganei ecclesie Maguntine, vel cuiusvis Abbatis exempti in ipsa provincia constituti, quem ad hoc duxeris eligendum, eidemque Episcopo vel Abbati accipiendi seu recipiendi auctoritate nostra dimissionem vel resignationem huiusmodi eaque ad nulla vel recepta conferendi eadem auctoritate preposituras, Canonicatus, prebendas et obedientias supradictos ut premittitur, reservatos infra ipsum decennium, nec non ipsos Canonicatum et prebendam quos in dicta Olomucens. ecclesia obtines cum illos per huiusmodi dimissionem resignationem seu consecrationem vacare contigerit cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis personis ydoneis, quas ad hoc duxeris nominandas, etiamsi persone ipse vel earum aliqua alias benefitiate existant, et illa cui Episcopus vel Abbas predicti eandem preposituram ecclesie pragen. contulerint, unum, duo, tria vel plura beneficia ecclesiastica, etiamsi unum ex eis dignitas vel personatus existat, et aliud curam habeat animarum, obtinere noscatur, dispensandi quomodocumque cum eadem persona, cui dictam preposituram ecclesie Pragen. duxerit ut predicitur conferendam, ut illam cum predictis obtentis beneficiis. Ita tamen quod dignitatem seu personatum si quam, seu si quem forsan obtineat, postquam ipsius prepositure corporalem fuerit possessionem adeptus, et fructus pacifice percipiet ex eadem omnino dimittat, licite retinere valeat, ac inducendi per se vel alium seu alios easdem personas vel procuratores suos pro eis in corporalem possessionem Prepositurarum, Canonicatuum, prebendarum, obedientiarum, iurium ac pertinentiarum predictorum taliter eis collatorum et defendendi inductas, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem ac faciendi personas ipsos vel dictos procuratores pro eis illas videlicet quibus idem Episcopus vel Abbas dictas priposituras contulerit, ad eos ut est moris admitti. Illas vero quibus Canonicatus et prebendas predictos duxerit ut premittitur conferendos, ad prebendas ipsas in eisdem ecclesiis in quibus consistunt, in canonicos recipi et in fratres, stallo sibi in Choro et loco in Capitulo assignatis, sibique de ipsorum Prepositurarum, Canonicatuum, prebendarum et obedientiarum fructibus, redditibus, proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi. Nec non Contradictores auctoritate nostra appellatione postpositu compescendi. Non obstantibus generalis Concilii et qualibet alia constitutione contraria, sive quibuscumque statutis et con-

suetudinibus contrariis dictarum ecclesiarum iuramento confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate vallatis, seu si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in dictis ecclesiis in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus seu personatibus in dictis Pragens. et Wissegraden. aut de Canonicatibus et prebendis in Pragen. Wratislavien. Saccen. et Olomucen. ecclesiis supradictis speciales, vel beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales predicte sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus dictas personas in ipsorum Prepositurarum, Canonicatuum, Prebendarum et Obedientiarum assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad aliorum dignitatum, seu personatuum, Canonicatuum, prebendarum et obedientiarum assecutionem preiudicium generari, aut si locorum Ordinariis et Capitulis dictarum ecclesiarum, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli sive quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint aut quod de dignitatibus seu personatibus earumdem Pragen. et Wissegraden ac Canonicatibus et prebendis ipsarum Pragen. Wratislavien. Saccen. et Olomucen. ecclesiarum, vel beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, vel aliam quamvis dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de mandato huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore debeat in nostris literis fieri mentio specialis, seu si dicte persone presentes non fuerint ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus earumdem ecclesiarum solitum iuramentum dummodo in absentia sua per procuratores ydoneos, et cum ad ecclesias ipsas accesserint, corporaliter illud prestent, proviso quod dicta prepositura ipsius Pragen. ecclesie ac huiusmodi alia beneficia si qua persona ipsa, cui preposituram eandem Episcopus vel Abbas predicti contulerint, ut premittitur obtineas, debitis obsequiis non fraudentur, et animarum cura si qua eis vel alicui eorum immineat, nullatenus negligatur, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione IIII. Kalendas Maii Anno Octavo.

(Aus den Originalregesten Papst's Clemens V. im vaticanischen Archive J. VIII. Brief 273. S. 91. Vidimirte Abschrift im m. st. Landesarchive.)

189.

Bischof Johann von Olmütz erklärt, dass er den Selauer Abt und Convent in dem Besitze der S. Johann-Kirche zu Alt-Iglau nicht stören wolle. Dto. Pragæ, XV. Kalend. Septembris (18. Aug.) 1313.

Nos Johannes dei gracia, Pragensis Episcopus, Notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, Quod nos visa et considerata reuerencie et deuocionis constancia, quam honorabiles et religiosos viros Abbatem et Conventum Monasterij Syloensis ad nos gessisse

et gerere velle cognouimus per effectum, omnem displicenciam et malam voluntatem, que nobis de eis et ad eos propter quandam questionem Ecclesie sancti Johannis Baptiste in Antiqua Iglawia fuerat generata, dimittimus, et eos in specialis fauoris et proteccionis nostre recipientes sinum, promittimus, quod ipsos super eadem non impediemus Ecclesia, sed volumus, vt ipsam eo modo teneant, et possideant, sicut antiquitus tenuerunt, Et si quid Hermanno Presbitero filio Conradi ibidem de Iglawia super Ecclesia ipsa competit accionis, hoc cum Abbate et fratribus ipsis coram Judicibus per se ipsum a sede apostolica impetratis mediante iusticia prosequatur, Super Ecclesia quoque in Brziscz quam predicti Abbas et fratres in sui iuris preiudicium per nos collatum esse dicunt, arbitrio et ordinacioni honorabilibus viri Magistri Vlrici Scolastici Pragensis, Prothonotarij et Officialis nostri stare volumus et facere promittimus, quitquid ipse dixerit et ordinauerit super eo, In cuius rei testimonium presentes litteras fieri, et sigillo nostro fecimus communiri. Datum Prage anno domini Millesimo Trecentesimo XIII. XV°. Kalendas Septembris.

(Das Orig. auf Pergam. mit einem wohlerhaltenen Sigille in dem Archive der Praemonstrat. Abtei am Strahowe zu Prag. A. 8. XXIII.)

190.

Heinrich von Lipa schenkt dem Kloster Marienthal zwei Mark Zinses in Ekhardsdorf, welche einst Haymann Schulz (scultetus) genannt de Steinruber, Bürger zu Zittau, von ihm zu Lehen gehabt. Dto. in Zittavia, in octava Innocentium (4. Jänner) 1315.

(Abgedruckt in Köhler's Cod. dipl. Lusat. super. S. 150. n. C. nach einer Abschrift des Originals im Kloster Marienthal, mit einem Siegel.)

191.

Smil von Hrádek (de Castello) bestätigt das Patronatsrecht über die Kirche in Gross-Ranzern dem Geraser Kloster. Dto. 1315.

(Nach dem Orig. auf Pergament mit einem Sigille im Geraser Abteiarchive.)

192.

K. Johann verpfändet die Herrschaft Teltsch in Mähren.

Nos Johannes, dei gratia Boemiae etc. notum facimus tenore praesentium universis, quod fideli nostro N. oppidum nostrum Telcz cum omnibus villis, quas fidelis noster dilectus J. de Wartenberg cum ipso oppido tenuit, in M. et C. marcis grossorum denariorum Pragensium pagamenti Moravici, LXIIII. gross. computando pro marca qualibet, duximus obligandum, tenendumque per ipsum vel per uxorem suam aut N. fratrem suum seu per ipsorum heredes tamdiu, quousque praedicto N. vel alteri cuicumque ex praedictis, Mille et C. sexagenis vel marcis grossorum parata pecunia per nos vel heredes aut successores nostros,

reges Bohemiae, vel ex parte nostri, una cum impensis aedificiorum, si quae ipse N. heredes vel Otto frater suus praedicti super munitione ipsius oppidi notabiliter se fecisse demonstraverint, fuerint persolutae, fructibus, quos medio tempore ipse N. heredes vel Otto frater suus praedicti de proventibus dictorum oppidi et villis perceperint, quaeque dicto N. propter sua grata et fidelia servitia, nobis per ipsum hactenus exhibita, de liberalitate nostra donavimus et donamus, in sortem praedicti debiti minime computandis. Harum nostrarum testimonio literarum. Datum Pragae.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung, S. 340. n. 141.)

193.

Johann, König von Böhmen und Polen, beurkundet, dass zwischen ihm und Heinrich von Lypa die Erzbischöfe Peter von Mainz und Baldewin von Trier nebst drei oder vier weisen böhmischen Männern Schiedsrichter sein sollen. Dto. Prage, II. Idus Aprilis (12. April) 1316.

Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie rex ac Lucemburgensis comes, recognoscimus tam nos, quam Henricum de Lypa et amicos ipsius, super ipsius Henrici captivitate et eo excredendo, et ut ab ipso Henrico et aliis amicis suis bona nostra regalia recuperare pro nobis et liberis nostris possimus facilius, in reverendos patres dominos Petrum Maguntinum et Baldewinum Treverensem archiepiscopos ac in tres aut quatuor sapientes viros de regno Boemie, quos ipsi domini archiepiscopi ad hoc duxerint assumendos, tanquam in arbitros diffinitores arbitratores seu amicabiles compositores eorum, que inter nos vicissim proposita fuerint, pro nobis et nostris liberis compromisisse: sic quod ipse Henricus et amici sui nobis, et nos eis, iuxta eorum arbitrium et diffinitionem facere debeamus, quod per eos fuerit diffinitum. Excredimus itaque ipsum Henricum super septem obsidibus: Hyncone videlicet Berca, Hynascone et Husca fratribus, Hainmanno et iterum Hainmanno filiis Pothonis de Duba, Benessio filio Alberti de Duba et Czenkone filio ipsius Henrici de Lypa, ac Henrico filio Remundi de Luchtenburch seniore, predicto domino Maguntino et reverendo domino Baldewino Trevirensi archiepiscopo, patruo nostro, vel ipso patruo nostro non extante vel absente nobilibus viris. Theoderico de Isenburch, Theodorico de Runkel et Johanni de Brunshorn, assignandis et castris in Moravia: Lantstein Chrumnow et Vren strenuo viro Johanni Czamborio, castrisque in Boemia: Belyn videlicet, Oywin, Bezdes, Weluss, Luthitz et Lypnitz predictis nobilibus viris Theodrico de Isenburch, Theoderico de Runkel et Johanni de Brunshorn indistincte seu indivisim et insimul assignatis sub expensis sufficientibus eorum, qui castra assignant et sub pactis et conditionibus subnotatis. Tenebitur siquidem ipse Henricus de Lypa in Boemia palam existendo se a die excreditionis sue infra secundam feriam inmediate diem venture proxime penthecostes, id est diem sancti Spiritus consequentem in loco, quem ei in Boemia vel Moravia deputaverimus nobis representare seu statuere, monitione octo dierum premissa, in nostra potestate mansurus et nulli alteri assignandus. Quodsi ipse Henricus nostre gracie reformatus fuerit, vel infra dictum tempus

ut premittitur representaverit se aut statuerit, tunc ipso iam in vinculis incluso, obsides predicti statim sint liberi, et castra predicta eis personis vel eorum heredibus, a quibus recepta fuerunt, debent per eos quibus commendantur infra octo dies continuos sine impedimenti obstaculo resignari. Si vero Henricus ipse se infra predictum tempus, ut premittitur, non representaret vel statueret, ex tunc castra predicta et obsides debent nobis, omni dilatione et excusatione postpositis, assignari, et tam de obsidibus quam castris licenter facere poterimus nostre beneplacitum voluntatis. Est et hoc huiusmodi tractatibus liquido interclusum, quod si prefatus Henricus de Lypa infra predictum tempus peramicos suos vel ad sui utilitatem captivaretur forsitan; extunc ipse a die captivitatis huiusmodi in antea tantum pane et aqua et non aliis vesci debet, obsidibus et castris predictis in eorum, quibus tenenda assignata fuerint, remanentibus potestate tam diu, quousque ipse Henricus de Lypa in captivitatem se representaverit, ut superius est premissum, vel nostre gratie fuerit restitutus. Si vero per quoscunque alios preter nostram voluntatem captivaretur: tunc obsides et castra in eorum, quibus assignata fuerint, remanebunt quousque se representaverit potestate, et nos una cum amicis suis ad eius liberationem opem et operam dabimus efficaces. Si autem per nos vel ex voluntate nostra ipse Henricus captivaretur, ex tunc obsides predicti erunt liberi et castra prefata ad eos, qui ea assignaverunt, continuo revertentur. Cum autem ipse Henricus se representaverit et statuerit, tunc obsidibus existentibus liberis et solutis, castra ipsa eis, a quibus recipiuntur, vel eorum heredibus, infra octo dies per eos, quibus assignata fuerint, debent finaliter assignari. Siquè infra sepedictum tempus Henricum de Lypa mori forsan contingeret, tunc Albertus de Seberch, Abertus de Duba, Potho de Duba, Wilhelmus de Lantstein et iunior Henricus de Lypa suo et omnium amicorum suorum vice et nomine, venerabilesque Johannes Pragensis et Petrus Olomucensis episcopi, principes nostri dilecti, necnon inclitus dominus Bolezlaus dux Silesie et dominus de Legnitz, consobrinus noster carissimus, pro predictis amicis ipsius Henrici de Lypa et cum ipsis a die obitus ipsius Henrici infra quindenam continuam Pragam venire tenebuntur, et nostram ibidem iuxta predictorum archiepiscoporum et coarbitrorum suorum arbitrium gratiam obtinere. Quod si iidem arbitri et arbitratores seu amicabiles compositores infra quindenam non pronunciarent forsan arbitrium, aut si vellemus ipsorum arbitrium refutare: tunc tam ipsi episcopi et dux prenominati, quam etiam amici Henrici de Lypa de Praga poterunt licenter recedere et abire. Sed si iidem amici Henrici de Lypa pro parte sua prenuntiationi dicti arbitrii stare nollent, tunc quilibet amicorum ipsius Henrici prenominatorum et fideiussorum suorum episcoporum ac ducis prefatorum, cum uno milite sibi assumpto Prage tamdiu prestare obstagium tenebuntur et non recedere abinde, quoad prefati amici Henrici de Lypa nostram gratiam obtinebunt. Antequam autem de premissis tractatibus apud nos quidpiam attemptetur, per Henricum de Lypa et amicos suos predictos castra nostra in Moravia, Gretz videlicet, Eychorns et Bisentz, nobis debent restitui, difficultate seu dilatione qualibet procul motis. Pro quorum tamen restitutione nec fideiussores, nec castra, nec obsides obligantur, sed fidelem ad hoc dabunt operam, quod dicta castra, quamprimum fieri poterit, habeamus. Ceterum si nos interim quod absit decedere vel captivari contingeret, ex tunc

liberis nostris et tutori seu tutoribus, curatori seu curatoribus, mamburno vel mamburnis eorum, omnia et singula per Henricum et amicos suos ac arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores explebuntur, que nobis expleri deberent per eosdem. Si autem unum aut plures ex dictis arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus, mori, capi seu abesse contigeret, arbitri, arbitratores et amicabiles compositores superstites plenum posse retinebunt in premissis. Predicti etiam arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores infra hinc et instans festum penthecostes, et non ultra, habent potestatem ipsum arbitrium pronunciandi, pronunciatum interpretandi, et si aliquod dubium medio tempore inciderit declarandi semel vel pluries, quociens ipsis arbitris arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus videbitur expedire, dolo et fraude in premissis omnibus remotis penitus et exclusis. In quorum omnium robur et testimonium presentes litteras fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Prage, ii. idus Aprilis, anno domini millesimo, trecentesimo sextodecimo.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum, welche Dr. Fr. Palacký eigenhändig von dem Orig. auf Pergam., dessen Sigill abgerissen ist, im königl. preuss. geheimen Archive zu Berlin verfasste. — Eine Abschrift mit sehr unbedeutenden Varianten wurde auch von Dr. Fr. J. Böhmer eingesendet.)

194.

König Johann von Böhmen und Pohlen gestattet dem Königsaaler Kloster den Verkauf der auf den eigenen Gütern erzielten Weine u. s. w. in dessen zu Prag gelegenen Hause „ut res in blado, vino et aliis ipsi monasterio in bonis ipsius monasterii provenientes in domo seu curia sua, quam habent et habere noscuntur libera(m) in mojori civitate nostra Pragensi, pro necessitate ipsius monasterii et personarum in eo pro Christo degentium, aliis vendere et in utraque civitate Pragensi pro necessitate ipsius monasterii et personarum ejus ea quibus indigent emere licite et ad ipsum monasterium per aquam vel terram ducere sine cujuslibet solutione telonei perpetuo volent.“ 1316. Prag, XVII. Kalend. Septemb.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung. S. 243. n. 10. c.)

195.

Benedict, Propst von Luh, verzichtet auf die Rechte, welche die Propstei rücksichtlich eines nach Brünn über die Mühle des Johannes, Bürgers von Brünn, führenden Weges zustanden, wogegen Johannes der Propstei eine Hofstatt zu Kumrowitz schenkt. Dto. Brunne proxima dominica in Octava Pasche (30. April) 1318.

Ea que fiunt in tempore simul cum tempore memorie nomen perdunt, nisi redivivo litterarum testimonio roborentur. Nos igitur Benedictus Prepositus Monasterii in Luha ordinis sancti Benedicti prope muros Brunnensis, Rodko Prior, Wrpoto Plebanus, ceterique fratres predicti Monasterii, hoc ducti exemplo, tenore presentium insinuamus tam presentibus quam

futuris, quod nos deliberato animo simul unanimi et consensu non coacti nec rogati, sed bona et spontanea voluntate, omnibus juribus seu imperticionibus, nobis et predicto Monasterio competentibus, videlicet ad vulgarem viam ab ipsa civitate Brunnensi citra Molendinum Providi et Discreti viri Johannis Wiffonis Civis predicte Civitatis, ad ipsum Monasterium olim transeuntem; Quam viam predictus Johannes et heredes sui, huc usque inhibuerunt et propter commune bonum ex pleno nostro et successorum nostrorum consensu et favore hactenus inhibebant, abrenunciavimus et eciam abrenunciamus presencium sub tenore. Tali addita conditione quod nos, nec quispiam successorum nostrorum prenominatam controversie causam audeat vel possit inposterum aliqualiter innovare, seu ipsum, aut heredes suos, pro eadem via impettere aliquo ingenio, studio et cautela. Et nihilominus protestamur et profitemur, prenotatum Johannem et heredes suos predictam viam posse cum omni jure Legittime et perpetue inhibere. Pro qua quidem renunciatione et alterius vie melioracione seu emendacione sepedictus Johannes, unam curticulam pro novem fertonibus in Gumravicz comparatam, cum tribus promptis fertonibus predictam Curticulam pro restauracione ejusdem vie tenendam, et jure proprietatis possidendam, prehabito nostro Monasterio contulit et donavit. Testes hujus rei ac universi promissi nostri sunt Honorabiles viri predicti, Prior et Plebanus, Schebastianus Prepositus Ecclesie sancti Petri in Bruna, Stubnerius, Hermannus. Nicolaus De Domo Theotonica, Poherlicerius, Thamatus, Barchusschius. Johannes Dictus De Iglavia, Cives et jurati Brunenses, Quorum sigilla in signum majoris evidencie et testimonii, ad instantes preces nostras, una cum sigillo nostro presenti pagine sunt appensa. Datum et actum Brunne Anno Domini Millesimo Trecentesimo XVIIII°. proxima Dominica in Octava Pasche.

(Nach dem handschriftl. Werke G. Lefebures „Monastic. Morav." B. III. S. 151 mitgetheilt von Dr. G. Wolný.)

196.

König Johann von Böhmen und Polen bestätigt die Schenkungsurkunde des Bawar von Baworow, mit welcher derselbe an Maria Lichtmess 1315 dem Convente des Klosters Heiligen Kron seine Güter überlässt. Dt. Pragae, V. Nonas Julii (3. Juli) 1318 per manus honorabilis Johannis, Pragensis Olomucensis et Wissegradensis ecclesiarum canonici protonotarii.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum von dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

197.

Budiša, Wittwe des jüngeren Heimann Krušina von Lichtenburg, Ješek und Heimann, ihre Söhne, bestätigen dem Saarer Kloster die Schenkung des Zehends in Kotlas (Gutlis). Dt. in Sar, V. Kalend. Januarii (28. Decemb.) 1318.

Ego Budissa relicta Domini Hamanni Junioris de Luchtenburch dicti Crussina, et Nos Jesko et Haymannus filii eorundem. Notum facimus vniversis praesentem Litteram in-

specturis, quod donationem quam dilectus Pater noster bonae memoriae Supradictus, Monasterio Zarensi Cisterciensis Ordinis, vivus et sanus fecerat, videlicet decimam integram partium nostrarum quas in Gutlis habemus, hanc gratam et ratam habentes, abrenuntiamus omni Juri, quod in eadem decima habere forsitan videmur; Praeterea tenore praesentium protestamur, fideliter, promittentes Nos nunquam amodo fore praedicto monasterio in eadem decima impedimentum aliquod illaturos. Quodsi forsitan Nostri promissi immemores instigante Diabolo faceremus, hoc in praejudicium Nostrae fieret fidei et honoris. In cujus rei testimonium, Nostrum sigillum apposuimus huic scripto, Datum Sar Anno Domini Millesimo Trecentesimo decimo octavo Quinto Calen. Januar.

(Nach dem handschriftl. Diplomatare des Klost. Saar und Welehrad 4. B. 15. S. 62. im k. böhm. Museum zu Prag.)

198.

König Johann von Böhmen schenkt dem Johann von Klingenberg für die treu erwiesenen Dienste das in Mähren gelegene Dorf Bladonowic. Dt. Pragae, V. Nonas Maji (3. Mai) 1319.

Nos Johannes, dei gracia, Boemie et Polonie Rex ac Lucemburgensis Comes, Scire volumus inspectores presencium vniuersos. Quod fideli nostro, Johanni, de Clingemberch ipsius attendentes fidelitatis obsequia, que nobis exhibuit, Villam nostram, Bladonowicz, quam fidelis noster Benessius de Wartemberch tenuit, sitam in Morauia, cum suis pertinencijs, et omnibus iuribus, que nobis competunt, aut in posterum conpetere poterunt, in eadem, de liberalitate Regia, conferimus et donamus, pro se, et suis heredibus, habendam, et tenendam, ac iure hereditario, possidendam Dantes eis liberam potestatem ipsam villam, cum suis pertinentijs vendendi, alienandi, et in vsus quoscumque conuertendi, tamquam rem propriam, iuxta eorum bene placita voluntatis. In cuius rei testimonium, presentes litteras fieri, et Sigillis Magestatis nostre, iussimus communiri. Datum Prage, per manus venerabilis Johannis wissegradensis Ecclesie Praepositi, Cancellarij et Principis nostri dilecti V° Nonas Maij. Anno domini Millesimo Trecentesimo Decimo nono Regnorum vero nostrorum Anno Nono.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives in Wien.)

199.

Urban, Minister der Prager Kirche, und Jaroslaw, Pfarrer zu Náměšt, in der Olmützer Diöcese, verordnen dem Nicolaus, Custos der Prager Kirche und bischöflichen Official, dass er den Gregor, Dechant bei S. Aegid, als excommunicirt meide. Dto. in Pragensi casto, X. Kalend. Septembris (23. Aug.) 1319.

Urbanus minister ecclesiae Pragensis ac Jarozlaus plebanus ecclesiae in Namiest Olomucensis diocesis, executores dati domino Dyrzlao super gratia sibi facta de decanatu ecclesiae Wissegradensis auctoritate sedis apostolicae honorabili viro magistro Nicolao custodi

ecclesiae Wyssegradensis ac officiali curiae Pragensis salutem in domino et debitam obedientiam in commissis. Cum contra literas domini Rigensis archiepiscopi, executoris sedis apostolicae, et contra nostras decanus S. Egidii Gregorius faciat in praejudicium decani praedicti Wissegradensis ecclesiae denunciationes minus justas, propter quod non est dubium, ipsum sententias excommunicationis incurisse tam illius quam nostras: quare vobis in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena, quam in vos in hiis scriptis proferimus, duorum dierum monitione praemissa, si non feceritis, quod mandamus, quatenus praedictum Gregorium tamquam excommunicatum in judicio vestro ab actibus judicialibus repellatis, et eum ut excommunicatum in omnibus evitetis. Datum in Pragensi castro sub annis dominicae incarnationis millesimo trecentesimo decimo nono, X. Kalendas Septembris.

(Sigillum unum appendet, alterum avulsum.)

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des Wyšehrader Kapitelarchives. — Von den zwei Sigillen ist das zweite abgerissen.)

200.

König Johann von Böhmen verspricht die Mark Budissin, insbesondere aber die Städte Budissin, Camenz und Löbau weder zu verkaufen noch zu vertauschen, und erneuert ihre Privilegien und Rechte. Dt. Pragae, II. Kalend. Septembr. (31. August) 1319.

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. p. 164. n. CXII. nach einer vidimirten Copie v. J. 1490 im Bautzner Rathsarchive.)

201.

König Johann von Böhmen verkauft den Bürgern zu Budissin zwei ihm zuständige Denare im Gerichte daselbst für 150 Schock Groschen Prager Währung. Als Zeugen erscheinen: illustris Nycolaus dux Oppauie, princeps noster dilectus, fideles nostri Thymo de Colticz et Fridmannus de Sman et alij quam plures fide digni. Dt. in castro apud Oelsniz, X. Kal. Octobr. (22. Septemb.) 1319.

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. p. 172. n. CXVI. aus dem Orig. im Bautzener Stadtarchive.)

202.

Heinrich, Herzog in Schlesien, Herr zu Jauer und Fürstenberg, schenkt dem Könige Johann von Böhmen alle Rechte, welche ihm auf die Marken Budissin, Lebus und Lausitz, so wie auf die Stadt Frankfurt an der Oder gebühren möchten. Unter den Zeugen erscheinen: Witko, Misnensis episcopus, illustris princeps dominus Nicolaus, dux Opaviensis, nec non nobiles viri, domini Petrus de Rosenberg, Wilhelmus de Landstein, Hinko dictus Berka de Duba, Thima de Colditz, Friedericus, Hermannus, Friczko fratres de Schonen-

berg, Benesius de Michelsberg, Ulricus de Mendico, Fridericus de Sman, Otto dictus de Heiden etc. Dt. in castro prope Olsnitz, X. Kalend. Octobris (22. Septemb.) 1319.

(Abgedruckt bei Ludewig in T. VI. Reliquiar. Mss. S. 3. n. I. Vergl. Riedel Cod. dipl. Brandenburg. II. Hauptth. I. B. S. 443. n. DXXXIII.)

203.

Das Nonnenstift zu Neureisch kauft vom Budiwoj von Wojslawic und seiner Gemahlin Ermila einen Hof in Neureisch. Dt. Brünn, am Samstage vor der Vigilie des h. Johann des Täufers (21. Jänner) 1320.

My Budiwoy z Woyslawicz, a Ermila niekdy pozustala Wdowa po nebosstikowi Wolframowj z Rżysse dobre pamieti, nyni pak manżelka ma. Wyznawame gednomu każdemu tak budaucym yako přitomnym, kterżi tento lyst pržehlydati budau, Że gsme Pannam a Konwenthu kostela Blahoslawene Panny Marye w Rżyssy djl y statek aneb Wieno nadepsane Manżelky nassy w miesteczku Rżyssy se wsseligakym gegim prawem a pržyslussenstwim, totižto rolymi a laukami, pastwisstiemi, lesy, wodami cestami a rozcestjmi y s dworem tu pod klassterem postawenym, y se wssym gjnssym nabytkem za gystau a dokonalau prodage cenu za Ssedesate gednu hržywnu, a ssedesate cžtyry grosse za gednu każdau hržywnu počžitagjcz. Ten Konwenth nadpowiedieny' djl nass a statek w Rżyssy od toho cžasu se wssym prawem yakož y mi gsme posawad w drżeny miely, wiecžnym a diediczným prawem aby wiecžnie požywaly, a Nas nadepsaný Konwenth a Klasster bez wsselýkteraky pržekažky, kteražby se skrze niekoho w cžasto gmenowanem Statku djla, a vbližowati chtiela, aby wedle práwa a obyczege zemskeho ztoho swobodnie wjniti mohla. Slybugicz, z dobrau Wyrau pržipowydame doczteny prodag, pewny zustawagyczy, niyak ho russiti žadnym wymysslenym prawem a fortelem, a odpowydame w nadpowiedienem prodagj wssechniem weymynkam a ohradam Purgkrechtnyho prawa y w Kragj obyczegneho, skrze cožby cžasto gmenowaneho prodage spusob nieyakau mierau hyndrowan byti mohl. Swiedkowe teto wieczy a prodage gsau tito. Sezyma z Gewissowicz Komornyk Margkrabstwy Morawskeho, Smil z Hradku, Woldržich z Martinkowa Filyp z Jakubowa z Meyczberchu, Hazymar z Slatjny, Albrecht z Rzysse, gjchžto peczety y s nassy spolu peczety tomuto lystu k snažne žadostj nassy gsau pržiwiesseny pro lepssy toho gjstotu a wyswiedczeny. Dan a psan w Mieste Brnie. Leta Wtieleny Pana Krysta. Tisyczjho Třjsteho dwadczateho W Sobotu pržed Vigilij swateho Jana Krztitele.

(Nach einer Abschrift aus dem Archive der Abtei Neureisch, mitgetheilt von dem dortigen Stiftsprior Norbert Ritschel.)

204.

König Johann von Böhmen bestätigt den durch Heinrich von Lipa von dem Bruder Leo, Provinz.-Comthur des deutschen Ordens durch Böhmen und Mähren, geschehenen Ankauf der Güter in Kreuzburg. Dto. Pragae, IV. Nonas Junii (2. Juni) 1321.

Nos Johannes dei Gracia, Boemie et Polonie Rex, Lucemburgensis Comes, Marchieque Budissinensis dominus, Notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, Quod quia fidelis noster dilectus Henricus de Lypa, Summus Regni nostri Boemie Mareschalus, apud deuotum nostrum dilectum, fratrem Leonem, Conmendatorem prouincialem, per Boemiam et Morauiam ordinis Cruciferorum Hospitalis, Sancte Marie de Domo Teuthunica, et ordinem ipsum, Bona in Creučzpurch, cum Bonis, villis, et vniuersis suis pertinentijs, sicut ipse frater Leo, et alij Conmendatores, sive fratres eiusdem ordinis, tenuerunt et possiderunt pro certa Summa pecunie, emit et racionabiliter, Jure hereditario, per ipsum Henricum, heredes, et successores suos, tenenda, et possidenda, perpetuo empcionis titulo comparavit, Nos, empcionem, et vindicionem huiusmodi, ratam, et gratam habentes, eam ex certa, nostra sciencia, huius scripti patrocinio confirmamus, presencium, Quas Sigillis nostre Maiestatis communiri fecimus testimonio litterarum, Datum Prage 4° Nonas Junij, Anno domini Millesimo Trecentesimo, vicesimo primo, Regnorum vero nostrorum anno vendecimo.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

205.

König Johann von Böhmen verpfändet dem jüngeren Heinrich von Lipa die Stadt und Veste Tobitschau mit den Dörfern Měrowany, Oplocany, Wykleky, Piwín und Čelčic in dem Betrage von 3000 Mark Prager Groschen als Heirathsgut für Agnes von Blankenheim, Gemahlin des genannten Heinrich. Dto. Pragae IV. Nonas Junii (2. Juni) 1321.

Nos Johannes dei gracia, Boemie et Polonie Rex, Lucemburgensis Comes Marchieque Budissinensis dominus, ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, Quod bona nostra infra scripta, videlicet Oppidum et Municionem Towaczhow, cum villis Miriwans, Oplaczan, wyclech, Herboricz, Crelicz, villa forensi, et Pywin, ac vniuersis pertinenciis suis fideli nostro dilecto, Henrico Juniori de Lypa, in tribus Milibus Marcarum, grossorum denariorum Pragensium Pagamenti Morauici, videlicet, Sexagenta quatuor grossos conputando, pro Marca, qualibet, que sibi pro dote, Nobilis domine agnetis, de Blankenheim Consanguinee nostre, quam ei tradidimus in vxorem, dare promissimus, nomine eiusdem vxoris sue, ac ipsi domine, titulo pignoris obligamus, tenenda, et habenda, per eum, et dictam dominam, ac heredes ipsorum, tamdiu quousque eis prenotata pecunia, per nos, vel heredes, aut successores nostros plenarie persoluatur, Quod si predictum Henricum, praefate vxori sue continget premori, tunc domina ipsa tam omnia et singula

supradicta bona, per nos, pro dote sua, in dictis tribus Milibus Marcarum, sibi obligata, in eisdem tribus Milibus Marcarum quam vniuersa bona, videlicet Castrum Strilk, et villam Coriczan, ac Oppidum Hostradicz, et villam Myspicz, cum vniuersis suis pertinencijs, per Socerum suum, fidelem nostrum dilectum Henricum de Lypa, Sibi eciam in tribus Milibus Marcarum, pro suo dotalicio assignata, in quocumque statu manserit, et siue cum dicto Marito suo, heredes habuerit, vel non tenebit et habebit, in Sex Milibus Marcarum, ac ea, siue in vita, siue in morte sua si ab ipsa exoluta non fuerint, pro ipsis sex Milibus Marcarum obligare, et donare poterit, cuicumque voluerit, pro sue libito voluntatis, et si eciam continget dictam dominam, prefato Marito suo premori, habendo, vel non habendo, cum ipso Marito suo pueros siue heredes, tunc dictus Henricus Maritus suus, vel eo non existente heredes sui, vel si heredes non essent, tunc fratres sui, similiter tam dicta Bona, per nos sibi, in tribus Milibus Marcarum, pro dote, et nomine dotis, dicte vxoris sue obligata, in eisdem tribus Milibus Marcarum quam Bona omnia antedicta, sibi per dictum Patrem suum, in tribus eciam Milibus Marcarum, pro dotalicio ipsius domine, vxoris sue assignata, in ipsis Milibus Marcarum, tenebunt, et habebunt, ac eadem, si ab ipsis exoluta non fuerint, pro ipsis Sex Milibus Marcarum cuicumque voluerint obligare poterint vel donare, In cuius rei testimonium presentes litteras fieri, et Sigillis Maiestatis nostre iussimus communiri, Datum Prage iiij^{o} Non. Junij, Anno domini Millesimo C^{o}C^{o}C^{o} vicesimo primo, Regnorum vero nostrorum, Anno vndecimo.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. geheim. Haus-, Hof- und Staatsarchives zu Wien n. 97. — Böhmer Regest. Add. I. S. 295, n. 377.)

206.

König Johann von Böhmen bestätigt den von dem Wyšehrader Kapitel an Heinrich von Lipa geschehenen Abverkauf der Güter zu Wolframitz in Mähren. Dto. Pragae, III. Idus Junii (11. Juni) 1321.

Nos Johannes dei Gracia, Boemie et Polonie Rex, Lucemburgensis Comes, Marchieque Budissinensis dominus, Notum facimus vniuersis, presentes litteras inspecturis, Quod cum Venerabilis Johannes, Prepositus, Princeps, et Cancellarius noster dilectus, Dirzlaus decanus, Magister Nicolaus Custos, Waltherus, Scolasticus, Totumque Capitulum Wissegradensis Ecclesie, cuius Patroni sumus, Bona prepositure predicte, in Wolframicz, in Morauia sita, cum villis, et cum omni dominio, Jure, Jurisdictione, Jure Patronatus Ecclesie in Wolframicz, et alijs omnibus Juribus, libertatibus, vtilitatibus, in quibuscunque rebus consistant, et pertinencijs vniuersis, ex eo, quod sic longe ab ipsa Wissegradensi Ecclesia, posita erant, quod eisdem Bonis vtiliter intendere non poterant, de maturo consilio, ac beniuolo eorum assensu, et consensu Communi, dilecto fideli nostro henrico de Lypa, Summo Regni nostri Boemie Marschalco, vendidissent, et tradidissent, pro duobus Milibus Marcarum grossorum denariorum Pragensium, Sexaginta quatuor grossos computando, pro qualibet Marca, Quam quidem pecuniam, Duo Milia Marcarum videlicet, ab ipso Henrico, ex nostra

certa sciencia perceperunt plenarie, Sic quod ipsi coram nobis, tunc sponte et libere confessi, et protestati sunt, se contra ipsum Henricum, Heredes aut successores suos, nec contra quemcumq. alium, vel alios ipsius Henrici, heredum, vel Successorum suorum, nomine, pro pecunia ipsa, vel aliqua eius parte, nec pro Bonis predictis. vel aliqua parte eorum, prepositure vel Ecclesie Wissegradensis nomine habere, vel habere posse, aliquam actionem, Ipsi prepositus, et Capitulum, nobis, tunc humiliter supplicarunt, ut vendicionem ipsam perquam Prepositure, et wissegradensis Ecclesie procurabatur vtilitas, ratam et gratam habere, eisq. nostrum dignaremur prebere consensum. Nos videntes supplicacionem eorum, ex rationabili prodire proposito, vendicionem ipsam, ratam, et gratam habentes, eam consensus nostri plenitudine confirmamus, volentes, vt ipse Henricus, Heredes, ac Successores sui, Bona ipsa cum omnibus Juribus, vtilitatibus, et pertinencijs suis, ac omnibus alijs, que in vendicione ipsa, in nostris presentibus, aut Wissegradensis prepositi, et Capituli, ipsi Henrico datis supra hoc, litteris sunt expressa, tenere et habere, debeant, cum ea libertate, honore, Jurisdiccione, et Jure, quibus ea prepositura et Ecclesia Wissegradensis tenuit, et tenere debuit, antequam ipsa, eidem henrico vendidit, et transtulit in eundem. In Cuius rei testimonium . presentes litteras fieri . et Sigillis Maiestatis nostre iussimus communiri, Datum Prage, iij Idus Junij. Anno domini Millesimo Trecentesimo, vicesimo primo. Regnorum vero nostrorum, Anno vndecimo.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k geheim. Haus-, Hof- und Staatsarchives in Wien.)

207.

König Johann von Böhmen verspricht dem Heinrich von Lipa, Obersten Marschall von Böhmen, wenn in Deutschbrod in Folge eines ergiebigen Bergbaues eine Münzstätte zu errichten käme, die Hälfte des Münzgewinnes. Dt. Prag 18. Juni 1321.

(Sternberg Gesch. der böhm. Bergwerke 1. b. 68. Böhmer. Add. I. S. 290. n. 378.)

208.

Zdislaw der ältere von Sternberg und seine Söhne verpflichten sich, nie mehr die Güter des Klosters Welehrad zu belästigen. Dto. in Ostroh in Epiphania Domini (6. Jänner) 1322.

Nos Zdezlaus senior dictus de Sternberg, vna cum dilectis filiis nostris, Sdezlao summo Czudae Olomucensis Camerario, et Stephano strenuo Comite in Holicz, ac domino in Vngaria, Comicie Cygdinensis, Ceterisque filiis, heredibus quoque nostris, ad vniuersorum noticiam deuenire volumus, qui viderint, legerint, vel audierint presens scriptum, Quod diuina inspiracione inpuncti plurimum cordolemus, eo quod Religiosos viros, abbatem et conventum de Welegrad tam diu inpediuimus, tamque multum molestauimus in eorum piscacionibus, Costelan ville adjacentibus, et siluis ad villam eandem pertinentibus, Necnon

et siluis ad Nachanicz et Polsnicz, villas predicti monasterii spectantibus, pleno jure. Volentes igitur nostras consciencias exhonerare, ad honorem dei omnipotentis, simulque dei genitricis Marie virginis gloriose, in hijs scriptis Nos, et posteros nostros omnesque nobis fidelitate subiectos omnimode obligamus, Quod de cetero numquam in predictis bonis ad monasterium prelibatum pertinentibus impedimentum, sev dampnosam molestacionem inferre aliqualiter in perpetuum debeamus. Verum ne alicuius ignorancia vel errore ex parte nostri, nostrorumque, tam necessarium, jmmo verius domino deo, vt speramus beneplacitum conpromissum, possit ammodo infirmari predictarum siluarum metarum et circuitus decreuimus certis signorum limitibus explicare modulo subnotato, Annotantes initium siluarum ad Polsnicz villam pertinencium inchoari in valla, que Cladecz dicitur, sicut in priuilegijs prenominati Monasterii continetur. Que videlicet vallis est media inter agros ad villam Polsnicz ex vna parte, et agros ex alia parte ad villam, que Arena dicitur, pertinentes, a iam vero dicta valle sunt plurima signa, certos limites euidenter demonstrancia in directum usque ad pratum, quod Czirtowaluca morauice nuncupatur, et abinde transeunt limites per quemdam locum, qui continuit duas Quercus, que sunt abscise quorumdam minus prouida caucione, in quibus videlicet quercubus manifesta signa metarum fuerant decurrencia, vsque ad quamdam Tiliam, que stat super littora fluminis, quod Moraua proprie nominatur. Deinde per ipsum flumen Morauam sursum versus protenduntur limites vsque ad prefatam villam Nachanicz Monasterij antescripti, et hijs ipsis limitibus concluditur etiam silua ville Nachanicz iam prefate. Silua deinde ad villam Costelan pertinens circumscribitur limitibus infra scriptis, incipientibus scilicet ab obstaculo molendini transeunt per flumen Morauam sursum in fluvium veniendo, qui Malesow vocitatur, et per ipsum fluvium descendendo girant, finem faciendo in obstaculo prenominato. Et quum in predictis bonis videlicet piscacionibus et siluis sepedictos Religiosos viros, abbatem et conuentum de Welegrad dampnificando offendimus, quod estimacio dampnorum ad summam centum Marcarum Morauiensis ponderis se extendit, consciarum iudicio eorundem. Expense vero facte pro recuperacione ipsorum dampnorum ad numerum viginti marcarum eiusdem ponderis se extendunt, Que omnia sepius memorati viri Religiosi, pio erga nos affectu succensi, racione pacis mutue nunc et per henniter confirmande, nobis beniuole relaxarunt. Quapropter tam pie beniuolencie piam vicem rependere cupientes, Nichilominus animaduersionem vlcionis diuine humiliter declinare volentes, satagimus nos, cum omnibus nostris heredibus, ac posteris ad sepius dictorum Religiosorum virorum abbatis et conuentus de Welegrad in hiis scriptis promocionem perpetuam obligare. Adicientes quod nec in eisdem siluis, nec in aliis bonis ipsorum quocumque loco sitis, eos vlterius dampnificare, vel ledere aliquatenus debeamus. Precipue tamen euntibus nobis vel nostris ad aliquam expedicionem, hereditatibus eorum parcere studebimus, in quantum poterimus et valebimus pura fide. Insuper venatores nostri, ceterique officiales nostri, quocumque nomine censeantur sibi aliquid iurisdicionis, siue dominii in eorum siluis et piscacionibus quibuscumque audebunt de cetero nullomodo vendicare. Demum ne materia nobis, sev nostris, presentibus sev futuris delinquendi facile ministretur predicta quelibet et singula, pena voluntarie vallari statuimus temporali, videlicet si quidquit de predictis, tam mature et deliberate per nos

statutis, contingeret a nostris quomodolibet violari, extunc prememoratis viris religiosis abbati et conuentui de Welegrad in summa centum et viginti Marcarum Morauiensis ponderis, per eos nobis benignissime relaxatarum, nos oporteret finaliter obligari. In cuius rei euidens testimonium presentes conscribi et sigillis, nostro videlicet, et dilecti filii nostri, Sdezlai, in principio annotati, Ciuitatum quoque Brode, necnon Radiscz fecimus fideliter roborari. Acta sunt hec in Ostroh, viris discretis et honorabilibus hec eadem atestantibus, scilicet, domino Nicolao plebano de Radiscz predicte ciuitatis, et domino Wilczkone plebano de prescripto Ostroh, Dominoque Herthlino Capitaneo ciuitatis Brodensis, et Alberto purgrauio nostro in Ostroh prenominato, et Pascone fideli nostro, Henslino quoque judice et Scabinis, Winando et Martino de predicta Broda. Judice de hinc Wichero, et scabinis, Ottone et Reynusio de Radiscz suprascripta. aliisque quam pluribus fidedignis. Datum ibidem in Ostroh, Anno domini Millesimo, Trecentesimo, vicesimo, secundo, in Epyphania domini Per Manus Francisci nostri fidelis Notarii et dilecti.

(Nach dem Orig. auf Pergam., mit vier gut erhaltenen Sigillen im Archive des k. böhm. Museums zu Prag. A. II. — Eine Abschrift in dem handschr. Cod. des XVIII. Jhdts. in der Cerronischen Sammlung II. Abth. n. 120 Bl. 186 im m. st. Landesarchive.)

209.

Der Brucker Abt Johann erklärt mit seinem Convente, dass Nikolaus, ihr Mitbruder und Pfarrer zu Lodenitz, anderthalb Lahne in Odrowitz, die Einkünfte zweier Mark von der Znaymer Steinmühle und den sogenannten König-Weingarten mit dem bei seiner Kirche erübrigten Gelde gekauft habe. Dto. in Luca, VI. Kalend. Aprilis (27. März) 1322.

In nomine domini amen. Ne igitur ea que a prioribus gesta sunt posteriores lateant, sed pocius tamquam facta recentissime cognoscantur, decreuit humana racio ea que geruntur temporaliter ad maiorem seu diuturniorem eorundem memoriam litterarum beneficio seu scripti testimonio solidare. Quare nos Johannes diuina miseracione Abbas, Johannes prior, Johannes subprior totusque Conuentus Lucensis Monasterij, Ordinis Premonstratensis, Olomucensis diocesis tenore presencium patefacimus vniuersis, ad quos peruenerit presens scriptum, Quod frater noster dilectus Nicolaus, plebanus in Lodenicz optenta ordinis licencia Nostroque accedente consensu, vnum laneum cum dimidio in villa Odrowicz dicta, qui a nobis Jure pheodali tenebantur, exsoluit Insuper duarum marcarum reditus in Molendino apud Znoymam sub lapide sito, eciam vineam in monte comitis sitam que vsualiter rex nominatur pecunia que sibi Ecclesie sue predicte sagaciter prouidenti superfuit apud nos rite et racionabiliter comparauit, Que bona iam predicta idem Nicolaus ab omni steura regali seu exaccione uel vexacione qualicumque exempta ad vite sue terminum Jure plenario libere possidebit, Eodem vero Nicolao mortuo omnia bona predicta videlicet laneum cum dimidio in Odrowicz duarum marcarum reditus in Molendino apud Znoymam sub lapide sito, Ac vineam in monte Comitis sitam, que rex dicitur, eisdem condicionibus quibus

predictus Nicolaus possedit huiusmodi pitancia nostri Conuentus prefati (sic) suscipiet perpetue possidenda, In cuius rei testimonium Sigillorum nostrorum appensione roborari fecimus presens scriptum, datum in Monasterio nostro Lucensi predicto Anno domini M°. CCC°. XXII°. sexto Kalendas Aprilis.

Ad euidenciam igitur predictorum pleniorem Nos Gerhardus Abbas in Monte Syon, Hermannus Abbas in Zabrdowicz, Jacobus prepositus in Cunycz Sigilla nostra presentibus decreuimus apponenda.

(Nach einem Notariats-Instrumente vom J. 1422, dessen Orig. im Archive desselben Klosters Lit. K. n. 7. im mähr. ständ. Landesarchive sich befindet.)

210.

König Johann von Böhmen befreit zwanzig zur Stadt Löbau gehörige Morgen Landes von allen Abgaben. Dt. Pragae IV. Kalend. Augusti (29. Juli) 1322.

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. p. 188. n. CXXVIII. nach dem Orig. im Löbauer Rathsarchive.)

211.

König Johann von Böhmen erhebt das Dorf Fratting zu einem Markte. Dto. Pragae III. Nonas Novembris (3. Novemb.) 1323.

Johannes. dei gracia, Boemie, et Polonie Rex, ac Lucemburgensis Comes. Omnibus inperpetuum. Opus egregium, in nobis clemencia suggerente perficimus, cum Regni nostri commoditatibus, ac profectibus inuigilamus, et insistimus diligenter. Ea propter vt villani nostri, in villa nostra vreting continuis proficiant incrementis. volumus, et instituimus, quod ipsa villa nostra vreting, Oppidum forense, sev locus forensis esse debeat. Quodque ibidem in antea inperpetuum feria Quarta cuiuslibet septimane, forum, cum Juribus, vtilitatibus, que, in locis forensibus in terra nostra Morauie haberi consueuerunt, obseruetur, et pro vendendis, sev emendis Mercibus, ac alijs rebus quibuscumque, quibus homines, pro suis necessitatibus, vti solent, ab omnibus, et singulis possit, et debeat frequentari. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri, et Sigillo, quo, ad presens vtimur, iussimus communiri. Datum Prage. III°. Non. Nouembris. Anno domini. Millesimo C°C°C°. vicesimo secundo. Regnorum vero nostrorum. Anno duodecimo.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

212.

König Johann von Böhmen bestätigt dem Kloster Marienthal jene zehn Mark Zins, welche Heinrich von Lipa aus Anlass des Eintrittes seiner Tochter in das Kloster als Ausstattung in Olbersdorf aussetzte. Dto. Pragae, XVI. Kalend. Septembris (17. Aug.) 1323.

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. p. 190. n. CXXX. — Carpzows Ehrentempel I. 345. — Knauth Ehrentempel zu Marienthal. 16.)

213.

König Johann von Böhmen bestimmt, dass die Bürger zu Camenz von allen im Budissiner Lande zu zahlenden Mauthen frei sein sollen. Dt. Pragae, XI. Kalend. Septembr. (22. Aug.) 1323.

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. p. 191. n. CXXXI. nach einem Vidimus vom J. 1530. — Lausitzische Monatsschrift 1795. I. 138.)

214.

Bischof Konrad von Olmütz verleiht dem Brániš und dessen Erben das Gericht in dem Dorfe Chrástawa mit allem Zubehör und mit allen Rechten. Dto. Brzyzawiae, VIII. Kalendas Septembris (25. Aug.) 1323.

Nos Conradus dej gratia Episcopus Olomucensis recognoscimus et notum facimus universis tam praesentibus quam futuris quod sperantes bona in villa nostra Chrastawa sita apud oppidum nostrum Brzyzawia per circum spectionem discreti viri Branischii exibitoris praesentium nobis multipliciter comendati posse proficere suis seruiciis que nobis et Ecclesie nostrae a retroactis usque in praesens pro posse suo exibuit et ut ante ea potitur (?) exhibere, Nihilominus recensitis sibi et heredibus suis Sudicuim in ipsa Villa Chrastawa cum omnibus suis pertinenciis et iuribus sic quidem de culpis etc. (?) ipso iudicio emergentibus, tercium denarium percipiet eo iure quo quique sui antecessores dictum tenuerunt judicium dedimus et contulimus damusque et conferimus per praesentes quos in praemissorum testimonium ad rej sempiternam memoriam sibi dedimus sigilli nostri appensione munitas Dat. Brzyzawiae Anno domini millesimo trecentesimo uigesimo tertio octavo Kal. septembris.

(Nach der Confirm. Urkunde ddo. Brünn am Dienstage nach Invocavit (13. Febr.) 1448 in dem handschr. Cod. „Liber G. privilegiorum concessorum variis subditis eccles. Olom. S. 59. des fürsterzbischöflichen Archives zu Kremsier, mitgetheilt vom dortigen Archivar H. Eduard v. Mayer.)

215.

Königs Johann von Böhmen Uebereinkunft mit den Herzogen Albrecht, Heinrich und Otto von Oesterreich, wie die Schäden, welche ihnen aus seinen Ländern zugefügt worden, vergütet werden sollen. Dto. Göding an der March, 18. Septemb. 1323.

(Lichnowsky III. Bd. S. CCCLXXXVI. n. 623. — Orig. im k. k. geh. Archive zu Wien.)

216.

Königs Johann von Böhmen und Polen Bündniss mit den Herzogen Albrecht, Heinrich und Otto von Oesterreich, wodurch er zwar 200 Schwerbewaffnete de singulis alienis terris dem Könige Ludwig, während des Streites dieser Herzoge mit demselben, zuführen,

aber ihm vom Königreich Böhmen und dem Lande Mähren keine Hülfe gewähren wird. Dto. Göding an der March, 18. Septemb. 1323.

(Lichnowsky III. Bd. S. CCCLXXXVI. n. 624. — Kurz Friedrich d. Schöne. 479. — Fröhlich D. S. D. St. I. 270.)

217.

König Johann von Böhmen gibt dem Heinrich von Lipa im Tauschwege für das Gut Tachau die in Mähren gelegenen Güter Frain und Gewitsch mit den dazu gehörigen Dörfern. Dto. Pragae, IV. Kalend. Octobris (28. Sept.) 1323.

Nos Johannes . dei gracia Boemie . et Polonie Rex, ac Lucemburgensis, Comes . ad vniuersorum, tam presentis etatis Hominum, quam future, noticiam, volumus peruenire, Quod nos cum, fidelibus, et Consiliariis Regni nostri, Habentes de ipsius, Regni, nostri . vtilitatibus cum matura, deliberacione tractatum vtile, nimis et fructuosum, nobis et ipsi . Regno nostro . cognouimus, vt bona in Tachow . fidelis nostri . Dilecti, Henrici de Lipa, Summi Marschalli, Regni nostri Boemie, cum Juribus et pertinenciis suis, nobis et Regni nostri, proprietati, et Dominio iungeremus. Habitis ergo inter nos, et . ipsum, Henricum, de Lipa, diuersis, super eorundem, bonorum cessione, nobis facienda, tractatibus, ad hoc . cum ipso. Heinrico, deuenimus. Quod ex vero . et voluntario, tam . ex nostra, quam ex . ipsius, Heinrici parte . permutacionis, contractu. Nos ipsi Heinrico et heredibus suis, pro bonis, suis predictis, in Tachow . Castrum nostrum, Vren, in Morauia situm, cum Oppido vren, et villis, Schephow, Petryn, et iterum Petryn, Jeswicz, Lenczow . Pomocz . Vreschow, Cysow, Breczowicz, Czehen, Otozlawicz, Vneschow, et Crymow . ac allodio, appholdern, cum agris, Pratis, Siluis, Nemoribus, venacionibus, aquis et aquarum decursibus, Piscacionibus, Molendinis allodiis, Dominio, vasallis, et specialiter Jure patronatus Ecclesiarum ibidem intercluso, ac generaliter cum omnibus Juribus, et suis pertinencijs vniuersis, Nec non Oppidum . nostrum. Jewizkam . cum villis . Chornicz, vrolichs. Alberndorf, Arnoltsdorf, Ernstendorf, et Hartungsdorf, cum Dominio, . Jure Jurisdicione, Hominibus vasallis, Pratis Pascuis, Piscacionibus, Molendinis, Allodiis, Montibus, Planis, Agris, Cultis, et incultis, Rubetis, Siluis, Nemoribus, Aquis et aquarum decursibus, et specialiter Jure patronatus Ecclesiarum ibidem intercluso. et generaliter cum omnibus illis, cum quibus Diue memorie . predecessores nostri, quondam Reges, Boemie . predictum Castrum, Vren, atque ipsum. Oppidum, Jewizkam cum vniuersis, eorum pertinenciis, predictis tenuerunt, et nos tenuimus usque modo, Jure hereditario, et imperpetuum, contulimus, sibique liberaliter cessimus, de eisdem. Renunciantes, pro nobis Heredibus, et successoribus nostris Regibus Boemie, omni Juri, accioni, Dominio, et proprietati, quibus premissa, per nos, heredes et successores, nostros predictos, impugnari . vel reuocari, possent, imposterum, quoquomodo, Huius autem permutacionis sunt Testes, de quorum Consilio, per nos ipsa permutacio est facta, venerabilis, Conradus, Olomucensis Episcopus, Illustris, Nycolaus Dux Oppauie, Principes nostri Dilecti, Necnon, fideles, nostri,

Albertus, de Fridlant, Summus Regni nostri Boemie, Camerarius, vlricus de Riczano, Judex, Terre, Heymannus dictus Berca de Duba Purchrauius Pragensis, Petrus de Rosenberch, Wilhelmus, de Landstein, Wotko de Crawar, Thymo de Coldicz, Bernhardus de Cynnenburch, Johannes de Mezirschicz, Camerarius, Brunnensis, et Znoymensis, Dywischius, de Sternberch, wzneta, de Lomnicz, Potho de Wildenberch, et vlricus dictus Pfluk, Magister Curie nostre, In cuius rei testimonium, et ipsius Heinrici, Heredum, ac succesorum suorum Cautelam perpetuam, presentes litteras, exinde fieri, et sigillo nostro maiori iussimus, communiri, Datum Prage, iiij. Kalend. Octobris Anno domini Millesim, CCC^{mo}. vigesimo Tercio.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. — dessen Sigill abgerissen ist — im k. k. Hofarchive zu Wien.)

218.

König Johann von Böhmen bestätigt das dem Heinrich von Lipa den 3. Septemb. 1319 verliehene Privilegium bezüglich des Tausches der Stadt und des Bezirkes von Zittau für den Markt Hosterlitz und das Dorf Nispitz. Dto. Pragae, II. Kalend. Octobris (30. Septemb.) 1323.

Johannes. dei gracia. Boemie. et Polonie Rex et Lucemburgensis Comes, vniuersis ad quos presentes peruenerint, imperpetuum, Bene novit maiestas Regia, presencia queque disponere, futuris eciam sic prouidere negociis, vt tamen dispendijs preterita non commendet, sed gesta retroactis Curriculis temporum innouando et approbando sua consueuit, auctoritate firmare, Sane libertatum, et Priuilegiorum indulta non nulla, fidelis nostri Dilecti Heinrici. de Lipa, Summi Marschalci Regni Boemie. nos dedisse recolimus, ex quibus tenor cuiusdam per omnia dinoscitur, esse talis, Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex ac Lucemburgensis Comes etc. usque ad Datum Prage per manus venerabilis Johannis wissegradensis Ecclesie Prepositi Cancellarij Regni Boemie Principis nostri Dilecti. III°. Nonas Septembris, Anno domini Millesimo, Trecentesimo, Decimo nono, Regnorum vero nostrorum Anno Nono. (Vide T. VI. S. 391. n. XXII.) Nos igitur ex nobis innata Clemencia fauorabiliter eiusdem Heinrici de Lipa precibus annuentes prescriptum Priuilegium, cum vniuersis et singulis suis Clausulis ac contentis in ipso. Ratificamus. Innouamus approbamus, et ex certa nostra sciencia confirmamus, Decernendo idem Priuilegium Robur Plenum, et firmitatem perpetuam obtinere. In quorum euidenciam et memoriam futurorum, has Sibi litteras dedimus, sigilli nostri maioris robore communitas. Datum Prage II°. Kalend. Octobris Anno Domini Millesimo Trecentesimo vigesimo tercio.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

219.

König Johann von Böhmen bestätigt den dem Heinrich von Lipa am 31. August 1319 verliehenen Brief bezüglich des Tausches der Dörfer Chunicz, Longa villa und Menckowicz für die Stadt und den Bezirk von Zittau etc. Dto. Pragae, II. Kalend. Octobris (30. Septemb.) 1323.

Johannes dei gracia, Boemie et Polonie Rex, et Lucemburgensis Comes, uniuersis ad quos presentes peruenirint imperpetuum, Bene nouit Maiestas Regia, presencia queque disponere, futuris eciam, sic prouidere negocijs, vt tamen dispendijs preterita, non commendet, Sed gesta retroactis curriculis temporum, innouando et approbando, sua consueuit auctoritate firmare. Sane libertatum, et Priuilegiorum indulta nonnulla, fidelis nostri Dilecti, Henrici de Lipa, Summi Marschalli Regni Boemie, nos dedisse recolimus, ex quibus tenor cuiusdam per omnia dinoscitur esse talis. Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex, et Lucemburgensis Comes. Ad vniuersorum tam presentis Etatis hominum, quam future noticiam volumus peruenire, Quod nos de maturo, et communi, Principum. Baronum, ac Prelatorum, et Nobilium Regni nostri Boemie, consilio, nec non deliberatione prouida et solempni tractatu, prehabitis, vtilitatem et commodum nostrum, et heredum nostrorum, ac precipue ipsius Regni nostri, propter quedam futura, que nobis in ipso Regno nostro potuissent et poterant suboriri, dispendia, euidencius cognoscentes, Cupientesque condicionem ipsius Regni nostri facere meliorem, villam nostram Chunicz, cum villis, Longa villa, et duabus, que dicuntur Menckowitz, dominio Jure Jurisdicione, hominibus, Pratis, Pascuis, Piscacionibus, Molendinis, Montibus, planis, Agris, Cultis et incultis, Rubetis. Siluis, aquis, aquarumue decursibus, et generaliter cum omnibus illis, cum quibus diue Memorie, Predecessores nostri, Reges Boemie Illustres, villam ipsam, cum villis predictis, tenuerunt, et nos tenuimus vsque modo, additis eciam alijs Bonis nostris, super quibus similiter, nostras dedimus litteras speciales. Cum fideli nostro Heinrico de Lipa pro Ciuitate et Districtu, Sytauiensi, Castris, Ronnow, Oywins. et Schqmbuch, villis, Juribus, dominio Pheodalibus hominibus, et eorum pertinencijs vniuersis, et generaliter cum eis, cum quibus. ipse huiusmodi vsque nunc tenuit, et possedit, ex certa nostra sciencia, nostro, Heredum, ac Successorum nostrorum nomine, commutauimus, et permutamus, et commutando in concambium, damus et dedimus, tradidimus, et tradimus per ipsum Heinricum, et heredes, ac Successores suos possidendam Jure hereditario, perpetuo, et tenendam Transferentes in ipsum Henricum Heredes, ac Successores suos, omne dominium, omnem proprietatem, et omnia Jura, que nobis heredibus, ac Successoribus nostris, in predicta villa, et villis predictis, cum eorum pertinencijs vniuersis, competunt, aut possent competere aliqualiter in futurum, Taliter, quod ipse Henricus, Heredes, ac Successores sui, villam, et villas, predictas, vendere, alienare, in totum, vel in parte, et de ipsis tamquam de re sua propria possint disponere, pro sue libito voluntatis, Renunccianteſ, expresse, et ex certa nostra sciencia, nostro heredum, ac Successorum nostrorum nomine, In integrum restitutioni, de dolo, et in factum accioni, decepcioni, vltra dimidium iusti precii, et omni alio Juris auxilio, quo iuuari possemus, ad

non tenendum, vel non obseruandum, omnia predicta, vel aliquod ex eisdem, In cuius rei testimonium presentes litteras fieri, et Sigillis nostre Maiestatis, iussimus communiri, Datum Prage, per Manus Venerabilis, Johannis Wissegradensis Ecclesie prepositi, Cancellarij Regni Boemie, Principis nostri dilecti, 4° Kalendas Septembr., anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Nonodecimo Regnorum vero nostrorum Anno, Nono. Nos igitur ex nobis innata Clemencia fauorabiliter eiusdem Heinrici de Lipa, precibus annuentes, prescriptum Priuilegium, cum vniuersis, et singulis suis clausulis ac contentis in ipso, Ratificamus, Innouamus, approbamus et ex certa nostra sciencia, confirmamus, Decernendo idem Priuilegium robur plenum, et firmitatem perpetuam, obtinere, In quorum euidenciam et memoriam futurorum, Has sibi litteras dedimus Sigilli nostri maioris robore, communitas, Datum, Prage II° Kalend. Octobr. Anno Domini Millesimo, Trecentesimo. vigesimo Tercio.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

220.

König Johann von Böhmen bestätigt das dem Heinrich von Lipa am 19. December 1323 verliehene Privilegium bezüglich des Tausches der Veste Lipnic mit den dazu gehörigen Dörfern für die Stadt und Bezirk von Zittau etc. Dto. Pragae Kalendis Octobris (1. Oktobr.) 1323.

Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex. et Lucemburgensis Comes. vniuersis, ad quos presentes peruenerint. imperpetuum. Bene nouit maiestas Regia presencia queque disponere, futuris eciam fic prouidere negocijs, vt tamen dispendijs preterita non commendet. sed gesta retroactis curriculis temporum innouando. et approbando, sua consueuit auctoritate firmare. Sane libertatum et Priuilegiorum indulta non nulla, fidelis nostri Dilecti. Heinrici de Lipa Summi, Marschalli Regni Boemie nos dedisse recolimus, ex quibus tenor, cuiusdam per omnia dinoscitur esse talis, Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex ac Lucemburgensis Comes. ad vniuersorum tam presentis etatis Hominum, quam future noticiam volumus peruenire. Quod nos de maturo et Communi, Principum. Baronum, ac Prelatorum, et Nobilium Regni nostri Boemie Consilio, nec non deliberacione prouida, et solempni tractatu prehabitis. vtilitatem et Commodum nostrum. et Heredum nostrorum, ac precipue ipsius Regni nostri. propter quedam futura, que nobis in ipso Regno nostro. potuissent et poterant suboriri, dispendia, euidencius cognoscentes: Cupientesque condicionem ipsius Regni nostri facere meliorem, Castrum Lipnicz, de quo nobis, fidelis noster, Fridericus, de Czachowicz, pro filijs quondam Rzechnikonis, quorum. bona omnia, ex certis, et Racionabilibus causis et Culpis eorum manifestis. per Baronum et Nobilium dicti Regni nostri. veram et iustam, sentenciam. nobis adiudicata fuerunt. vt per hoc eos. et bona eorum. que nunc tenent. a culpis, et. sentencia. huiusmodi absolueret, sponte cessit et illud libere Resignauit, cum villis. Dominio, Jure Jurisdicione, Hominibus. Pratis. Pascuis. Piscacionibus. Molendinis. Montibus, Planis, agris Cultis, et incultis Rubetis siluis venacionibus, aquis aqua-

rumve decursibus, specialiter Jure patronatus, Ecclesiarum, ibidem intercluso, et generaliter cum omnibus illis, cum quibus dictus Fridericus, et ante eum, fidelis noster Remundus de Luchtenburch, et sui predecessores tenuerunt. additis eciam. alijs bonis nostris, super quibus. similiter nostras dedimus litteras speciales. Cum fideli nostro Dilecto, Heinrico de Lipa, pro Ciuitate, et Districtu Sytauiensi, Castris Ronnow Oywius, et Schônbuch, villis Juribus. Dominio. Pheudalibus Hominibus. et eorum pertinencijs vniuersis. et generaliter cum omnibus eis, cum quibus ipse. huiusmodi. vsque nunc tenuit et possedit, Ex certa nostra sciencia. nostro, Heredum, ac successorum nostrorum nomine, Commutamus et permutamus, et commutando in Concambium damus et dedimus, tradidimus. et. tradimus. per ipsum. Heinricum et Heredes, ac successores suos. possidendum. Jure hereditario, perpetuo et tenendum, Taliter quod ipse Heinricus heredes, ac successores sui Castrum et bona predicta. vendere, alienare in totum vel in parte. et de ipsis tamquam de re sua propria possint disponere pro sue libito voluntatis. Promittentes sincere nostro. Heredum, ac successorum nostrorum nomine. dicto Heinrico de Lipa et eius heredibus, ac suis successoribus. ipsum. Castrum. Lipnicz cum omnibus Juribus et pertinencijs suis predictis, semper ab omni Homine, defendere. et presertim a predicto Friderico, de Czachowicz et eius Heredibus, ac a fratre et Consangwineis. et amicis suis, nec non. a quibuslibet. alijs impetentibus, seu impetere volentibus coram quocumque Judice. Ecclesiastico vel seculari, et in quocumque Judicio vel extra Judicium Jure Terre, et alio quocumque Jure, tam Canonico, quam Ciuili legitime defensare, ac sine Ipsius Heinrici de Lipa, Heredum, ac successorum suorum, Dampnis, et Expensis, in toto. et in parte. qualibet, disbrigare. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri. et sigillis, maiestatis nostre, iussimus communiri. Datum Prage, per manus, venerabilis, Johannis, Wissegradensis, Ecclesie Prepositi. Regni Boemie Cancellarij, Principis nostri. Dilecti. xiiij Kalend. Januarij. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonodecimo, Regnorum vero nostrorum anno, Nono. Nos igitur ex nobis innata Clemencia, fauorabiliter eiusdem Heinrici de Lipa· precibus. annuentes. prescriptum Priuilegium. cum vniuersis et singulis suis Clausulis, ac contentis in ipso Ratificamus innouamus. approbamus. et ex certa nostra sciencia. confirmamus decernendo idem Priuilegium. Robur plenum et firmitatem. perpetuam obtinere. In quorum euidenciam. et memoriam futurorum has sibi litteras dedimus. sigilli nostri maioris robore communitas. Datum. Prage. Kalend. Octobr. Anno Domini Millesimo Trecentesimo. vigesimo Tercio.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

221.

König Johann von Böhmen bestätigt die dem Heinrich von Lipa am 14. August 1316 verliehene Bewilligung, das Dorf Joslowitz (Jaroslawice) verkaufen zu dürfen. Dto. Pragae Kalendis Octobris (1. Octobr.) 1323.

Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex ac Lucemburgensis Comes. Vniuersis ad quos presentes peruenerint, imperpetuum, Bene nouit maiestas Regia, presencia queque

disponere, futuris eciam sic prouidere negocijs, vt cum dispendijs preterita, non commendet, sed gesta retroactis curriculis temporum, innouando, et approbando, sua consueuit auctoritate firmare, Sane libertatum et Priuilegiorum indulta nonnulla, fidelis nostri dilecti, Henrici de Lipa. Summi Marschalci Regni Boemie, nos dedisse recolimus, ex quibus tenor cuiusdam per omnia dinoscitur esse talis. Nos Johannes dei gracia, Boemie et Polonie Rex, ac Lucemburgensis Comes, Recognoscimus, Quod nos Dilecto fideli nostro Heinrico de Lipa, de certa nostra Sciencia fauemus, quod villam suam Jarozlawicz, sitam in Terra Morauie, vendere et alienare potest. cuicunque sue placuerit voluntati. Promittentes sincere eandem villam, vna cum eo, defensare et disbrigare, a quolibet impetente, In cuius rei testimonium presentes litteras fieri. et Sigillis nostre maiestatis iussimus communiri, Datum Prage. XVIIII° Kalend. Septembris. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sextodecimo. Regnorum vero nostrorum Anno Sexto. Nos igitur ex nobis innata clemencia fauorabiliter eiusdem Henrici de Lipa. precibus annuentes, prescriptum Priuilegium, cum vniuersis et singulis suis clausulis, ac contentis in ipso. Ratificamus, Innouamus, approbamus, et ex certa nostra sciencia confirmamus, Decernendo idem Priuilegium robur plenum et firmitatem perpetuam obtinere, In quorum euidenciam, et memoriam futurorum, has Sibi litteras dedimus, Sigilli nostri maioris robore communitas. Datum Prage Kalend. Octobris, anno Domini Millesimo, Trecentesimo vigesimo Tercio. —

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives in Wien.)

222.

Herzog Leopold von Oesterreich entsaget allen Rechten, die ihm auf das Königreich Böhmen und die Markgrafschaft Mähren zustehen könnten. Dto. In Bruka, die domin. qua cantatur Esto mihi. (26. Febr.) 1324.

Nos Leopoldvs, D. G. Dux Austriae et Stiriae, ad universorum notitiam tenore praesentium cupimus devenire: Quod, quia mediante Illustri Principe, D. Carolo Hungariae Rege, Fratre nostro charissimo, inter Magnificum Principem D. Johannem Bohemiae et Poloniae Regem, ac Comitem Lucemburgensem, et Nos ac Illustres Principes, Duces Austriae et Stiriae, Fratres nostros charissimos, super omnibus discordiis, litibus, et controversiis, quae hinc inde vertebantur, compositio amicabilis et firma concordia intervenit; sponte et libere, et ex maturo et deliberato consilio, nostro et haeredum nostrorum nomine, renunciamus omni juri, omnique actioni et quaestioni, quod vel quae in Regno Bohemiae vel Marchionatu seu terra Moraviae, in toto vel in parte, exquacunque caussa, quocunque jure vel titulo aut modo, nobis et haeredibus nostris competebant hactenus, competeret in praesenti, vel posset quomodo libet competere in futurum, et nihil juris vel actionis fatemur in eisdem, dicimus et recognoscimus, nos habere; et si quid juris vel actionis habuissemus vel habere potuissemus in ipsis, de hoc spontanea et libera voluntate nostra, et etiam

maturo et deliberato consilio praehabito super hoc saepius cum Baronibus et Nobilibus nostris, totaliter concessimus et concedimus D. Regi Bohemiae ante dicto ita, quod nunquam sibi, vel Haeredibus aut successoribus suis, de hoc aliquam brigam movebimus, nec aliquam quaestionem. Imo potius ipsum Dominum Regem Bohemiae et Haeredes et successores suos, de eo semper quietos stare et pacificos, promittemus; Promittentes sub corporali praestito juramento, et omni fraude ac dolo exclusis, ipsi Domino Regi Bohemiae omnes literas omniaque privilegia et instrumenta quae habemus seu habere dignoscimur, sub quibuscunque formis seu tenoribus verborum, super quibuscunque concessionibus et donationibus, obligationibus, vel aliis quibuscunque modis ac contractibus, nobis et haeredibus nostris, per quascunque personas, cujuscunque status, conditionis, vel praeëminentiae extiterint, etiamsi Imperiali vel Regali praefulserint dignitate, et per D. Regem Bohemiae, de Regno ipso Bohemiae, vel Marchionatu Moraviae, vel aliqua parte ipsorum factis, statim sibi resignare, et in suam tradere potestatem, sic quod nullam de ipsis literis seu privilegiis nobis unquam reservabimus vel retinebimus quoquo modo: et nihilominus cassantes, annullantes et irritantes, ac cassas, nullas, et irritas decernentes et esse volentes hujusmodi literas et privilegia et instrumenta, ita quod nunquam nobis vel haeredibus nostris aliquid juris, utilitatis, commodi vel honoris, in judicio vel extra judicium, alicujus roboris obtineant firmitatem, nec etiam nobis afferant, vel conferant, aut afferre vel conferre possint, aliqualiter ullo tempore suffragari, nec non a nobis et haeredibus nostris astrinxerunt, et pro quibus nos, vel ipsorum aliquos, vel aliquem, nos vel haeredes nostri possemus quocunque modo impetere vel movere, etiam per quae possemus, quomodo libet nobis vel haeredibus nostris, sibi vel nobis, in regno Bohemiae et terra Moraviae, vel aliqua parte ipsorum, jus aliquod vendicare. Caeterum promittimus sub debito praestiti juramenti, et sine omnis doli et fraudis admixtione, procurare fideliter et efficere cum affectu, quod frater noster, Dominus Fridericus, Dux Austriae, postquam a captivitate dimissus fuerit, intra duos menses immediate sequentes, rata et firma habebit omnia et singula supradicta, et nihilominus super his omnibus per eum inviolabiliter observandis et plenarie adimplendis, suas speciales consimiles et patentes literas, suo sigillatas sigillo dabit D. Regi Bohemiae antedicto, et nihilominus jurabit tactis sacrosanctis Evangeliis corporaliter omnia et singula supradicta, omni fraude et dolo semotis, perpetuis temporibus tenere firmiter et servare. Praemissa autem omnia et singula, prout superius exprimuntur, promittimus sub virtute praestiti juramenti, et etiam omni fraude et dolo exclusis, semper tenere ac habere ac inviolabiliter observare, et contra ea vel eorum aliquod, ullo unquam tempore, de jure aut facto non facere nec venire; renunciantes sponte et expresse in his omnibus et singulis, nostro et haeredum nostrorum nomine, exceptione doli mali, et in factum actioni, beneficio restitutionis in integrum, constitutioni et consuetudini cuilibet in omnibus literis Apostolicis, et aliis ab Imperatoribus seu Regibus Romanorum, vel ab aliis quibuscunque nobis concessis vel concedendis, omnique Juris tam Canonici quam Civilis auxilio, quod et contra praemissa vel eorum aliquod possent nobis aut nostris haeredibus, quocunque modo vel tempore, in aliquo suffragari. In quorum omnium testimonium et robur perpetuo valiturum literas praesentes

nostro sigillo fecimus communiri. Datum in Bruka, die Dominica, qua cantatur Esto mihi, Anno Domini M. CCC. XXIV.

(Abgedruckt bei Goldast in appendice documentorum S. 47 ad Comment. de regni Boh. etc. juribus et privilegiis. Vergl. h. o. T. VI. S. 193. n. CCLVI.)

223.

Die Königin Elisabeth von Böhmen stiftet in Komein eine eigene Pfarrkirche. Dto. Brune, dominica, qua canitur Quasimodo geniti (22. April) 1324.

Nos Elisabeth...principum dominorum Wenceslai et Rudolphi Boemie et Polonie quondam regum relicta...protestamur, quod villani et incole ville Cumein a prima fundacione et plantacione ipsius ville ibidem ecclesia canuerunt recipientes a parochia sua videlicet ab ecclesia s. Marie in antiqua Bruna, que longe distabat sacramenta propter quam eciam distanciam in egrotis et debilibus negligencia reprehensibilis crebrius agebatur, nam quando aliquem ipsius ville pauperem contigit egrotare, priusquam nuncius presbyterum... aduocaret, ipse infirmus absque omni percepcione sacramenti animam exhalauit"...(id animadvertentes incolae) „ad nos tamquam ad patronam suam unanimiter accesserunt, obsecnantes nos, ut in remissionem nostrorum peccaminum ad tantam negligenciam sopiendam ibidem in Cumein ecclesiam construere dignaremur, quorum uotis...annuentes ecclesiam ibi construere prouidimus nostris propriis sumptibus. Ut autem plebanus dicte uille oppulencius ualeat sustentari, prefati uillani, qui prius racione decime de quolibet laneo cenum capete tritici duo siliginis et unum auene soluere (?) consueuerant, modo sponte et libera uoluntate...se ad integram decimam dictorum trium granorum soluendum uidelicet tritici siliginis et auene et non amplius obligarunt. Super quo" etc. etc....Datum Brune, ao. di. 1324 „dominica qua canitur quasi modo geniti".

(Nach einer Abschrift im Inventare der Pfarre Komein, mitgetheilt von Dr. Gregor Wolný.)

224.

Heinrich von Kärnthen schliesset einen Freundschaftsbund mit König Johann von Böhmen, und erkläret, eine seiner Töchter einem der Söhne des Königs zur Frau zu geben und bestimmt das Heirathsgut für dieselbe. Dto. ante montem Silicem (bei Munzilles) die lunae post Petri et Pauli (2. Juli) 1324.

Wir H. etc. veriehen etc. daz wir ze rat worden sein mit vnsern friunden vnd dienern, einer ewigen friuntschaft mit vnserm Swager dem edlen. Graf. Joh. von Lutzelburch vnd besunderlich nemen wellen ze einer elichen Hausfrawn, frawn Beatrix. die geborn ist. von Prabant vnd von Luzelburch, vf sand Gallen tak der naehst chumpt ob man vns si geit, vnd antwort gen Inspruk, als sein Hantfest sait, di wir dar vber haben, vnd suln auch vnserr töhter einiv di er genimpt elichen geben einem seinem sun, den er hat

an Hausvrawe, end geben enserr tohter di vnsers Swagers sun da nimpt, daz nider Lant ze Chernden end Chrayn. vnd di Marche gar end gaenzlich in dem reht als wir. si inne haben. Wir suln auch daz zu pringen daz di Lantherren in Chernden, vnd die Stet, enserm Swager huldigen, zu der Chind hant. Wer aber daz wir süne gewinnen, so soll daz gemacht ab sein, vnd soll vnser tohter erben, als ein ander vnser tohter, ez sei an Herzentum, oder an Grafshaft, oder ob si von töden iht an geuiel, daz sol si auch erben, nah landez reht. Als sitlich vnd gwonlich dann in dem lande ist. vnd wer aber daz wir niht enwern end niht Sün liezzen, dez Got niht enwelle, so sol si di vorgenn lant erben, vnd swaz si durch reht mer erben sol, an der Grafshaft ze Tirol, als ein ander vnser tohter durchreht erbt, vnd wer daz wir niht enwern vnd abgiengen, vnd auch vnserw chinde ze iren tagen niht chomen wern, so sol vnser Swager vnserr chinde Gerhab vnd fürmunt sein als lang vntz daz si ze iren tagen chomen, Daz selb suln wir hin wider seiner chinde sein, in dem selben reht, di weil aber wir paide leben so suln wir vnserr Lande end laeut selber herr vnd gwaltich sein, wir veriehen auch mer, daz wir vnser Hausfrawn frawn Beatrix weisen vnd berihten suln, in der Grafshaft ze Tirol mit vesten, vnd mit vrbor. vnd mit gewisser gült. X Tausent M. Meraner münzze. vnd der selben münzz. XX Tausent Mrk. ze widerlegunge, vnd auch ir morgengab in demselben reht, wir veriehen auch ob vnser vorg. Hausfrawe sturb an erben, dez Got niht geb. so suln di zehen Tausent M. vnserm vorg. Swager vnd sein erben widen an geuallen. Aber die XX. Tausent. M. ir widerlegung vnd ir Leipgedinge di suln vns, vnd vnser erben wider an geuallen mit irr morgengab mag si tun vnd shaffen swaz si wil, wir suln auch dez gepunden sein, swen die chinde ze iren tagen choment daz si dann zueinander gelegt werden, oder vormaln ob wir sein vberain vnd ze rat werden, vnd ob wir in der frist niht wern dez Got niht geb. su suln wir e ze erchenen geben, welh vnser friunde vnd diener di sache an vnserr stat volführen . vnd volenden . als vor geschriben stet . vnd suln daz tun, so wir naehst zu einander chomen. Vnd ob wir niht erwern so suln vnser friunde vnd diener den ez enpholhen ist von vnsern wegen gwalt haben, ze vordern an vnsern Swager von Böhmen, vnd an die, den ez auch von seinen wegen enpholhen ist, ze volfürn vnd ze enden. Wir suln auch gen Inspruk pringen vf den tach da di hohzeit sein sol. alle die. der vnser Swager von Böhmen bedorf zu der gewishait vnd zu der bestaetigunge, vnd daz sol auch er her widertun. . vnd swen wir vf den tach nicht gehaben möchten an all arglist, so suln wir bi vnsern trewn, an einander verhaizzen, daz wir si zueinander pringen vf einen andern tach. . . Er sol auch seinen Rat senden in aller vnsren Lande. . vmb die huld in ze nemen, . . Wir veriehen auch dez vber daz vorgen. gut daz vns vnser Swager verschriben hat mit seinen Hantfesten, swaz dez nimmer ist, dann vnser poten geuordert habent, vnd ymb den grozzon schaden, den wir von im vnd von den Land ze Pehaim genomen haben, swaz dar vmb gesprichet der hochwirdig fürst her Paldwin Erzbishof ze Trier vnser Swager, vnd vnser Herr. Bischof. H. von Trient, dez verpinden wir vns gar vnd gaenszlich hinder si, wir veriehen auch swenn daz ist, daz vns allez daz wideruert vnd vergwisset wirt als di hantfest sprechent di wir dar vber haben von vnserm Swager,

end ze einem ende praht wirt, gar vnd gaenzlich, so suln wir vns verzeihen, aller der reht, vnd ansprach die wir heten vnd gehaben mohten von vnserr saeligen wirtien frauwn, Annen. den wir von vnserm Swager vnd von dem Land ze Pehaim genommen haben, dez verzeihen wir vns auch, aud ob wir iht brief hieten, vmb die vorg. reht vnd ansprach di suln wir im widergeben, vnd sulnt auch fürbaz chain chraft haben etc. Datum ante Montem Silicem A. D. M. CCC. XX. IIII. die Lune post Petri et Pauli.

(Abgedruckt in der Zeitschrift für Tirol und Vorarlberg III. B. S. 127 aus einem gleichzeitigen Regestenbuche des Innsbrucker Archives.)

225.

Hermann, Brünner Canonicus und Nutzniesser der Mönitzer Präbende, vermachet dem Mönitzer Curaten Niklas und dem Vikar bei St. Peter sein in Brünn erkauftes und neuhergestelltes Haus. Dt. in vigilia b. Matthaei apostoli. (20. September) 1324.

(Dr. Wolný kirchliche Topographie von Mähren II. Bd. II. Abtheilung, S. 221, Note 2.)

226.

König Johann von Böhmen bestätigt den vom Ulrich, Meister des Prager Kreuzherrenordens-Spitales, geschehenen Verkauf der Stadt Humpolec an den mährischen Landeshauptmann Heinrich von Lipa. Dto. Pragae XIV. Kalend. Aprilis (19. März) 1325.

Nos Johannes dei Gracia Boemie et Polonie Rex, ac Lucemburgensis Comes, Scire volumus inspectores presencium vniversos, Quod quia deuotus noster Dilectus frater Vlricus, Magister, Ordinis Cruciferorum, Hospitalis in Pede Pontis Pragensis, et Conventus ibidem, Bona et Oppidum ipsorum Gumpalds, cum omnibus suis Juribus, proventibus et pertinencijs in quibiscumque rebus consistant, cogente inevitabilis Ordinis, et Domus ipsorum, quam nullo alio modo intervenire poterant, necessitate, fideli nostro Dilecto Henrico de Lypa, Capitaneo, Moravie, et suis heredibus, pro certa quantitate Pecunie, pro qua Bona alia, Ordini et domui ipsorum magis utiliora, de nostro consensu, et ex certa nostra sciencia conpararunt, rite et rationabiliter, cum omni Jure, sicut ad Ordinem, et Domum ipsorum spectabant, iusto vendicionis tytulo tradiderunt, sicut in ipsorum litteris, ipsi Henrico et suis heredibus, super eo datis plenius continetur expressum, Nos huiusmodi vendicionem, de certa nostra sciencia vt premittitur factam, ratam et gratam habentes, ipsam approbamus, ratificamus, et presentis scripti Patrocinio confirmamus Harum quas nostro maiori Sigillo sigillari fecimus, testimonio litterarum, Datum Prage, XIIII. Kalend. aprilis, Anno Domini Millesimo Trecentesimo, vicesimo Quinto.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

227.

König Johann von Böhmen gestattet den Brüdern Bernhard und Mathias, Bürgern von Brünn, den Ankauf eines in Černowic gelegenen Hofes. Dto. Brunne, XI. Kalend. Aprilis (22. März) 1325.

Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex, ac Lucemburgensis Comes, Notum facimus tenore presencium vniuersis, Quod nos ea que dilecti nobis Wernhardus et Mathias fratres, Ciues nostri Brunenses nobis exhibuerunt, et exhibere poterunt seruicia attendentes, Ipsis de liberalitate Regia indulgemus, quod Curiam in villa Schirnawicz sitam, quam quondam Wernhardus Institor, Socer ipsius Mathie, iure hereditario tenuit, et ad ipsam agros ibidem a quibusdam sagittarijs, qui villicos Brunenses, ipsorum agrorum occasione, non nullis seruicijs consueuerunt respicere, iusto conparauit tytulo empcionis, liberam cum suis vtilitatibus vsufructibus agris predictis, et alijs suis pertinencijs quibuscumque ipsi heredes, et successores eorum tenere perpetuo debeant et habere, Ita quod de ipsa Curia, et agris prelibatis cum ceteris suis pertinencijs nulla nobis, heredibus vel successoribus nostris, Capitaneis Moravie, vel eciam villicis Brunensibus, qui nunc sunt, vel qui pro tempore fuerint, specialia et tempore predictorum sagittariorum consuetu fieri seruicia, debeant secuturis temporibus exhibere. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillo nostro iussimus communiri. Datum Brunne XI. Kalend. Aprilis, Anno domini Millesimo Trecentesimo, vicesimo Quinto.

(Das Orig. auf Perg. mit einem ziemlich wohl erhaltenen Doppelsigille im Archive der Abtei Raigern, F. d. II. 2.)

228.

König Johann von Böhmen bestätigt dem Brünner Bürger Mathias den in Černowic angekauften Hof. Dto. in Broda ungaricali, II. Kalend. Aprilis (31. März) 1325.

Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex, ac Lucemburgensis Comes, ad vniuersorum noticiam volumus tenore presencium peruenire, Quod quia Dilectus nobis Mathias, Ciuis noster Brunensis quandam Curiam in Schirnawicz tenet et possidet, quam quondam Wernhardus, Jnstitor, Ciuis Brunensis, socer ipsius, iure hereditario tenuit et possedit, et ad eandem agros, quorumdam Sagittariorum, Regum et Regni Boemie specialium seruitorum, empcionis tytulo conparauit, Nos ad ipsius Mathie et Mauricij ac Wernhardi, fratrum suorum, Ciuium Brunensium, nobis dilectorum grata et accepta nobis exhibita et exhibenda seruicia nostre liberalis munificencie oculos conuertentes, eandem Curiam cum omnibus suis prouentibus, ac pertinencijs prorsus liberam sibi damus, conferimus et donamus tenendam et habendam per eum ac successores suos iure hereditario, ac inperpetuum possidendam. Dantes eis et vnicuique eorum ipsam Curiam vendendi, obligandi permutandi, et in vsus suos tamquam rem propriam conuertendi, vel quit quid aliud eis, vel vnicuique

eorum, melius videbitur, ordinandi, plenariam potestatem. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri, et sigillo nostro iussimus communiri. Datum in Broda vngaricali II. Kalend. Aprilis, Anno domini Millesimo Trecentesimo vicesimo quinto.

(Das Orig. auf Pergam. mit einem gut erhaltenen Doppelsigille im Archive der Abtei Raigern, F. d. II. 1.)

229.

König Johann von Böhmen verkauft ein Erbgut in Dukowan an Heinrich von Lipa. Dto. Pragae, XVI. Kalend. Maji (16. April) 1325.

Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex, ac Lucemburgensis Comes, ad vniuersorum noticiam volumus tenore presencium peruenire, Quod in Dokwan partem hereditatis, seu hereditatem quondam Henrici fratris Hlfchiconis de Dokwan, que, per mortem ipsius Henrici, qui sine heredibus et intestatus decessit, ad nos Jure deuoluta, sigut ipsa nobis per Barones et Kmetones, siue Seniores terre Morauie pridem in generali Judicio terre, siue Tzuda, est adiudicata peruenit, fideli nostro dilecto Henrico de Lypa, ipsius terre nostre Morauie Capitaneo, pro Centum et Quinquaginta marcis grossorum denariorum Pragensium, pagamenti Morauici, Sexaginta quatuor grossos pro marca qualibet computando, quas complete nunc percepimus, rite et racionabiliter vendidimus, Jure hereditario, per ipsum Henricum, et heredes, seu successores suos, libere tenendam et possidendam, vtifruendam, aut vendendam, ac omnino faciendum de ea, in toto vel in parte, tamquam de re eorum propria quitquid eorum fuerit voluntatis, promittentes sincere ipsam hereditatem a quolibet impetente secundum Jus, et consuetudinem terre Morauie, in toto vel in parte, sine expensis, aut dampnis eorum quibuslibet disbrigare, vt autem hec vendicio, per nos, et heredes nostros inuiolabiliter debeat obseruari, presentes litteras scribi, et sigillo nostro maiori iussimus communiri, Datum Prage XVI. Kalen. Maij, Anno domini Millesimo Trecentesimo, vicesimo Quinto.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives in Wien.)

230.

König Johann von Böhmen erklärt vor dem deutschen Könige Ludwig, den Herzog Heinrich von Jauer in Bezug auf die Städte und Schlösser zu Görlitz, Lauban, Sorau und Senftenberg, sowie auf das Land Lausitz, ledig der gegen ihn (Johann) eingegangenen Verbindlichkeiten. Dt. Pragae, VIII. Idus Maji (8. Mai) 1325.

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. p. 194. n. CXXXIV. von einer alten Abschrift aus dem XVI. Jhdte. im Görlitzer Rathsarchive.)

231.

Herzog Nikolaus von Troppau gibt den Bürgern von Troppau, Leobschitz, Jägerndorf und Freudenthal eine besondere Willekur. Dto. zu Troppau, an dem nächsten Sonntage nach S. Vitis tage (16. Juni) 1325.

Wir herczoge Nycolaz von Troppau von der gnaden gotes Tun kunt allen den di disen brif sen oder horen lesen. das wir von vnsern furstelech genaden vnd mit vorbedachtem mute und mit rate unser getrewen diner haben angesen di trewe di wir an vnsern liben burgern von Troppau, von Lubschicz, von Jegerdorf, von Vreudental erfunden han, das wir si begenadet haben. Also das wir si bey allen rechte wollen lasen bleiben, an also vil der groser ungefuc und cric der in unsern steten geweset ist, darumme habe wir in gegeben ein willekur mit rate unser burger, di ist also. Welch werrer einen man zu tode slet also scheinberleich, das di gewissen dabei ist des voytes und der gesworner leute in der stat, di das uf iren eit turven genemen, den totslac sol man richten nach gewissen, dasselbe sol man tun umme kamperwunden und umme lemden und umme alle unzcücht, umme deube, umme raup, umme brant, umme alle vntat, vnd alle leute di sich nicht recht vnd wol gehalden han, mit wissen, die enmugen noch ensullen keinen ouz zcoc haben. Gesche aber einem manne, der sich recht vnd wol gehalden hat, ein vngerete welcher hande das were, der soll bey allem rechte bleiben, Furbaz me so habe wir vnsern liben burgern mit vorbedachtem mute und mit rate ein willekur gegeben, di ist also. hat ein biderman ein kint erzcogen, wirt im daz mit gewalt genumen, der selp schuldige sol keinen vride haben in vnseren steten noch in vnserem lande, man sulle zcu im richten, kumen her enwec, her sol in vnser echte sein ewicleiche, vnd das kint sol von erbeteile vnd von gute seines vaters vnd muter sein gescheiden, an also vil, ob der man erstirbet, so sol das kint wi der treten an sein erbeteil vnd an gut darumme das es wider seinen willen geschen ist. Vber das me, ist das ein juncfrowe oder ein frowe mit willen volget einem manne an ir elter rat, dieselbe juncfrowe oder frowe sol gescheiden sein von erbeteile vnd von gut ires vaters vnd der muter ewigleiche, vnd derselbe man der sol nicht wonen in der stat da ez geschen ist, Vnd wen wir vnsern getrewen burgern zcu gemache vnd vnsern steten zcu eren dise willekur gegeben haben, so wolle wir, das si also gehalden werde, als hi an disem brife geschriben ist. Des habe wir in disen brif daruber gegeben, zcu vrkunde vnd zcu gezceuge und haben dise willekur damit bestetiget und mit vnserm ingesigel Dirre brif ist gegeben zcu Troppau nach vnsers heren geburt tousent jar dreihundert jar in dem fünf und zweinzigisten jar an dem nesten suntage nach Sende Vytis tage.

(Nach dem Orig. im Troppauer Stadtarchive, mitgetheilt von H. Fr. Tiller.)

232.

Bündniss Königs Karl von Hungarn und dessen Kinder mit König Johann von Böhmen, Markgrafen Karl von Mähren und Johann, Herzog von Kärnthen. Dt. In alto castro, die domin. ante Nativitat. b. Mariae Virg. (1. September) 1325.

Nos Carolvs, dei gratia rex Hungariae, memoriae commendantes, tenore praesentium, significamus, quibus expedit uniuersis; quod nos et filios nostros ac heredes heredumque nostrorum successores et regna cum inclito principe, domino Johanne, eadem gratia rege Boemiae illustri et comite Lucemburgensi, fratre nostro carissimo; ac magnificis dominis Carolo, primogenito, marchione Morauiae; et Johanne, duce Corinthiae, filiis eiusdem, ipsorum heredibus, cupientes fraternae dilectionis uinculo uniri et cum ipsis in sinceritatis affectu, indissolubilis amicitiae firma constantia, perpetuo et inuiolabiliter permanere absque omni dolo et dissimulationis fraude, pure et deuote, praesentibus nos obligamus, simul cum Lvdvico nostro primogenito ad sancta dei euangelia corporali praestito iuramento, promittentes, quod nos et filii nostri eorumque heredes dictum dominum Johannem, regem Bohemiae, fratrem nostrum et filios suos praedictos eorumque heredes ac regnum suum Boemiae praedictum, cum terris eiusdem regni contiguis contra omnes et quoslibet homines, cuiusque conditionis, status et honoris existant, exceptis inclitis principibus, dominis Roberto, Iherusalem et Siciliae; ac Cazimiro, Poloniae regibus, nec non filiis et heredibus eorundem et generaliter omnibus proximis, nobis in linea consanguinitatis attinentibus, in Italia et in quibuslibet eius partibus constitutis, uolumus et tenemur perpetuo adiuuare, ita videlicet: quod, si ipse rex et sui heredes extra metas regni sui Bohemiae hostilem processum contra vicinos et confines eorum aduersarios vel eorum alterum habuerint; ex tunc, ad petitionem ipsorum, gentis nostrae armigerae et sagittariae subsidio et auxilio, prout melius poterimus, ipsum, vel filios suos, aut eorundem heredes, cum tota nostra regni Hungariae potentia adiuuare sine fraude et dolo promittimus et debemus. Si autem metas praedicti regni sui Boemiae quispiam eorundem aduersariorum intrauerit; ipsum et filios suos ac eorundem heredes et regnum cum pertinentiis suis contiguis potenter et hostiliter inuasurus; ex tunc nos et filii nostri vel filiorum nostrorum heredes, eundem regem Boemiae, filios suos aut heredes eorum, cum tota nostra regni Hungariae potentia, ad requisitionem suam, filiorum aut heredum suorum, promittimus personaliter et tenebimur adiuuare. Ex conuerso idem frater noster, rex Boemiae, siue in eodem statu et honore regio, quo nunc, extiterit, siue in quemcunque alium eminentiorem statum et honorem feliciter deueniat et abundet cum filiis suis praedictis et heredibus eorum; nos, filios nostros et filiorum nostrorum heredes ac regna nostra, contra omnes et quoslibet homines, cuiuscunque honoris et praeeminentiae titulis praefulgentes, nullo penitus excepto! teneantur et debeant, prout melius poterunt, perpetuo adiuuare; expressione simili mediante: quodsi extra metas regnorum nostrorum processum hostilem contra nostros aduersarios vicinos et confines, nos vel filii nostri aut eorum heredes habuerimus; quod tunc nos, filios nostros et eorum heredes ipse rex Boemiae,

filii sui et filiorum suorum heredes, ad petitionem nostram, gentis eorum armigerae et sagittariae subsidio, sine fraude et dolo, prout melius poterunt, adiuuabunt. Si autem metas regnorum nostrorum quispiam vel quipiam intrauerint, nos uel filios nostros aut eorum heredes ac regna nostra hostiliter inuasuri: ex tunc ipse frater noster, rex Boemiae et filii sui ac eorum heredes, cum tota ipsorum potentia regni Boemiae, ad requisitionem nostram, filiorum seu heredum nostrorum, siue fraude et dolo personaliter teneantur et debeant adiuuare. Praeterea promittimus, fugitiuos et profugos, seu quoslibet proscriptos, de regno Boemiae ad regna nostra venientes, nullatenus colligere, nec per quempiam nostrorum seu ad nos pertinentium recolligi et assumi aliquatenus sustinere. Et similiter idem frater noster, rex Boemiae, filii et filiorum heredes; proscriptos, profugos et fugitiuos de regnis nostris ad regnum Boemiae transeuntes, colligere aut per quempiam ad eos spectantium recolligi in regno Bohemiae et suis contiguis pertinenciis nullatenus patientur. Imo, denunciatione facta, hinc inde per nos, reges, heredes aut officiales regnorum utrorumque, proscriptos huiusmodi de regnis nostris utrobique excludemus et excludi omnimode faciemus. Praeterea, si inter nos, filios nostros aut heredes eorum ex una parte; ac dominos Albertvm et Ottonem, duces Avstriae et Stiriae ac eorum heredes, ex altera, quocunque tempore aliquam discordiam seu guerram contingeret suboriri; ex tunc ad unionem pacis et concordiae cum ipso deuenire nolumus sine ipso rege Boemiae et filiis suis ac heredibus, sub virtute praestiti sacramenti, nisi primitus ad hoc dicti fratris nostri, regis Boemiae, filiorum suorum, et heredum eorum, expressus consensus accesserit et voluntas. Caeterum quotienscunque nos reges, filios et heredes nostros aut gentes nostras, praestando subsidium aut modo alio quocunque, conuenire contigerit vel placuerit, semper tuti et illaesi esse debeamus mutuo et penitus securi. Haec omnia et singula, sub virtute prius praestiti sacramenti! pro filiis nostris et heredibus, sub poena excommunicationis papalis perpetuae! promittimus praesentibus, inuiolabiliter obseruare et ipse etiam frater noster, dominus rex Boemiae pro se, filiis suis et heredibus, eadem nobis, filiis nostris et heredibus, viceversa, prout in praemissis declaratum articulatim existit, debent et tenentur, sub ivramento et poena praedictis! irrefragabiliter obseruare. In quorum omnium et singulorum superscriptorum testimonivm et perpetuam firmitatem Nos, dictus rex Hungariae cum dicto Lvdvico, nato nostro, praesentes scribi fecimus literas, sigillorum nostrorum pendentium munimine roboratas. Datvm in alto castro, die dominica proxima ante festum natiuitatis beatae virginis, anno domini MCCCXX. quinto.

(Abgedruckt bei Ludewig in B. V. Reliquiar. Mss. S. 483.)

233.

Probst Johann und das Capitel am Wyšehrade verkaufen dem Heinrich von Lipa die Güter in Wolframic mit den dazu gehörigen Dörfern. Dto. Pragae VII. Idus Septembris (7. Septembr.) 1325.

Nos Johannes dei gracia Wisschegradensis Ecclesie prepositus, Regni Boemie Cancellarius, Dyrzlaus Decanus, Nicolaus Custos, Thobyas Scolasticus, Totumque Capitulum Ecclesie Wisschegradensis predicte, ad Romanam Ecclesiam, nullo medio pertinentis, fatemur, et recognoscimus per presentes, Quod volentes condicionem ipsius Ecclesie nostre facere meliorem, Bona prepositure eiusdem in Wolframicz in Moravia sita, cum villis videlicet Lissnicz, Selchwicz et Pochticz, ac vniuersis eorum pertinencijs, que tantum a nostra distabant Ecclesia, quod eorum vtilitatem non totam percipere poteramus, matura et diligenti deliberacione prehabita, de Serenissimi Domini nostri, Domini Johannis Boemie et Polonie Regis, Comitis Lucemburgensis, qui eiusdem Ecclesie nostre patronus exstitit, consilio, connivencia et consensu, expedire et ipsi Ecclesie nostre proficere, minime dubitantes, nobili viro, Domino Henrico de Lypa, Summo Regni Boemie Marschalco, rite et rationabiliter vendidimus pro Duobus Milibus marcarum grossorum Pragensium. Sexaginta quatuor grossos pro marca qualibet computando, taliter quod omne Jus, quod nobis, prepositure, et Ecclesie nostre predictis, in ipsis Bonis Wolframicz competit, aut competere poterat, Ecclesiam et Jus patronatus ibidem specialiter loco cuius ipse dominus noster Rex, nobis preposito predicto et Successoribus nostris prepositis Ecclesie Wisschegradensis predicte, ad instantiam ipsius Domini Henrici eciam vt ex ipsa vendicione Nos et ecclesia nostra in nullo defraudari videremur, collacionem prepositure Bolezlaviensis, dedit et donavit, imperpetuum, omni Jure sicut ipsam Ecclesiam in Wolframicz habuimus conferre, transtulimus in eundem, quod ipse Dominus Henricus et sui Heredes, Bona ipsa, et villas predictas, cum omnibus Juribus, vtilitatibus, et pertinenciis suis vniuersis, in quibuscunque Rebus consistant cum omni dominio Jure et Jurisdicione, sicut ad ipsam preposituram et Ecclesiam nostram pertinebant, Jure hereditario et imperpetuum habeant, et possideant, eorumque vtantur, et de eis tamquam de Re propria, disponant, et faciant, hoc quod eorum placuerit voluntati, Recognoscentes predictam pecuniam, per ipsum Dominum Henricum, nobis et Ecclesie nostre, plene et integraliter solutam, et in prepositure, et Ecclesie nostre predictarum vtilitatem quia vero ipsa Bona et villas in Syrin, Lechow, Sobiechleb, et Luboschowitz, loco predictorum Bonorum in Wolframicz, emimus et comparavimus, esse conversam, sic quod de ipsa pecunia duorum Milium marcarum, eundem dominum Henricum, Heredes et Successores suos, presentibus quittavimus, et liberos esse dicimus et solutos, Renunciantes eciam sponte et expresse in integrum, Beneficio restitutionis excepcioni non numerate pecunie vel non solute nobis vel in vtilitatem prepositure et Ecclesie nostre, non converse supra dicte pecunie, et omni alij Juris auxilio tam Canonici quam civilis consuetudinis vel statuti, seu alterius cuiuslibet, quo iuuari possemus, ad requirendum nostro vel prepositure sive Ecclesie nostre predictarum nomine, ab ipso Domino Henrico, Heredibus, aut Successoribus suis,

filii sui et filiorum suorum heredes, ad petitionem nostram, gentis eorum armigerae et sagittariae subsidio, sine fraude et dolo, prout melius poterunt, adiuuabunt. Si autem metas regnorum nostrorum quispiam vel quipiam intrauerint, nos uel filios nostros aut eorum heredes ac regna nostra hostiliter inuasuri: ex tunc ipse frater noster, rex Boemiae et filii sui ac eorum heredes, cum tota ipsorum potentia regni Boemiae, ad requisitionem nostram, filiorum seu heredum nostrorum, siue fraude et dolo personaliter teneantur et debeant adiuuare. Praeterea promittimus, fugitiuos et profugos, seu quoslibet proscriptos, de regno Boemiae ad regna nostra venientes, nullatenus colligere, nec per quempiam nostrorum seu ad nos pertinentium recolligi et assumi aliquatenus sustinere. Et similiter idem frater noster, rex Boemiae, filii et filiorum heredes; proscriptos, profugos et fugitiuos de regnis nostris ad regnum Boemiae transeuntes, colligere aut per quempiam ad eos spectantium recolligi in regno Bohemiae et suis contiguis pertinenciis nullatenus patientur. Imo, denunciatione facta, hinc inde per nos, reges, heredes aut officiales regnorum utrorumque, proscriptos huiusmodi de regnis nostris utrobique excludemus et excludi omnimode faciemus. Praeterea, si inter nos, filios nostros aut heredes eorum ex una parte; ac dominos Albertvm et Ottonem, duces Avstriae et Stiriae ac eorum heredes, ex altera, quocunque tempore aliquam discordiam seu guerram contingeret suboriri; ex tunc ad unionem pacis et concordiae cum ipso deuenire nolumus sine ipso rege Boemiae et filiis suis ac heredibus, sub virtute praestiti sacramenti, nisi primitus ad hoc dicti fratris nostri, regis Boemiae, filiorum suorum, et heredum eorum, expressus consensus accesserit et voluntas. Caeterum quotienscunque nos reges, filios et heredes nostros aut gentes nostras, praestando subsidium aut modo alio quocunque, conuenire contigerit vel placuerit, semper tuti et illaesi esse debeamus mutuo et penitus securi. Haec omnia et singula, sub virtute prius praestiti sacramenti! pro filiis nostris et heredibus, sub poena excommunicationis papalis perpetuae! promittimus praesentibus, inuiolabiliter obseruare et ipse etiam frater noster, dominus rex Boemiae pro se, filiis suis et heredibus, eadem nobis, filiis nostris et heredibus, viceversa, prout in praemissis declaratum articulatim existit, debent et tenentur, sub ivramento et poena praedictis! irrefragabiliter obseruare. In quorum omnium et singulorum superscriptorum testimonivm et perpetuam firmitatem Nos, dictus rex Hungariae cum dicto Lvdvico, nato nostro, praesentes scribi fecimus literas, sigillorum nostrorum pendentium munimine roboratas. Datvm in alto castro, die dominica proxima ante festum natiuitatis beatae virginis, anno domini MCCCXX. quinto.

(Abgedruckt bei Ludewig in B. V. Reliquiar. Mss. S. 483.)

233.

Probst Johann und das Capitel am Wyšehrade verkaufen dem Heinrich von Lipa die Güter in Wolframic mit den dazu gehörigen Dörfern. Dto. Pragae VII. Idus Septembris (7. Septembr.) 1325.

Nos Johannes dei gracia Wisschegradensis Ecclesie prepositus, Regni Boemie Cancellarius, Dyrzlaus Decanus, Nicolaus Custos, Thobyas Scolasticus, Totumque Capitulum Ecclesie Wisschegradensis predicte, ad Romanam Ecclesiam, nullo medio pertinentis, fatemur, et recognoscimus per presentes, Quod volentes condicionem ipsius Ecclesie nostre facere meliorem, Bona prepositure eiusdem in Wolframicz in Moravia sita, cum villis videlicet Lissnicz, Selchwicz et Pochticz, ac vniuersis eorum pertinencijs, que tantum a nostra distabant Ecclesia, quod eorum vtilitatem non totam percipere poteramus, matura et diligenti deliberacione prehabita, de Serenissimi Domini nostri, Domini Johannis Boemie et Polonie Regis, Comitis Lucemburgensis, qui eiusdem Ecclesie nostre patronus exstitit, consilio, connivencia et consensu, expedire et ipsi Ecclesie nostre proficere, minime dubitantes, nobili viro, Domino Henrico de Lypa, Summo Regni Boemie Marschalco, rite et rationabiliter vendidimus pro Duobus Milibus marcarum grossorum Pragensium. Sexaginta quatuor grossos pro marca qualibet computando, taliter quod omne Jus, quod nobis, prepositure, et Ecclesie nostre predictis, in ipsis Bonis Wolframicz competit, aut competere poterat, Ecclesiam et Jus patronatus ibidem specialiter loco cuius ipse dominus noster Rex, nobis preposito predicto et Successoribus nostris prepositis Ecclesie Wisschegradensis predicte, ad instantiam ipsium Domini Henrici eciam vt ex ipsa vendicione Nos et ecclesia nostra in nullo defraudari videremur, collacionem prepositure Bolezlaviensis, dedit et donavit, imperpetuum, omni Jure sicut ipsam Ecclesiam in Wolframicz habuimus conferre, transtulimus in eundem, quod ipse, Dominus Henricus et sui Heredes, Bona ipsa, et villas predictas, cum omnibus Juribus, vtilitatibus, et pertinenciis suis vniuersis, in quibuscunque Rebus consistant cum omni dominio Jure et Jurisdicione, sicut ad ipsam preposituram et Ecclesiam nostram pertinebant, Jure hereditario et imperpetuum habeant, et possideant, eorumque vtantur, et de eis tamquam de Re propria, disponant, et faciant, hoc quod eorum placuerit voluntati, Recognoscentes predictam pecuniam, per ipsum Dominum Henricum, nobis et Ecclesie nostre, plene et integraliter solutam, et in prepositure, et Ecclesie nostre predictarum vtilitatem quia vero ipsa Bona et villas in Syrin, Lechow, Sobiechleb, et Luboschowitz, loco predictorum Bonorum in Wolframicz, emimus et comparavimus, esse conversam, sic quod de ipsa pecunia duorum Milium marcarum, eundem dominum Henricum, Heredes et Successores suos, presentibus quittavimus, et liberos esse dicimus et solutos, Renuncciantes eciam sponte et expresse in integrum, Beneficio restitutionis excepcioni non numerate pecunie vel non solute nobis vel in vtilitatem prepositure et Ecclesie nostre, non converse supra dicte pecunie, et omni alij Juris auxilio tam Canonici quam civilis consuetudinis vel statuti, seu alterius cuiuslibet, quo iuuari possemus, ad requirendum nostro vel prepositure sive Ecclesie nostre predictarum nomine, ab ipso Domino Henrico, Heredibus, aut Successoribus suis,

eandem pecuniam, aut ipsa Bona in Wolframicz, in parte aliqua vel in toto, sed eam vendicionem per nos vt premissum est, communiter et de omnium nostrorum consilio et voluntate, prefato Domino Henrico, et suis Heredibus, factam ratam habere promittimus atque firmam, Eciam promittentes, contra ipsam de Jure vel de facto, vel alio quovismodo, non venire, In cuius Rei testimonium presentes litteras fieri, ac nostrorum prepositi, Decani, Custodis et Scolastici, predictorum, necnon tocius Ecclesie nostre, Capituli Sigillorum munimine fecimus Roborari, Actum et datum Prage VII. Idus Septembris, Anno Domini Millesimo Trecentesimo vicesimo quinto.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

234.

Elisabeth, Witwe der Könige Wenzel und Rudolph von Böhmen, vermacht zu dem jährlich für dieselben zu feiernde Erinnerung dem Altare des h. Simon und Judas in der Prager Kirche das Dorf Křečhoř (Křehoř) in der Kaurimer Provinz. Dto. in monasterio Aula S. Mariae, XVIII. Kalend. Decembris (14. Novemb.) 1325.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus den Acten des Wenzel von Kruman im Prager Capitelarchive, U. XIV.)

235.

Conrad, Bischof von Olmütz, gestattet, dass das Kloster Sedletz die Hälfte des Einkommens der Pfarreien zu Jamnitz und Jarmeritz (deren Patronatsrecht König Johann dem Kloster geschenkt hat) beziehen dürfe. Dto. Olmütz, 5. März 1326.

(Nach der Confirmationsurkunde P. Clemens VI. ddo. Villanova bei Avignon 25. August 1842, in den Orig. Regest. P. Clemens VI. im Vat. Archive IX. B. 56 Bf. 178 S. Vid. Cop. im m. st. Landesarchive.)

236.

Johann, Probst am Wyšehrade, erklärt, dass König Johann der Probstei für die Güter Wolframic und Lišnic die Güter Siřín, Lechow, Soběchlew und Liběsowic angewiesen hat. Dto. in Wyšehrad, IV. Idus Novembris (10. November) 1326.

Nos Johannes dei gracia Prepositus sacrosancte Wyssegradensis Ecclesie, ac Cancellarius, Regni Bohemie, notum esse cupimus presentium Inspectoribus vniuersis, quod cum Serenissimus dominus noster dominus Johannes Rex Bohemie et Polonie, ac Lucemburgensis Comes, Carere nollet, quin sibi Bona nostre Prepositure, scilicet in Wolframicz et Lisnicz cum eorum pertinentiis venderemus. Cui resistere non valentes Quia Patronus nostre Prepositure erat, Et quia ab ipso Dictam Preposituram habebamus, Dicta Bona eidem vendidimus, Pro duobus Milibus marcarum. Et cum solucionem dicte Peccunie Pluribus annis ab

ipso habere non possemus, nec bona Predicta in Wolframicz ab Ipso recuperare Possemus, frequenter ipsum sollicitauimus, vt saltem loco Bonorum predictorum alia bona nobis dare dignaretur, ad quod finaliter Ipsum dominum nostrum Regem Induximus. Quia Bona sua in Syrsin, Lechow, Sobyechlew, et Lubeschowycz, cum suis pertinenciis omnibus nobis et nostre Prepositure pro dictis bonis In Wolframicz assignauit Taliter, quod Quadringentas Sexagenas, eidem adderemus. Et quoniam dictam peccuniam pro eo tempore habere non poteramus. diligenter quesiuimus viam per quam absque lesione nostra, et nostre Prepositure predicte veniremus. Sed quia Bona nostre Prepositure In Tatecz, ex Justis causis, neccessario tytulo pignoris, Jam dudum pro Trecentis sexagenis, oportuit nos pro melioracione nostre Prepositure exponere, fructibus non computatis In sortem, Super quo litteras, tam domini nostri Regis predicti, quam nostras, vnacum litteris dominorum Capituli nostre Ecclesie dedimus Patentes. Rogauimus Stephanum, Nepotem nostrum notarium Terre Bohemie, Cui bona predicta in Tatecz per nos sunt obligata vt dicta bona in Tatecz ad certos annos teneret, Quibus elapsis, absque alia redempcione Peccunie, siue dacione, ad nos et successores nostros reuerterentur. Et quod ad hoc Centum Sexagenas, nobis pro bonis in Syrsen, domino Regi dandas Ista vice, dare deberet. Qui peticioni nostre in hac parte annuens, se voluntarium obtulit ad predicta faciendum. Cum Igitur duplex vtilitas, nostre Prepositure, ex tali facto dicti Stephani eueniat. Vna quod ab obligacione Pignoris dictorum bonorum sibi facte recedit, vt annos sibi demus aliquos quibus dictis bonis frui possit. Et quibus elapsis dicta bona, ad nos et successores nostros libere absque aliqua dacione Peccunie reuertantur. Que alias redire non possent, nisi eidem Trecente sexagene, per nos, seu successores nostros soluerentur. alia vtilitas, quod propter dacionem Centum sexagenarum dicti, Stephani quas nobis dat, et quas domino Regi pro Bonis predictis In Syrsen dare debemus non oportet nos aliquam obligacionem dampnosam Bonorum nostre Prepositure facere. Quam alias nos necessario facere oporteret, que In dampnum nostrum, et successorum nostrorum non modicum redundaret. Pro tantis Igitur servicijs Immo beneficijs, nobis et nostris successoribus, per dictum Stephanum exhibitis, sibi et suis successoribus siue heredibus dicta Bona in Tatecz cum Municione et villis Werbczan, Bresen, et Milsicz, ac vniuersis bonis ad ipsa pertinentibus, nec non agris cultis et incultis, Pratis, Pascuis, Siluis, Rubetis, venacionibus, aquis, aquarum decursibus, Piscinis, Piscacionibus, Molendinis, et aliis vtilitatibus, Prouentibus, et redditibus omnibus ad dictas villas, et municionem pertinentes ad decem annos a festo sancti georgii venturo proxime numerandos In omnem euentum locamus, et locauimus. Volentes vt infra ipsos annos, dictis bonis in Tatecz, et eorum pertinenciis supradictis, fruatur, et vtatur libere absque nostro et nostrorum successorum Impedimento aliquali, Quemadmodum vti possemus. Volumus eciam quod dictus Stephanus, heredes sui, ac successores, Cui voluerint, Jus sibi ex hoc contractu, sive concessione, seu dacione dictorum Bonorum in Tatecz competens, possint in vita, et In morte ipsorum, vendere, donare, et in alium seu alios libere transferre Omni impedimento nostro ac successorum nostrorum procul moto. Recognoscimusque nos de Centum sexagenis grossorum denariorum Pragensium plene per dictum Stephanum esse persolutos, fatemur eciam

quod nullam Informacionem eidem ibidem dimisimus. Quare volumus vt idem Stephanus, heredes, et successores sui, dictis annis elapsis possint omnem Informacionem que ibi erit, siue in satis agrorum, siue in equis, Seu peccoribus, siue Pecudibus quibuscumque sive in aliis rebus, quantumcumque paruis existant, abducere libere, siue vendere cuicumque omni impedimento nostro, et nostrorum successorum remoto. Quia eciam Municio in Tatecz reparacione indiget cum Piscinis omnibus. Et alio omnia edificia, tam in Municione quam extra Curie totaliter sunt ruinosa et corrupta. Que necessario sunt propter conseruacionem Bonorum predictorum reparanda. Petiuimus dictum Stephanum, vt sumptibus suis repararet eadem. et alia de novo faceret pro vtilitate nostra, et successorum nostrorum. Et maxime pro bonorum predictorum, et Curie in Tatecz et Pauperum conseruacione. Qui precibus nostris annuit. Taliter, quod aliquos de dominis nostre Ecclesiae super Bona predicta mitteremus, vt Ipsi conspicerent et taxarent, de consilio magistrorum qui ad edificia Intelligunt, quantum deberet ibidem Impendere. Ad que conspicienda et taxanda de consensu dominorum Capituli nostre Ecclesie, misimus honorabiles viros, dominos, Dyrslaum decanum, Ebricum, et Johannem Padwanum, Canonicos dicte nostre Ecclesie. Qui postquam ibi fuerant, retulerunt nobis, quod cum Centum sexagenis necessaria curie, et municionis vix possent fieri. Et cum Triginta sexagenis Piscine vix repararentur. Eidem igitur Stephano admittimus vt usque ad Centum sexagenas edificet in bonis predictis. Et Triginta sexagenas super Piscinas reparandas Impendat. Quas tamen Impensas, taxacioni quatuor virorum, duorum per nos et successores nostros, et duorum per dictum Stephanum et heredes suos, siue successores, Electorum committimus. Ita quod vltra Summam Centum sexagenarum pro edificiis, Et Triginta pro Piscinis taxare non possint, ad illam autem summam et minorem taxatio fieri poterit, si hoc videbitur illis, qui ad hoc sunt electi. Qui si concordare non poterint super arbitrum eligendi habeant potestatem. Cuius dicto in premissis, Tam nos, et successores nostri, quam predictus Stephanus, heredes et successores sui stare debemus. Et dicto Stephano, heredibus, seu suis successoribus, dictam Peccuniam que taxata fuerit per predictos, nos et successores nostri infra annos predictos quibus dicta bona tenere debent, soluere promittimus, Et nisi de ipsa Soluti fuerint predicti. Volumus quod nomine pene tam diu dictorum Bonorum omnium fructus teneant ipsis fruendo et vtendo donec de predicta Peccunia In totum per nos seu successores nostros fuerint persoluti. Et vt predicta omnia, et quodlibet eorum, effectum suum consequantur, Renunciamus pro nobis et nostris successoribus sponte et expresse In omnibus premissis et quodlibet eorum Excepcioni doli mali et in factum, accioni, condiccioni indebiti, Omni Priuilegio exempcionis, dignitatis clericatus, Omnique auxilio alio Juris Canonici seu ciuilis, Et beneficio restitutionis in Integrum, Et specialiter Juri dicenti generalem renunciacionem non valere, que nobis vel successoribus nostris contra predicta vel aliquod eorum de Jure seu de facto possent competere, seu quomodolibet suffragari. Petimusque dominos nostre Ecclesie Capituli vt ad maioris roboris firmitatem predictorum, assensum suum expressum darent ad predicta. Nosque Dyrslaus decanus, Minhardus Custos Omnesque Canonici Capituli dicte nostre Wyssegradensis Ecclesie, aduertentes quod omne id quod racione subsistit sancta deffendit Ecclesia,

Et quia predictus contractus Inter honorabilem virum dominum Johannem Prepositum nostre Wyssegradensis Ecclesie, et dictum Stephanum celebratus, racionabilis est et vtilis esse dignoscitur. Eidem diligenti super hoc consilio et Tractatu Inter nos, Et sepius prehabito Expressum nostrum prebemus assensum, ac eciam voluntatem. Et in Testimonium predictorum Sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Actum et datum In Wyssegrad, Anno domini, Millesimo, Trecentesimo, vicesimo Sexto. Quarto Idus Novembris.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. geheim. Haus-, Hof- und Staatsarchives in Wien.)

237.

Beschreibung der Lehen und Lehensvasallen der Olmützer Kirche, zusammengestellt unter dem Bischofe Conrad I. zwischen den Jahren 1318—1326.

Fol. M. I.

Isti sunt vasalli Olomucensis Ecclesie in prouincia Modricensi.

Primo in villa Czeczans: Nicolaus habet ij laneos. Mylco habet iiij laneos. Hermannus vnum laneum. Benessius cum fratre V laneos. Henczlinus ij laneos. Relicta Bochdali.ij laneos. Dytlini Relicta.ij laneos. Henczlinus vnum laneum. Henricus de Blanzk.ij laneos. Budiwoygius.ij laneos. Bochdalecz.iij laneos. Oswaldus vnum laneum. Ditricus de Dreswicz.iij laneos. Filia Frankonis.iiij laneos. Henczlinus sartor.j lan. Item in eadem villa sunt VI. subsides. Plebanus habet iij laneos.

Isti sunt feodales de Vgezd: Czwiczko.ij laneos. Swathomirus.ij laneos. Vlricus custos piscine.ij laneos. Wolfardus.iij laneos. Clemens Cocus.ij laneum. Artlebus vnum laneum. Conradus Medicus.ij laneos. Piscator.ij laneum. Plebanus vnum laneum. Judex vnum laneum.

Lapanicz: Stubnerius.ij laneos. Pohirlicerius.ij laneos. Rinherinna.ij laneos. Haymanissa.ij laneos. Judex laneum. Katherina.j laneum. Johlinus Magister Coquine.ij laneos.

In Kirlicz: Vllinus de Muglicz habet v laneos et ij subsides. Janco iij laneos et Tabernam. Plebanus de Modricz laneum colit. Jacobus cum fratribus iiij laneos. Perchtoldus filius sagitarii ij laneum. Herllinus ij laneos. Stephanus habet ij laneos. Albertus.v laneos et iij snbsides. Sdono.ij laneos. Wlczko ij laneos.

In Durans: Nicolaus cum fratre laneum colit et subsidem habet. Marzik laneum colit. Saulus ij laneum colit. Judex j laneum colit et subsidem. Tyrus laneum colit et j Censualem habet et vnum subsidem. Perusso laneum colit. Hertlinus laneum censualem. Planko iij laneos colit. Plebanus laneum censualem. Janco laneum censualem.

In Zeleticz: Villa fnukonis sunt xxiij lanei et vij subsides.

Costelicz: eiusdem fnukonis xvj laneos et xvij subsides et habet ibidem ij araturas.

In Crisanowicz quondam Seborii sunt xviij lanei et Molendinum cum duabus Rotis maioribus. Item secundum cum vna Rota minori.

Item villa Jarossii Strazowicz habet in toto xvij laneos.

In Dreswicz: Mladote et Theodorici et aliorum feodalium habet xxv laneos. Molendinum et Tabernam.

In Zelsicz: Budiwoigius iij laneos. Henricus Miles iij laneos. Milota v laneos et ij araturas et vij subsides.

Byscupicz: villa Bratricii xij laneos. Molendinum et Tabernam.

It. Byscupicz: domini Hermanni habet xxviij laneos et xxviij subsides et ij Tabernas vnum Molendinum cum ij Rotis Majoribus et secundum cum vna Rota minori.

It. Villa Vgezd: Petni habet xij laneos et vnam araturam et iij subsides.

It. In villa Vgezd: Stephani cum fratre vna aratura et ix subsides.

In Byscupicz: Marschiconis et in

Stepanowicz: Redlerii xx lanei.

In Dyax: villa sunt ix lanei et v subsides et Taberna vna.

M. II.

In villa Oppathowicz: quam decanus Olomucensis tenuit sunt xxviij lanei. Item ibidem sunt ix subsides.

In Zadowicz: villa domini Witkonis de Luczka sunt xviij lanei.et xviij subsides.ij Molendina cum ij Rotis minoribus. Taberna et ij araturae.

Item Zwiest de Cominecz ij laneos.

It. Benek in Strucz.et in Ostupowicz et in Vrchowicz iij laneos.

In villa Strucz: Wikerius habet ij laneos.modo friczo tenet.

In Desczna et in Stoppans et in Oczmans, quas comes de Recz tenet sunt xxxviij lanei et xxx subsides et iij Molendina et ix Taberne in toto.

Provincia Blanczk feodales habet in Ciuitate: Cristlo ij laneos et ij subsides. Raczlaus ij laneos et ij subsides. Judex ij laneum et vnum subsidem. Henczlinus cum fratre ij laneos et subsides. Faber laneum et vnum subsidem. Siluanus habet subsidem. Braxator Cereuisie in Castro j subsidem.

In villa Thesckowicz: Procopius ij laneos. Lutko vnum laneum. Busecz laneum. Myros laneum. Donconissa vidua ij laneos.

In villa Suchdol: Budecz ij laneos. Henczlinus laneum. Franko laneum.

In Wilemowicz: Gerungus v laneos. Hainussius vii laneos.

In Wesselicz villa: Andreas ij laneum. Friczko ii laneos. Zisnata habet ii laneos. Wanko laneum.

Item in Neradicz: Mylei habet ii laneos.

It. Besdečicz villa: Henricus de Turni anterioni iiii laneos. Miley habet iiii laneos et j subsidem.

In Olesna: Wlczek venator tenet ii laneos. Siluánus ij laneos. Symon Cocus laneum.

In Hozricz villa Siluanus j laneum.

In Byhowicz villa Vlrici cum nepotibus suis habet xi laneos et xii subsides maiores, et tria Molendina, qualibet cum vna rota minori et Tabernam vnam.

In Driwalowicz et Hostinalhotka: Igrami habet xiiij laneos et Tabernam.

Item in Malhostowicz domini Herhardi de Chunstat habet VI. laneos.

Item Nahradus in Briczow habet xviii laneos et Tabernam.

In Wrancowalhota vii laneos et j araturam et ij tabernas.

In Zbihneow habet xiiii laneos.

Prouincia Czwitauiensis.

Isti sunt feodales ante Ciuitatem: Aduocatus habet iij laneos Censuales. Filia aduocati habet ii laneos et iii molendina cum v rotis minoribus. Relicta Johannis albi i laneum.

In villa Griffendorf: Filia aduocati Czwitauiensis habet vii laneos censuales. Ronbergerus vnum laneum Censualem. Prizcko habet iij laneum Censualem. Relicta Hainussii iii laneos. Gilricus iij laneos colit. Scolasticus Olomucensis ii laneos et iii virgas. Judex colit ij laneos et Molendinum cum vna Rota minori.

In Hermansdorf: Serendorfer habet iii laneos censuales. Ronbergerius laneum. Aduocatus xv virgas censuales. Symon iij laneos. Judex iiii laneos et iii virgas.

In Lacnow: Ditricus Schram habet ii laneos. Judex habet iii laneos et iii virgas.

In achorns: Judex ii laneos et ii virgas.

M. III.

In Gleserdorf: Judex ii laneos habet et vnam Tabernam.

In Stangendorf: Judex v laneos.

In Haynceldorf: Judex iii laneos et v virgas et vnam Tabernam.

Item aduocatus in Bresonia habet iii laneos.

Item Crastawa et Jetssinawes.

Purchravii de Swoyanow habent viii laneos et ii Tabernas.

Ista sunt bona Ronbergii: Desczna. Kogisowalhota. Smržow maius. Smržow minus. Swarow. Chochow. Bresinka, Stwalona. Radczlawicowawes. Jusricowalhota. Zyelewsco. Wilemow. Crzietez. Bezdecz. Ihraczow. Item Molendinum in Bresouia cum ii rotis. In quibus villis sunt xlii lanei et v Molendina et iij Taberne.

Item in Chochow: Vlricus habet iij laneos.

Item in Chochow: Relicta hainussii cum Jenlino. Swarow medium Bobolecz. Chlum. Nouiczie. habet xxvii laneos et Tabernam vnam et Molendinum.

In chochov sunt v lanei cum ortis et tabernis.

In antiqua villa ij laneus.

In Suorau ij lanei.

In Bezdecz iiij lanei.

In Brsesinca iij lanei.

In eodem Smursau iiij lanei.

In Desczna vi lanei.

In Raczlabs ij lanei.

In Suorow iij lanei.

In Smursau v lanei preter piscatores. Prata nemora. laneos censuales ix lot.

Prouincia Muglicensis.

In Slawanow villa Conradus habet ix laneos et viii subsides. Molendinum cum ii rotis item vnam Tabernam.

Ochorns villa eiusdem habet x laneos et vnam tabernam.

Czwoyanow villa eiusdem habet iii laneos et Tabernam.

In Czrisanow: Jenlinus habet iii laneos.

In Lukawicz: Stupan habet iiii laneos. Tyczko ij laneum. Pzriwizlaus ii laneos. Conradus iij laneos. Pitrolfus laneum.

Roma: Judex habet ii laneos (Kladek) Item ii Molendina et Tabernam.

Item in Czrisleb: Johannes habet iii quadrantes. Pzriwizlaus habet ii laneos. Siluani vnum laneum. Conradi j laneum. Ductor aque ij laneum.

Item in Premaczow: Jenlinus habet iiii laneos. item habet vnam Tabernam.

Item in Raicz Stiborii habet v laneos.

Item in villa Scalice filii aduocati de Zabriey habet vii laneos minus iiii quartali.

In villa Maletyn: Vllinus habet xv virgas. Judex xx virgas. Item ii molendina cum minoribus rotis et Tabernam.

Item villa Rayckz: Michaelis habet xi laneos. et molendinum cum duabus rotis minoribus.

Item in villa Zwol: Tycz iii laneos. Item Vllinus de Walherdorf vi laneos.

Item Genlinus ante Ciuitatem habet ii laneos. Soror sua iiii laneos.

In Luppene vna aratura et vii subsides.

Prouincia Olomucensis.

Lobodicz villa: Bludonis habet x laneos. Item Molendinum cum ii rotis maioribus. vnam araturam et tabernam.

Item in Zračowicz v laneos.

Item Hanowicz: villa Relicte Burathonis, habet ix laneos v subsides et Tabernam.

Item in Praslavicz villa canonicorum habet xii laneos et Tabernam et Molendinum.

Qualcowicz villa domini Dywissii habet ix laneos et unam araturam.

Item Mladicowicz et in v villis adiacentibus dominus Dywissius habet xxxii laneos iiii tabernas et x subsides.

Item dominus Franciscus in Juzrichowicz et in Thechanow xxiiii laneos ii Tabernas, et vnum Molendinum.

In Mladycowicz Henricus Miles habet iiii laneos.

Item dominus Hartmannus dē Weczimericz habet Ciuitatem et iii villas adiacentes.

Item Hussowia Ciuitas: habet xi laneos et molendinum cum vna Rota, quam prouinciam totam tenent nepotes Magistri Stephani, scilicet, Marquardus, Wocko, Paulus.

Item Grundorfer habet xxxvi laneos et duo molendina.

Item Thechanow habet x laneos, et Tabernam et molendinum.

Item arnoldorfer habet xi laneos et Molendinum.

Item Rulendorfer habet iiij laneos.

Item Wazsow habet iiij laneos et vnam Tabernam.

M. IIII.

Item Lomnice, Ditrichowalhota, Muchochow sunt noue plantaciones.

Item Brunsif, ciuitas: Nepotes Magistri Stephani habet xj laneos et Tria molendina cum v rotis.

Item Welendorf habet ii laneos et vnum Molendinum cum vna rota.

Item Albrechczdorf habet viij laneos.

Item villa Genzidl habet vj laneos.

Item villa Scalcodorf habet iiij laneos et molendinum cum minori rota.

Item villa Tylendorf noua plantacio ibidem est.

Prouincia Wisschouiensis.

Dominus Mylicius habet vi laneos ante Ciuitatem. Item Dirzko fiellator habet iiii laneos. Item Wenczezlaus habet iii laneos.

Prouincia Chremsirensis.

Ditricus in Wczechowicz habet iiii laneos. Jacobus de Vgezd ii laneos. Magister scole vnum laneum. Andreas v laneos. Balistarius ii laneos. Dominus Syboto vnum laneum.

In villa Luthopecen: Nicolaus habet viii laneos. Rubinus iii laneos. Tabernam et ii subsides.

Chowalowicz villa arnoldi habet vi laneos in vniuerso.

Item Sobielicz: Mathias habet iii laneos. Martinus habet iii laneos.

Hulyn serui habent xvi laneos.

Item Benessius in Chorobicz habet xiiii laneos et ii araturas.

Item idem habet in Nemczicz ii araturas et iiii laneos.

Item in Nemoy, in Thuczap habet vii laneos.

Item Herbordus in Belewicz habet xvii laneos et xi subsides ii Tabernas Molendinum cum III rotis.

Item adam in Bohuzlawicz habet xviii laneos.

In Sczepanowicz villa Herbordi VIII laneos. Tabernam. Molendinum et iii subsides majores.

Item Georgius in Nemczicz habet iiii laneos.

Item Jacobus in Vgezd et in Slomesicz habet xxiiii laneos.

Item Goswinus de Mosčenicz et Stolbach et Richowicz habet xxx laneos et vii Tabernas et Molendinum cum vi rotis maioribus et xxvii subsides et iii araturas.

Item Fridericus in Vnczicz viii laneos et in Chechowicz ii laneos.

Item Philippus de Pysdraczicz habet xii laneos.

Item Dominus Sdeslaus in Prawčicz habet xviii laneos. Molendinum et vii subsides et ii araturas.

Item dominus Boczko cum fratre habet in Holeschow iii araturas xxiii laneos xiiii tabernas xii subsides cum agris et v sine agris. Item Molendinum cum vi rotis minoribus.

Item in Bohuzlawicz idem habet xii laneos.

Item Budizlaus habet vi laneos ibidem.

Item Stiborius in Nemczicz habet ii laneos.

Item Rulinus habet in Stirina vnam araturam.

Item dominus albertus in Pračžicz habet xviii laneos et Tabernam.

M. V.

Hii sunt vasalli domini Episcopi in confinio Hoczenplocensi:

Herbordus de Fullenstein. Jenissus, filius suus. Hartlebus de Fullenstein. Heinricus de Fullenstein.

Nicolaus de Liesna habet viii laneos in Pilgrimsdorf et v quartalia in Liebenthal.

Mathias Babarus habet in Bitern vi laneos.

Tilo habet vi laneos in Liebental.

Hermannus de Paulowicz habet vi laneos in Liebental.

Idem vi laneos in Rinfridisdorf.

Item idem habet in Bertoldisdorf xii laneos.

Strusso cum fratre debet seruire de villa Mathesdorf cum vno dextrario et in Musschen xii in Rinfridisdorf vi laneos.

Item in Plumleinsdorf debuit esse seruicium, quod usurpauerunt illi de fullenstein.

Henslinus chla habet in Cristendorf iiii laneos et in Liebental vi laneos.

Wolshaim habet iiii laneos.

Vlmannus de Linauia habet iiii laneos quos colit, et habet xiiii censuales.

Fridericus de Linauia habet in Mathesdorf iiii laneos.

Hannus et Mathias fratres habent in Bitern xii laneos.

Petrus debecz habet ii villam (sic).

Hannus debecz habet in Heinreichisdorf iiii laneos.

Bruno habet in Arnoldisdorf iii laneos.

Arnoldus hugo habet j willam Piskersdorf.

Aliam partem ville habuit Jenlinus de Trebnicz.

Hii sunt vasalli circa Oppauiam:

Nicolaus et Bruno fratres de Stebilsdorf.
Jenczo de Medlicz tenet villam Schonenstein.
Bulaczius tenet in obligationem villam Deschnam.
Heinricus de Oppal cum fratribus tenet villam Lutoldisdorf.
Slewicz habet allodium in Jecter.
Sdezlaus de Sternberch tenet Castrum Medlicz eum pertinenciis suis.
Circa Keczercz Waltherus de Fulmen.

M. VI. in pag. altera:

Nota quod quidem Rynczco habuit in Lutopeczen iiii laneos et in Keczer iiii laneos; de hiis seruiuit cum dextrario. hoc nunc tenet Mixo senk in Lutopeczen.

Nota quod quidam Arnoldus habuit in Schepanowicz j villam et in hulin vnam curiam; de hiis seruiuit cum dextrario. hoc nunc tenet Senk.

Item quidam Haymannus habuit aliam partem in Schepanowicz; de hoc seruiuit cum spadone. Hoc eciam tenet Senk.

Item Senk et Conradus de Wsechowicz et de Malhoticz tenentur seruire cum dextrario.

Item Senk de illa villa Ruske tenetur in Castro residere.

Nota quod quidam Milata de Nassile seruiuit cum dextrario de Chomarne, quod nunc Franco tenet; et mortuo Milata dominus Theodericus dedit eandem villam Jencziconi, vt in castro resideret.

Nota quod pater franchonis habuit in starzicz iii laneos. de hiis residet in castro.

Item de Prowodowicz eciam tenebatur idem pater franchonis in castro residere.

Item idem pater franchonis de Chorina et de bonis ac hoc pertinentibus seruiuit cum duobus dextrariis.

Nota quod hayningus, predecessor franchonis, seruiuit de schretes cum spadone.

Item predecessor franchonis seruiuit de Miloticz eum duobus saytariis.

Nota quod hii duo lanei, quos francho tenet ante Ciuitatem Kelcz fuerunt cuidam hermanni aduocati de Kelcz; et idem Hermannus dedit eosdem ii laneos sue concubine, et circa eandem mulierem cognatam patris franchonis emit eosdem laneos nomine Nicolaus, et dum idem nicolaus iret saxoniam. resignauit ipsos laneos. cognato suo nomine haningo, et mortuo haningo pater franchonis eisdem laneis successit, quia habuit posse, et fuit Purchrauius et aduocatus in Kelcz, et taliter ipsos francho possidet.

Nota quod Wabicz, quod emistis domine circa Albertum; et dedistis pro Comarne; hoc pertinet ad officium Purchraviatus.

M. VII. Pag. I.

Hec est informacio, facta per vasallos Kelczenses domino Conrado Episcopo: Primo quod quidam nomine Rynczco habuit in Lupeten iiii^{or} laneos et in Keczer iiii^{or}. De hiis

omnibus seruiuit cum dextrario. Hos iiii^{or} laneos in Lupeten tenent Schenkones de Wschecowicz.

Item quidam nomine Arnoldus habuit in Tzepankowicz mediam villam et in Hulin vnam Curiam. De hiis seruiuit cum dextrario. Hoc in Tzepancowicz tenet Mykscho.

Item aliam partem ville ibidem in Tzepankowicz tenuit quidam nomine Haymannus, qui seruiuit de eadem parte cum spadone, quam eciam partem tenet Mykso Schenk.

Item Mikso Schenk et Conradus tenentur de Wschekowicz et Malhoticz seruire cum dextrario.

Item Mikso Schenk tenetur de Ruske in nouo Castro residere.

Item quidam dominus, Milata nomine de Nassile seruiuit cum dextrario de villa Comarne, quam nunc dominus franco tenet, quia mortuo domino Milata contulit eandem villam dominus Theodoricus Episcopus Jencziconi, fratri domini franconis, vt in nouo Castro resideret.

Item pater domini franconis habuit in Staricz iiii laneos; de hiis resedit in nouo Castro, et tenebatur de uilla Prowodowicz in Castro residere, et tenebatur de Chorina et de bonis, ad hanc pertinentibus seruire cum duobus dextrariis.

Item Heyningus nomine predecessor domini frankonis seruiuit de Miloticz cum duobus sagittariis.

Nota quod hii duo lanei, quos dominus franco tenet ante Kelcz, fuerunt cuiusdam nomine Hermanni aduocati in Kelcz et idem dederat ipsos laneos Concubine sue et circa eandem emit eos quidam nomine Nycolaus, et dum idem Nycolaus repatriauit Saxoniam, resignauit eos Cognato suo, nomine Heynyngo et mortuo Heinyngo intro misit se de ipsis laneis pater domini franconis per potentiam, quia tunc Purgrauius erat et aduocatus in Kelcz, et eodem modo tenuit ipsos dominus franko. Item Bobicz, quod emit dominus Wulczko circa Albertum et dedit pro Comarne. Hoc pertinet ad officium Purgrauiatus in Schaunburch.

Nota quod Rumplerius et fratres sui duo sagittarii primo tenuerunt nouem laneos in feudo in villa Grifendorf, de quibus seruiebant. hii lanei deuenerunt ad Rumplerum solum, qui vendidit eos judici in Policz recipiendo ab eo pannos, equos et vina. Idem Judex vendidit eos Henrico de Hopphindorf pro xxvii marcarum et tenuit eos ad episcopum. post hunc idem Henricus vendidit eos Martino genero suo recipiendo ab eo dextrarium in solucionem et pecuniam. Dextrarium dedit Henrico Abbati de Luthomussil in solucionem silue prope Switauiam. Abbas dedit eum illi de Clingenberch. Martinus uero tenuit laneos usque ad obitum suum et reliquit vnum puerum femellam. hic cum matre tenuit eosdem laneos usque ad obitum pueri. Puero mortuo venit Friczo de Rousschow filius sororis predicti Martini et impetebat predictos laneos contra consanquineos Martini. Audiens episcopus quod ad eum deuoluti (reliqua linea abscissa).

(Aus dem ältesten Lehenquatern des Olmutzer Bisthums — einem Pergam. Cod. aus dem Anfange des XIV. Jahrhundertes in Kleinfolio — Bl. MI.—MVII. abgeschrieben Ant. Boczek.)

238.

König Johann von Böhmen schenkt dem Heinrich von Lipa die in Mähren bei Iglau gelegenen Güter Beranau, Bradlenz, Přisnek, Puklicz und Petrowic. Dto. Brunne fer. III. post conversion. S. Pauli (27. Jänner) 1327.

Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie Rex, Lucemburgensis Comes, ad vniuersorum noticiam volumus peruenire Quodcum Bona, fidelis nostri, quondam Johannis de Grecia, et omnia sua per ipsum relicta, ex eo quod sine Heredibus legittimis, deo vacante decessit, ad nos Jure peruenerint deuoluto, Nos eadem Bona, videlicet Beranow, Bradels, Prsiznik, Pucklowicz, Petrowicz, villas, sitas in Morauia, circa Ciuitatem nostram Iglauiam cum omnibus alijs Bonis, Curijs Molendinis, aquis Piscacionibus, Siluis, Rubetis, Juribus, et vtilitatibus, quibuslibet, in quibuscumque Rebus consistant, ad hec spectantibus, sicut ea ipse Johannes tenuit et possedit, Dilecto fideli nostro Henrico de Lipa, Regni nostri Boemie Summo Marschalco, propter sua grata, et fidelia seruicia, que nobis exhibuit et exhibere in futurum tenetur, de nostra benignitate et liberalitate Regia, contulimus, donauimus et donamus Jure hereditario, vt ipse Henricus et filij sui, in eisdem, tamquam in alijs proprijs, et hereditarijs ipsorum Bonis possidendi, tenendi, vendendi, aut donandi, seu pro Bonis alijs permutandi, liberam et plenam habeant potestatem, In cuius Rei testimonium, et Robur perpetuo valiturum, presentes scribi, et Sigillo nostro fecimus communiri, Datum Brunne, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Vigesimo septimo, Tercia feria post conuersionem sancti Pauli.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

239.

Herzog Kazimír von Teschen erkläret, dass er das Teschner Land mit den Städten und Burgen vom Könige Johann von Böhmen zu Lehen erhalten habe. Dto. in Opavia, XII. Kalend. Martii (18. Febr.) 1327.

Nos Kazimirus, Dei gracia. Dux Thesschinensis, Recognoscimus et fatemur tenore Presencium Vniuersis Nos esse Principem et vasallum. Magnifici Domini nostri. domini Johannis Bohemie et Polonie Regis Illustris, ac Comitis Lucemburgensis. Et ab eo Terram nostram Thesschynensem, cum suis Ciuitatibus et Castris videlicet Thesschyn Ciuitate cum Castro. Freyenstat. et belitz Ciuitatibus. Zchotschow. et Jemnicz Opidis cum Municionibus. et Ostrauia Castro. cum eciam villis, et hominibus. vasallis et Militibus ad ipsas et ad ipsa spectantibus, et alijs pertinencijs suis vniuersis. in quibuscumque consistant quas nunc habemus. et inposterum sumus quocumque tytulo habituri. nostro heredum et successorum nostrorum nomine Ducum Thesschynensium recepisse in feodum. et ab ipso tenere et possidere iure et Titulo feodali, volentes quod heredes. et successores nostri Duces tesschynenses predicti. iuxta litterarum continenciam, quas a predicto Domino Rege Bohemie super

eo habemus quandocumque predictam Terram nostram vacare contingerit eam ab ipso Domino nostro Rege aut a suis heredibus seu successoribus Regibus Bohemie in feodo deinceps semper recipere debeant et tenere. Et facto sibi seruande perpetuo fidelitatis homagio sicut et nos nunc spontanea et libera voluntate fecimus ei vel eis tamquam eius ve eorum Princeps et vasallus, sincera fide intendere debeant et parere. In cuius rei certitudinem presentis instrumenti tenorem nostri Sigilli Munimine Duximus roborandum. Datum et actum in Opauia Anno Domini M°CCC° vicessimo septimo. Kalendas Marcij Duodecimo.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

240.

Herzog Bolek von Oppeln erkläret, dass er das Land Falkenberg mit den Städten vom Könige Johann von Böhmen zu Lehen erhalten habe. Dto. Opaviae, XII. Kalend. Martii (18. Febr.) 1327.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives in Wien.)

241.

Wladislaw, Herzog von Kosel, erkläret, das Kosler-Land mit den Städten und Vesten vom Könige Johann von Böhmen zu Lehen erhalten zu haben. Dto. Opaviae, XI. Kalend. Martii (19. Febr.) 1327.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

242.

König Johann von Böhmen nimmt den Herzog Wladislaw von Kosel als Vasallen in seinen Schutz und verspricht, ihn bei allen seinen Rechten zu erhalten. Dto. Opaviae, XI. Kalend. Martii (19. Febr.) 1327.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives zu Wien.)

243.

Herzog Johann von Oswitschin erkläret, das Oswitschiner-Land mit den Städten und Vesten vom Könige Johann von Böhmen zu Lehen erhalten zu haben. Dto. Boutung, VI. Kalend. Martii (24. Febr.) 1327.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag aus dem Orig. des k. k. Hofarchives in Wien.)

244.

König Johann von Böhmen und Pohlen befreit das Kloster Königs-Saal von allen Abgaben „monasterium Aulae regiae seu homines et bona ejus quaelibet ab omni collectarum, taxationum, talliorum, impositionum, concessionum et dationum onere, sola dumtaxat excepta collecta bernae regalis, si quam regno nostro communiter imponi per nos contigerit, in recompensam damnorum nec non pro remedio peccatorum nostrorum et salute animae clarae memoriae quondam dominae Elizabeth Boem. et Pol. reginae ac Luc. comit. conthoralis nostrae carissimae". Dto. Tust, XI. Kalend. Septembris (22. August) 1331.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung. S. 243. n. 01. a.)

281.

König Johann von Böhmen schenkt dem Kloster Marienthal auf sechs ihm von den Gebrüdern von Donyn gegebene Hufen in Ostrow völlige Steuerfreiheit. Dto. Pragae, VIII. die Septembris, 1331.

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. p. 222. n. CLVI. aus einer in der ehemaligen Görlitzer Amtskanzlei vom Orig. genommenen Abschrift. Gedruckt in Schottgens und Kreisigs Nachlese XII. 217.)

282.

König Johann von Böhmen erlässt Bestimmungen über den Zoll zu Königsbrück. Dt. zu Bresslaw, an dem nächsten tage nach s. Lucas (19. Octobr.) 1331.

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. p. 223. p. CLVII. — Erwähnt in Kloss 42. Briefe über Bresslau.)

283.

König Johann von Böhmen fordert den Prager Bischof Johann auf, ihm mit seinem Heere gegen Herzog Otto von Oesterreich beizustehen und zu ihm in Laa zu stossen. Dto. in Kosteletz, in Vigilia Omnium Sanctorum (31. October) 1331.

Johannes Dei gratia Bohemiae et Poloniae Rex, ac Lucemburgensis Comes, Venerabili Episcopo Joanni Pragensi, Principi suo dilecto, salutem cum plenitudine omnis boni. Illustri Principi Ottoni Duci Austriae, qui jam Danubio transito cum suo exercitu prope ad invadendum nostri Regni terminos se hostiliter collocavit, Nos de protectione Dei Altissimi et nostrae justitiae meritis confisi, pro defensione nostri Regni eidem armata manu occurrere cupientes, te seriose requirimus et monemus, preces nostras denuo repetentes, quatenus omnibus tuis amicis servitoribus et aliis hominibus armatis, equitibus (non habita confideratione ad Equorum valorem, dummodo ipsi homines armati sint, quoscunque movere et habere poteris) congregatis, Nobis venias in subsidium, ita quod sis apud Nos juxta La die Sabbathi nunc instanti ad standum in Campis. Ad quos ibidem ipso die Nos recipiemus praesentialiter constitutus; In hoc nobis tuam fidem, ut confidimus, ostensurus. Datum Kostelectz, in Vigilia omnium Sanctorum, hora matutina.

(Abgedruckt bei Goldast in Supplement. actor. publ. p. 269. n. XXII.)

284.

Litera super voluntate regis de incorporatione ecclesiarum in Prosteys, Pohorlitz et Stericz circa Trebicz Capitulo et ecclesiae S. Petri Brunnae. „Johannes dei gracia Bohemie et Polonie rex ac Lucemburgensis comes. Venerabili Hinconi episcopo Olomuci principi suo dilecto graciam suam et omne bonum“ etc. etc. etc. Dto. Brunae, fer. II. in die S. Catharinae (25. Novembr.) 1331.

(Dieses Fragment in einer Lade des Archives des S. Peter Domcapitels in Brünn, mitgetheilt von Dr. G. Wolný.)

285.

Klagebrief der Bürger von Teltsch an den König Johann von Böhmen. 1331 oder 1332.

Inclyto principi ac domino suo metuendo, domino Johanni, regi Bohemiae, universitas orphanorum seu civium suorum in Telcz, se ad quaevis ipsius mandata et servitia jugiter obligatos.

Serenitati ac dominationi vestrae voce querula praesentibus duximus propalandum, quod dominus de Lisperk, quem dominatio vestra nobis pro capitaneo et tutore assignaverat, minus juste pro quadringentis sexagenis grossorum denariorum Pragensium dampnum intulit ceterum (?) judici nostro N. cum ex mandato vestro ad gratiam vestram in Brunnam venisset, cum intentionem muniendi ipsam civitatem habebatis, et tunc specialiter eidem N. mandastis, ut villas et hereditates, quas dominus . . desolatas fecerat, idem N. revocare et reformare deberet, quod et fecit mandatis vestris obediendo. Insuper praecepistis, ut si quid contrarietatis per quemcumque praedictis pauperibus vestris oriretur, gratiae vestrae debere intimare. Praeterea cum dictus Lisperk eosdem pauperes opprimeret et gravaret, quod videns praedictus N. se ad visitandum gratiam vestram ad regiones Lambardiae recepit, volens hoc gratiae vestrae notificare, et vos in civitate dicta Crimonia invenit, et literam ex communitate pauperum vobis praesentavit. Item in alia civitate, nomine Parma, domino Ulrico dicto Phlug, camerario vestro commisistis, ut partibus utrisque auditis inter ipsos pacifice complanaret, quod coram vobis idem Lisperk promittens, totum violavit, et postquam domine Rex in partes Boemiae revenistis, videlicet in Tust, ibidem ipsi N. et fratri suo de omnibus satisfacere promisit, quod non fecit, sed in Telcz veniens, ipsis fratribus plus quam pro LX sexagenis damnum intulit, et uxores eorum cum pueris in medio hiemis de civitate ejecit.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung S. 341. n 143.)

286.

Herzog Kazimír von Teschen erneuert das Privilegium der Schölzerei zu Hrušow (Gruschow). Dto. V. Kal. Februarii (28. Jänner) 1332.

In Nomine Domini Amen. Quoniam res geste de facili a memoria euolant hominum, si non litterarum apicibus aut testium uocibus roborentur, proinde Nos Casimirus dei gratia Dux Teschinensis, ad noticiam vniuersorum tam presentium quam futurorum uolumus deuenire, quod inclinati precibus Staschconis, Sculteti de Gruschow, Instrumentum litterale quod olim per nostros progenitores super eadem Scultetia in Gruschow conscriptum fuerat, et id negligentia interijt, in pleno iure suo quotidiano potitus erat, et iuxta quod plenius informati sumus. renouandum dignum duximus in hunc modum, videlicet quod ipsa eadem villa Gruschow pridem distincta et limitata in gadibus suis viginti mansos Franconicos integraliter continet, de quibus ad prefatum scultetum filium quondam Sadoschonis, et ad suos

posteros, tres mansi qui in superiori parte ville sunt, dudum eciam in suis gadibus limitati in latum et in longum absolute et libere debent pertinere. Habebit eciam ibidem prefatus Scultetus et sui sequentes quatuor ortos liberos in latitudine trium mansorum ab ipsa villa usque ad flumen Odram pertensos. Insuper et Molendinum liberum super fluuium Ostrawa, in quo rotas tot construere poterit quotquod ipsi placuerit, et ad ipsum molendinum aqueductum recipere poterit intra villam Muglin ubicunque ipsi commodius videbitur. Possidebit ad hoc eciam liberam et Tabernam preter Insulam que in uulgo Otsog dicitur, sitam in flumine predicto Odra infra ipsam villam et Virbizam, cum humuletis et alijs quibuslibet vtilitatibus ad ipsum scultetum et ad suos pertinebit. Sutorem, pistorem, necnon carnificem in ea habere poterit villa, de quibus Censum pro se et suis percipiet. Tercium eciam denarium de Judiciorum prouentibus sibi conseruabit, duos heredi ville permittendo. Pro uijs eciam pecorum dimidius mansus est dudum assignatus. Et si Ecclesia in ipsa villa edificabitur, illa eciam pro dote dimidium mansum obtinebit. Amplius igitur memoratus Scultetus et sui posteri inter duo molendini fossata, antiquum videlicet et nouum, aggeres et rubetum cum omni fructu et vtilitate quoque nominatus Staschco apud Hermannum de Muglic habebit in sua potestate Comparatum. In cuius rei certitudinem presentibus nostrum sigillum duximus appendendum. Datum Teschinij presentibus dominis Dirizlao nostro Castellano in Ostrauia, Pilgrimo Katzchiz, Zchakone et fratre eius Hermanno nec non Gregorio nostro Notario et alijs pluribus Anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo secundo Calend. Februario quinto.

(Aus einem Privilegienbuche der kais. Kammer vom J. 1663. Bl. 213., mitgetheilt von Dr. Wattenbach.)

287.

Die Herzoge Albrecht und Otto von Oesterreich versprechen dem Grafen Albrecht von Ortenburg 600 Mark Silber für den Schaden, den er aus Anlass der Gefangennehmung Heinrichs von Lipa erlitten hat. Dt. Wien, Sonntag Reminiscere (15. März) 1332.

Wir Albrecht und Ott von Gottes Gnaden Herzoge zu Oestreich und zu Steuer, thun kund offentlich mit diesem Brieff, dass wir unseren getreuen lieben Graf Albrechten von Ortenburg seinen Erben oder wem ers geschafft, von seines Diensts wegen und von den Schaden so er genommen hat an den Streit, da die von der Lippen gefangen wurden, gelobt haben zu geben bey unserer treuen, auf den Sonntag zu Mitfasten der schierst kombt, 600 Mark Silbers je 72 Groschen fuer ein jeglich Mark, und wär dass wir ihm die verzügen, dass er auf denselben Tag nicht gewahrt würde, und dass wir Herzog Albrecht abgingen dass Gott nicht wölle und wir Herzog Ott ihn dann nicht richten dess Guts so soll unser getreuer lieber Graf Ulrich von Pfauuenberg Marschalk in Oestreich, Heinrich von der Lippen und sein Gesellschaft die uns der von Hols geantwortet hat, als lang inne haben vnnz dass die vorgeschriebenen 600 Mark Silber vergolten worden. Gieng aber Graf Albrecht von Ortenburg ab, dass Gott nicht gäbe, so soll man dieselben

Gefangen demselben Edlen Mann Graf Heinrich von Schaumburg einantwortten, der von demselben Gefangen des Guths bekommen soll an des vorgenannten Grafen Albrechten von Ortenburg Erben statt, oder wenn er es schafft und soll die übrigen Gefangen Uns wieder einantworten, die wir dann zu unserer frommen man haben sollen, und dass zu einem offenen Urkhund und Sicherheit geben wir diesen Brief versiegelt mit unsern Ingesiegel der geben ist zu Wien an den Sonntag so man singet Reminiscere Anno 1332.

(Aus Lünigs Reichsarchiv II. Theil. S. 1639.)

288.

Johann, genannt von Schaumforst, Provincial-Comthur durch Böhmen und Mähren, Bruder Friedrich von Salza, Komthur von Komotau; Bruder Nicolaus, genannt Pusser, Komthur von Piskowic; Bruder Nicolaus, genannt Ratmir, Komthur von Drobowic; Bruder Heinrich von Brunek, Komthur von Hosterlitz (Hostradicz); Bruder Siegfried, Komthur von Austerlitz (Naussedlicz); Dietrich, Komthur von Prag und andere Komthure des deutschen Ordens durch Böhmen und Mähren, schenken dem Wyšehrader Probste Johann das in der Nähe des Benedicti-Thores zu Prag gelegene Haus. Dto. Pragae, in die S. Stanislai (8. Mai) 1332.

(Nach einer Abschrift im k. böhm. Museum zu Prag von dem Orig. der k. k. Universitäts-Bibliothek zu Prag.)

289.

König Johann von Böhmen belehnt den Görlitzer Bürger Johann von Salza mit dem Durchzoll in Görlitz, nachdem der vorige Lehensinhaber Ulmann aus der Münze darauf verzichtet hat. Dt. in Arluno fer. VI. ante diem b. Laurentii (4. August) 1332.

(Köhler Cod. dipl. Lusat. super. p. 228. n. CLXI. aus dem Orig. im Görlitzer Rathsarchive. — Gedruckt im Lausitzischen Magazin, Jahrg. 1778. p. 185.)

290.

Heinrich, Bischof von Olmütz, bestätigt den vom Selauer Abte Ctibor zu der Iglauer Kirche präsentirten Capitularen Otto als Pfarrer daselbst. Dto. Pragae, in octava Assumtionis b. Virginis (22. August) 1332.

Nos Hinco dei et apostolice sedis gracia Olomucensis Episcopus notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem honorabilis et Religiosi viri fratris Stiborii Abbatis Monasterij in Syloa dilectum nobis fratrem Ottonem ipsius Monasterij Canonicum in Ecclesia in Yglauia per mortem fratris Hermanni quondam eiusdem Ecclesie plebanum iam vacante, in qua idem Abbas ius obtinet patronatus, Rectorem

legittimum instituimus et plebanum, ipsam sibi cum omnibus juribus et pertinencijs suis auctoritate ordinaria confirmantes, et curam ei animarum ibidem, prout ad ordinarie potestatis spectat officium committentes. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum sigillum duximus appendendum. Datum Prage Anno domini nostri Jesu Christi Millesimo Trecentesimo Tricesimo secundo. In octaua Assumpcionis beate virginis.

(Das Orig. auf Perg. mit einem wohlerhaltenen Sigille in dem Archive der Prämonstrat. Abtei am Strahow zu Prag A. 9. XXIII.)

291.

König Johann von Böhmen und Polen gibt dem Hochmeister Luther von Braunschweig und dem deutschen Orden die Zusicherung, dass er sich mit dem Könige von Krakau nicht versöhnen wolle, ohne für die Entschädigung des Ordens zu sorgen. Dto. Nüremberch des nechsten Mitwochens nach sant Bartholomeus tag (26. August) 1332.

(Voigt Cod. diplom. Prussic. T. I. p. 185. n. CXLI. nach der Orig. Urkunde mit dem schon etwas beschädigten Siegel des Königs im geh. königl. Preuss. Archive.)

292.

König Johann von Böhmen und Pohlen gestattet dem Königsaaler Abten Peter und dessen Convente den Ankauf von Gütern in Böhmen und Mähren „quod ipsi in regno nostro ubique tam per Boemiam quam per Moraviam hereditates et possessiones pro ipsis a cujuscumque conditionis hominibus possint emere, aut pro emendatione status sui eas vendere, aut hereditates pro hereditatibus commutare, prout eis videbitur expedire; praesertim gratiam conferimus hanc eisdem, ut testamenta a quibus cumque tam vivis quam defunctis debeant recipere pro se et tenere, seu in rebus mobilibus vel immobilibus ista fiant.“ Dto. Prage, IV. Idus Septembris (10. Septemb.) 1332.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung S. 243. n. 10. b.)

293.

König Johann von Böhmen verspricht, den deutschen Orden in dem Besitze der zwischen den Flüssen Weichsel und Netz (Noteć) gelegenen Güter zu schützen. Dto. Pragae, VI. fer. post nativitatis b. Mariae. 1332.

(Im Cod. diplom. Poloniae Leonis Rzyszczewski et Antonii Muczkowski. B. 2. S. 250. n. CCLV. nach dem Orig. eines Privatarchives.)

294.

Carl, der erstgeborne Sohn Königs Johann von Böhmen, bekennet, dem Johann de Landulphis iudici et auditori curie paterne et sue achtzig Goldgulden für Besoldung und sechzig Goldgulden wegen Versendungen desselben schuldig zu sein. Dat. Parma 22. Sept. 1332.

(Registr. Priv. von Pavia, Handschrift, [fol. Pap. XV. oder XVI. Jhdt.] zu Pavia Bl. 5. — Böhmer Add. II. S. 339. n. 1.)

295.

Waffenstillstand, geschlossen zwischen Johann, König von Böhmen, und dessen Sohn Carl einerseits, und Robert, König von Neapel, Albert und Martin della Scala, Azzo Visconti &c. &c. anderseits, bis zum nächsten St. Martinstage. Dt. 23. April 1333.

(Aus dalla Corte Storie di Verona II. 176.)

296.

Verordnung des Richters und der Schöffen der Stadt Prag über fremde Kaufleute. Dto. am nächsten Mittwoche vor Pfingsten (19. Mai) 1333.

Wir Francis Kornpuhel der richter vnd Chvnrat Gynochsel, Mertein vnd Pesold von Eger, Hanreich von Thaust, Niclas der Weis, Wenczlab hern Albrechtes sun, Polk hern Jacobs svn, Frenczil Hopfner, Niclas Fridinger, Andres Goldner vnd Peter Nimburger, schepfen und purger gemeinclich der stat ze Prag, bechennen offenbar an disem gewertigen prif, das wir nach der hantwesten, di wir haben von dem seligen genedigen chunik, chvnik Wenzlaben, vnd nach den genaden, mit den wir vnd vnser stat vnd auch die mynner stat ienseit benadet sein, des mit verdachtem mut, zu rat vorden sein, vnd gemeinclich des vberein kumen sein durch der choufleute willen, di vnser pvrger sein, das si gedeihen vnd nicht verderben, das alle geste, di koufleute sein, di ir kaufmanschaft zu vns ze Prag bringent, si sein von Eger, von Regenspurk, von Kolen, oder von wan si sein, das si ir Kaufmanschaft hie ze Prag in vnser ablegen schullen, oder si mugen di verfuren aus vnser stat, ob in das behegelich sei. Ist aber das, das si funf tag in vnser stat mit der selben kaufmanschaft belebent, so sullen si ir kaufmanschaft auf binten czwain biderben mannen vnd vor eim schreber, di wir dar zu kisen vnd seczen; vnd wen daz geschiht, so mugen di selben kaufleute di kaufmanschaft aus vnser stat mit nichte verfvren. Gesehe des nicht, so sullen di genanten kaufleute drei march silbers zv puze geben an wider red, vnd dennoch sullen si di kaufmanschaft nicht verborgen den andern aufbinten, alz vor geschriben stet. Dar nach sullen di genanten kaufleute, di geste seint, irer kaufmanschaft nicht verborgen den andern gesten in vnser stat, svnder si sullen verkaufen di selbe kaufmanschaft vnsern purgern Pragern vnd andern purgern aus andern steten, di zu Behem vnd zu Merhern gesessen sint, di irer losung gebent vnd recht tont,

di iren steten zv gehornt vnd gewoinlich sint. Gescheh aber des nicht, so sol der gast, der da verkauft, vnd auch der gast, der da kauft di selben kaufmanschaft, di genanten puz leiden; iczlicher sol drei march silbers geben an wider red, vnd der kauf, der da geschehen ist zwissen in, sol ab gen, vnd sol nicht kraft haben; vnd qweme der geste dheiner hin, vnd das der ander hie belib, der, der da beleibt, sol di genanten puz zwispillen; er soll VI march silbers geben. Darnach sol dhainer wirt, der unser purger ist, der der geste der chaufleute pfligt, in seinem houze dhainerlei chaufmanschaft wider seine geste kaufen. Gescheh aber das, so sol iczlicher sechs march silbers ze puze geben an wider red, vnd derselbe kauf sol abgen, vnd sol dhain kraft haben. Wer aber daz, daz der purger dhainer auz vnser stat oder auz iener stat beschuldigt wurde von czwain getreven biderben mannen, daz er geselschaft mit seinen gesten gehabt hette am kaufen oder am verkaufen der chaufmanschaft, es mag der selbe purger, der also beschuldiget wirt, zwen getreven biderben mannen, daz ie der man auf hundert march silbers habe, zv sich nemen, vnd sullen mit im swern, daz er dhain geselschaft mit seinen gesten gehabt hette. Vnd wer daz, daz sich der selbe purger also beschuldigter mit zwain getreven biderben mannen der schult nicht entschuldigen mohte, so sol er zehen march silbers ze puze geben, vnd sol des einen ayd swern, daz er dhain geselschaft mit den gesten nymermer haben sol oder welle. Dar nach sol dhain purger weder aus unser stat, noch aus iener stat dhainerlei kaufmanschaft von einem purger von Flandern oder von Wenedi oder aus andern landen in vnser stat oder in iene stat fůren vnd pringen, dier antworten welle eim purger auz vnser stat oder auz iener stat, er habe, denne einen prif der gezevgnusse von iem Purger aus ienen landen, daz er di kaufmannschaft seinem wirt her ein in vnser stat oder in iene stat gesant habe. Wer aber daz, daz der purger dhainer aus vnser stat oder aus iener stat dhainerlei kaufmanschaft an sulchen prif vnd an sulche gezevgnuse brecht ze Prag, aus welhen landen daz wer, der selbe purger sol daz puzen, er sol drei mark silbers geben, vnd dar zv den funften pfennig von der kaufmanschaft, di er bracht hat, an wider red. Vber daz allez so welle wir, daz dhain gast, der ein kaufman ist, vnd zv vns kumet in vnser stat, vnd kaufmanschaft pringet, welcherlei di sei, daz er di kaufmanschaft nȳman, weder vnsern purgern in vnser stat noch nȳman anders aus vnser stat porgen sol vf iar vnd tag, noch auf ein habes (sic) iar, noch auf dhain tag, es were denne auf wier vochen oder auf vierczehen tag, auf di vrist mag er noh porgen vnd nicht lenger; vnd welher gast dez nicht enhilde, der sol daz verpuzen, er sol den fvnften pfennig seiner kaufmanschaft, di er porget, verlor haben; dieselbe puze sol vnser stat gewallen. Mit den selben puzen sol man di mawer, di turm vnd di zvprochen průken, di wege vnd di stege vnd andern gebrechen vnser stat bezzern. Vnd zv eim Vrkund und zv eim stetikeit aller diser sache habe wir disen prif lazen scriben und veringsigeln mit vnser stat ingsigel. Der gegeben ist nach Cristes geburt vber drevczehen hundert iar und dar nach in dem drey vnd drizzigestem iar an der nechsten mitvochen vor pfingsten.

(Nach dem ältesten Stadtbuche des Prager Altstädter Archives vom J. 1310. Bl. 72. 73. mitgetheilt vom H. Archivar K. J. Erben.)

297.

Jesk, Probst am Wišehrade und Kanzler von Böhmen, Peter von Rosenberg, Thymo von Coltitz, Wilhelm von Landstein, Heinrich von Lippa, Otto von Bergow, verbürgen sich, gegen Herzog Heinrich von Kärnthen wegen der Teidung über die 40,000 M., welche Carl ältester Sohn des Königs von Böhmen in Vollmacht seines Vaters abgeschlossen hat, dass alles darin Versprochene geleistet werden solle. Meran acht Tag nach St. Michael (6. Octbr.) 1333.

(Original im k. k. geheimen Archiv. Vergl. Beiträge zur Geschichte von Tirol. VII. Bd. 220.)

298.

Die Urkunde Nr. 86, Seite 65 dieses Bandes: K. Johann und Markgraf Carl befreien die Prager Bürger auf vier Jahre von allen Abgaben, ist nach Pelzel abgedruckt und das Datum auf III. Id. Octob. 1335 darnach mitgetheilt worden. Das Original derselben wurde im Brünner Franzensmuseum gefunden und daraus entnommen, dass der Abdruck zwar correct ist, dass aber statt III. IV. Id. Oct. zu lesen sei, hiernach wäre die Urkunde nicht am 15., sondern am 12. October 1335 ausgestellt worden.

299.

Carl, erstgeborner Sohn des Königs Johann von Böhmen, bestätigt dem Domstifte zu Bautzen einen Lahn in dem Dorfe „Gneusticz.“ Dto. in Sythauia, IV. die Decembris 1343.

(Abgedruckt in Köhler's Cod. diplom. Lusat. super. p. 362. n. LVII. nach dem Orig. des Bautzener Domarchives.)

300.

Herzog Niklas von Tropau verkauft dem Dominikaner-Nonnenconvente zu Ratibor das Dorf Suchopsina. Dt. apud Ratibor in castro, XIII. Kal. Martii (17. Februar) 1337.

In nomine Domini Amen. Sapientum sanxit auctoritas, vt ea que aguntur, et sunt longeuis duratura temporibus, litterarum apicibus et sciencia testium, vt eciam ad noticiam futurorum veniant, fulciantur. Nouerint igitur vniuersi, tam presentes quam posteri, hanc paginam inspecturi sev audituri, Quod Nos Nicolaus dei gracia Dux Oppauiensis et Ratiboriensis, matura et bona prehabita deliberacione, ac requisito nostrorum fidelium consilio, Villam ac Hereditatem nostram, Suchapsina vulgariter nuncupatam, in Terra nostra Oppauiensi, sed in iure Lubshicensi, situatam, cum vniuersis et singulis suis vtilitatibus, prouentibus, Seruiciis, iuribus, Seruiciali auena id est auena venatorum, que Thevtonico eloquio lovczhaber appellatur, et cum Censu Siluatico, pratis, aquis, cum allodio, habente ad se quatuor

laneos minus vno quartali, pertinentes, et cum omnibus pertinenciis, in quibuscumque consistunt, et quocumque nomine censeantur, que nunc sunt vel in futurum esse poterint, infra metas, terminos, ac limites, quibus eadem villa ac hereditas ab antiquo circumferencialiter limitata est et distincta; Eciam cum pleno nostro iure et dominio ducali, prout ad nos noscitur pertinere, Conuentui Sororum Sanctimonialium, Sub professione Ordinis sancti Dominici, in Monasterio sancti Spiritus beate que Marie semper virginis ac beati Johannis apostoli et Ewangelizte, in Ciuitate Ratibor Cristo famulancium, vendidimus, ac liberaliter Sibi et suo iam dicto Monasterio, pro Trecentis marcis grossorum Pragensium, Morauici numeri, pro qualibet marca sexaginta et quatuor grossos computando, Nobis integraliter datis iam et solutis, resignamus, cum omnibus superius nominatis et expressis, possidendam et habendam in perpetuum iure hereditario et tytulo proprietatis, prout per Nos vsque nunc habita extitit et possesso, excepto solo Rubo, prope sepefatam villam iacente, quem occasione venacionis nobis reseruamus. Volumus et promittimus eciam, predictum Conuentum Sanctimonialium cum suo dicto Monasterio erga omnem hominem, cuiuscumque condicionis fuerit vel dignitatis, ab omni inpeticione sev repeticione, si que Sibi pro memorata villa ac hereditate, aut pro aliqua parte eius, quomodolibet moueretur, solempniter exbrigare et indempnem conseruare. In cuius rei testimonium, ac perpetuam huius vendicionis firmitatem, presentem litteram conscribi et nostri appensione sigilli mandauimus communiri. Actum et datum apud Ratibor in Castro, xiij Kal. Marcij, Anno domini Millezimo Trecentezimo Tricezimo Septimo, presentibus nostris fidelibus, domino Wokcone de Sezicina, Borsuta Camerario, Vlmanno de Linauia, Hyncone de Lubshicz, Pribislao Czudario nostro, Fredrico de Lodnicz, Alberto Longo, ac aliis multis fidedignis, et domino Petro Wladizlauiensi, nostro Capellano, cuius manibus, loco, die, et anno predictis, presencia conscribuntur.

(Nach dem Orig. mit anhängendem wohl erhaltenen Reitersiegel an rother Seide, ohne Rücksiegel, im Archive des ehemaligen Dominikaner Nonnenklosters in Ratibor, mitgetheilt von Dr. Wattenbach.)

301.

Blanka, Markgräfin von Mähren, bestätigt die Freiheiten der Kirche zu Pohořelic und das Patronat über dieselbe dem Brünner Capitel. Dto. Brunae. V. Kalend. Februarii (28. Jänner) 1338.

(Dr. Wolný kirchliche Topographie von Mähren. II. Band. II. Abthl. S. 231. Note 4.)

302.

Heinrich von Plumenau und dessen Bruder Ješek verkaufen der Eufemia, Nonne des Dominikanerklosters zu Ratibor, die Stadt Baworow und die Dörfer Sulkow, Čerwenkow und Džengilow. Dt. Oppauie, Sabbato infra octav. Assumtionis b. Marie virg. (19. August) 1340.

Nos Heynricus de Plumenau, et Jesco noster germanus, frater Ordinis domus Theuthunice, Recognoscimus tenore presencium vniuersis, quod matura deliberacione pre-

habita, amicorumque et fidelium nostrorum consilio precedente, Bona nostra hereditaria, situata in terra seu districtu Oppauiensi, nunccupata, Oppidum Baworob, et villas Sulcau, Czirbenkau et Dgehilhau, Cum omnibus earum Juribus et pertinencijs, videlicet Jurisdicione, Jurepatronatûs, Aduocacia, honore et dominio, necnon cum Agris cultis et incultis, pascuis, Pratis, Montibus, planis, Siluis, Rubetis, aquis aquarumve decursibus, Molendinis ad ventum vel aquam expositis, in quarumcunque (leg. quacunque) villarum dictarum, Juxta, citra, vel prope situatis, Mellificijs, Censibus, redditibus et fructibus, Piscacionibus, aucupacionibus, et venacionibus, hominibus, et generaliter cum vniuersis vtilitatibus et appendijs suis, quibus ad nos seu antecessores nostros, parentes, auos, vel atauos, vel quoscunque alios, spectabant, quocunque nomine censeantur, aut in quibuscunque rebus consistant, Rite et racionabiliter vendidimus Serenissime domicelle, Domicelle Eufemie, Sanctimoniali in Rathwor, sorori quondam germane Incliti Principis, domini Lesconis, pie recordacionis, ducis Rathoworiensis, pro Sexcentis et quinquaginta Marcis graui (sic) ponderis et numeri Morauicalis, sexaginta et quatuor grossis pro marca qualibet computandis, grossorum Pragensium denariorum. Promittentes bona nostra fide, si quicunque vel qualescunque predicta Bona inpecierint, vel quoscunque inpetere contigerit, Vna cum Nobilibus viris, dominis et amicis Karissimis, scilicet fratre nostro Benessio, et patruo nostro Dirzizlao, dictis de Crawarn, Bockone patruo nostro de Czychyn, secundum Jus terre Oppauiensis disbrigare, qui et pro nobis et nobiscum promittunt pura fide, omnia et singula predicta inviolabiliter obseruare. Occasione autem quacunque interueniente, dicta bona, per quemcunque seu qualescunque inposterum, quouis tempore vel modo, per aliquem seu aliquos, a dicta domicella, vel filiabus, Illustris principis Nycolai, Oppauie et Rathwor ducis, scilicet Elizabet, Agnes, et Anne, vel succedentibus, per superadicionem pecunie, pagande vel pagate, numerande vel numerate, seu ampliori superadicione empcionis pecunie, remoneri eueniret, intercipere, disbrigare, ac prouehi, ut premittitur, secundum Jus terre predicte, promittimus, omni attencione qua valemus. Promittentes ad manus iam dicti sereni domini ducis Nycolay, dicte domicelle, et filiabus domini ducis iam notati, in Claustro Rathworiensi degentibus, vniuersa obseruare. si autem, saluo omni Jure earum, facere non possemus, nec valeremus, extunc debemus et promittimus, bona fide, Ciuitatem Oppauiensem nomine veri obstagij subintrare, ibique sicut Juris et moris est obstagium tenere, donec Mille marcas graui ponderis pagauerimus, vel bona singula, ut premittitur per nos quatuor prenominatos fuerint omnimode disbrigata. In Cuius Rei Testimonio presentes fieri fecimus et Sigillis nostris, et amicorum nostrorum predictorum, Benesii fratris nostri, et Dirzsylay patrui nostri dictis de Crawarn, Beckonis de Czychyn, quos ad hoc testimonium et compromissum vendicionis petiuimus specialiter contestari, fecimus munimine roborari. Datum Oppauie, Anno domini Millessimo Trecentesimo Quadragesimo, Sabbato Infra Octauas Assumpcionis Beate Marie virginis.

(Nach dem Orig. mit vier anhängenden wohlerhaltenen Sigillen im Archive der kaiserlichen Kammer zu Breslau, mitgetheilt von Dr. Wattenbach.)

303.

Herzog Niklas von Tropau bestätigt, dass Heinrich von Plumenau und dessen Bruder Ješek der Eufemia, Nonne des Dominikanerklosters zu Ratibor, die Stadt Baworow und die Dörfer Sulkow, Červenkow und Džengilow verkauft haben. Dt. in Ratibor, in octava Assumptionis b. Marie virginis (22. August) 1340.

In nomine domini Amen. Omnis calumpnie via tunc precluditur, et tunc omnis ambiguitas tollitur, dum ea, que aguntur, litterarum apicibus et sciencia testium fulciuntur, vt ad noticiam veniant futurorum. Nos igitur Nicolaus dei gracia Oppauiensis et Ratiboriensis Terrarum Dux, vniuersis et singulis, tam presentibus quam futuris, ad perpetuam rei memoriam, publice profitemur, Quod nobilis vir et fidelis noster, dominus Henricus dictus de Blumenow, et frater Jeshco germanus eiusdem, ordinis et professionis fratrum domus Thewthonice, sani mente et corpore, in nostra constituti presencia, matura prehabita deliberacione, sponte voluntarie que, omnimodo heredum ac ceterorum sui amicorum accedente consensu et specialiter licencia superiorum ordinis dicti fratris Jeshconis, qui id potuerunt, prout tunc super hoc plene certificati exstitimus, Bona sua, scilicet Baworow Opidum, et villas, Sulcow, Cziruencow, et Dzengilow, vulgariter nuncupata, sita in Districtu Oppauiensi, que scilicet Bona dominos quondam Bawarum de Straconicz, Wokonem de Crawer, et nunc dominum Henricum et fratrem eius Jeshconem iam dictos, bona fide et iusto tytulo, ac omni vniuersaliter et singulariter dominio et consuetudine, quibus Bohemie et Morauie Barones sev nobiliores, Bona ipsorum hereditaria, vsque in presens tempus tenere sev possidere sunt soliti, a longe retroactis temporibus, presentibus publice profitemur et nouimus possedisse, cum hominibus, Censu, allodiis, agris, cultis et incultis, Campis, Siluis, pratis, pascuis, Molendinis, fluuijs, piscinis, piscacionibus, venacionibus, aucupacionibus, seruiciis, honoribus, vniuersaliter cum omnibus et singulis vtilitatibus, prouentibus, sev vsufructibus, presentibus et futuris, gadibus, metis, et limitibus, ab antiquo limitatis et distinctis, ac pertinenciis vniuersis, eciam quocumque nomine censeantur, et in quibuscumque consistant, omni Jure et dominio ac consuetudine, quibus ea tenuisse sev possedisse actenus dinoscuntur, Illustri deodicate virgini Domicelle Eufemie, Illustris quondam domini Lestkonis Ducis Ratiboriensis, Sororij nostri, germane, sub voto ordinis beati Dominici in Monasterio Sanctispiritus, beate Marie semper virginis, ac beati Johannis apostoli et Ewangelizte, in Ciuitate Ratibor professe, nomine eiusdem Monasterij vendiderunt, ac liberaliter resignauerunt, pro Sexingentis et quinquaginta marcis grossorum denariorum Pragensium, Morauicalis numeri et pagamenti, scilicet sexaginta et quatuor grossos denarios pro marca qualibet computando, per ipsam deosacratam virginem, Domicellam Eufemiam iam dictam, eisdem, domino Henrico et fratri Jeshconi, de peccunia per dominum Lestkonem predictum, olim ducem Ratiboriensem, memorato Monasterio Sanctispiritus in Ratibor, in testamentum pro (sua et) suorum remediis animarum data seu legata, iam integre et plenarie datis et solutis, per ipsam que eandem Illustrem deosacratam virginem, Domicellam Eufemiam ad vite sue tempora, deinde ipsa dece(dente

per Domi)cellas, Elizabeth, Agnetem, et Annam, dilectas filias nostras, dicte Domicelle Eufemie neptes, et ex professione ordinis beati Dominici, in supra dicto Sanctispiritus Monasterio in Ratibor consorores (et per quamlibet) earum similiter ad tempus, quousque quelibet earum aduixerit, Demum ipsis eisdem filiabus nostris eciam ab hac luce migrantibus, per ceteras Monasterij Supradicti deodicatas virgines Sanctimoniales, (et per Conuentum ea)rum, ipsarum ac ipsius Monasterij nomine, in testamentum perpetuum, pro domini Ducis Lestkonis, ac Domicelle Eufemie, predictorum, omnium que suorum remedijs animarum, iure hereditario, et proprietatis tytulo perpet(uo tenenda, habe)nda, ipsis vtifruendis, ac eciam possidenda, nec ab ipso Monasterio vllo umquam tempore alienanda, nisi in vsus eiusdem equiualentes uel meliores, de maiorum suorum saniori consilio, ea duxerint con(uertenda). Predicti eciam, dominus Henricus et frater Jeshco, renunciauerunt pro se et suis, omni accioni, inpeticioni, repeticioni, sev iuri, que sibi aut suis, in premissis bonis, aut in aliqua parte ipsorum, quauis (occasion)e pronunc competere possent, aut eciam perpetue in futurum, ac coram nobis profitentes, se de predictis Sexingentis et quinquaginta marcis ex parte prefate domicelle Eufemie et Monasterij (supradi)cti sollempniter et plenarie sev integre fore pagatos. Preterea Nos nolentes nostri et nostrorum salutis compendia preterire, Illustris que Domicelle Eufemie, filiarum nostrarum, ceterarumque virginum Sanctimonialium predictarum, Monasterij prefati, patrocinium nostrum continue inplorancium, zelo sincere dilecciones, ac pie singularis que deuocionis, inducti, pro nostre, dilecti Sororij nostri, quondam domini Lestkonis Ducis Ratiboriensis predicti, ac quondam Consortis nostre karissime, domine Anne, dicte que Domicelle Eufemie, omnium que nostrorum remediis animarum, Sic ut oracionum, ieiuniorum, vigiliarum, Castigacionum, ac quorumlibet bonorum, que per eas diuina clemencia operari dignabitur, plene et fraterne simus participes, testamentarie ipsis memoratis virginibus Sanctimonialibus, nomine Monasterij supradicti, quindecim marcas grossorum denariorum Pragensium, Morauicalis numeri et pagamenti, quas nobis pro Seruicio cum vno Dextrario faciendo, annis singulis de dictis bonis dare et soluere sunt astricte, omnes (collect)as, exacciones, tallias, bernas, prestaciones, soluciones, subuenciones, contribuciones, vecturas, angarias, perangarias, omnia que vniuersaliter et singulariter iura, ac personalia et realia Seruicia, quocumque vocentur nomine, et in quibuscumque consistant, que nobis et Successoribus nostris pronunc competunt in eisdem, aut competere possent quomodolibet perpetue in futurum, ex certa nostri sciencia, et de libere voluntatis nostre arbitrio, perpetue relaxamus, volentes, et donantes eis ac exementes eas ex nomine, vt perpetuo nullus Czudarius seu Judex prouincialis alias nuncupatus, aut alius Judex noster quicum(que in) iam dictis ipsarum bonis, per se aut nuncios suos, Judicio presidere, vel quemquam pignorare debeat, aut Jurisdicionem aliquam exercere. Sed si que persone aut res, in eisdem bonis capte, debe(nte aut) quomodolibet arrestate fuerint, tam in maioribus causis, ut est pena capitis, quam in minoribus quibuscumque, persone et res huiusmodi ibidem per procuratorem sev officialem dictarum virginum Sanctimonialium, iuris ordine iudicari debeant, et sentencie exequcioni debite demandari, dictis Judicibus minime requisitis, ac quod dicte virgines Sanctimoniales super dictarum quindecim marcarum, talliarum, (col-

lectarum ex)accionum, bernarum, solucionum, subuencionum, contribucionum, vecturarum, angariarum, perangariarum, Jurium et Seruiciorum, relaxacione iurisdicionis, et exempcione pignoracionis, a quoquam nullo vmquam tempore (inpetantur, de) quibus omnibus et singulis, ipsis eisdem virginibus Sanctimonialibus, nomine Monasterij ipsarum sepefati, damus, concedimus, et donamus, plenam et omnimodam libertatem perpetuis temporibus duraturam. (Ad hec ratifica)mus approbamus, Innouamus et confirmamus, virginibus Sanctimonialibus et Monasterio, omne dominium, Jus et consuetudinem, Supradicta, quibus dicti domini, Bawarus, Wokco, Henricus, et frater Jeshco, in (sepefatis bonis) vti et gaudere sunt soliti, Sic ut eisdem ipsis, dominio, jure et consuetudine, irreuocabiliter perpetuo decetero gaudeant et vtantur. Nos itaque empcionem et vendicionem supradictas, ad dictarum parcium instanciam (ratas et) gratas habentes, volentes que ipsas vna cum nostri donacione testamentaria, ac ratificacione, approbacione, Innouacione, et confirmacione, predictis, robur obtinere perpetue firmitatis, Presentes fieri et (deosacratis) virginibus Sanctimonialibus et Monasterio sepius memoratis, dari mandauimus sigilli nostri maioris, appensione munitas, in testimonium et firmitatem predictorum omnium Sempiternum. Actum in Ratibor (Sub) anno domini Millezimo Trecentezimo Quadragezimo, In octaua assumpcionis beate Marie semper virginis et matris gloriose. Presentibus fidelibus nostris, domino Walthero de Wlmen milite, Heyncone de Lu(bschiz, D)eczcone de Byckow, Curie nostre Ratiboriensis Judice, Msticone de Cornicz, Borsuta de Herolticz, Czudario Terre nostre Oppauiensis, Wernero longo de Barutswerde, Petro dicto Rashicza, Cunado dicto Sl(ewser Ci)ue de Nisa, et Frenczlino quondam Cristani de Praga, ac Petro Plebano Losslauiense, nostro Capellano, ac quondam domini Lestkonis Ducis Ratiboriensis Notario, cuius manibus presencia conscribuntur.

(Nach dem zerlöcherten, übrigens aber wohlerhaltenen Originale, mit anhängendem Reitersiegel und Rücksiegel, im Archive der k. Kammer zu Breslau, mitgetheilt von Dr. Wattenbach. — Die eingeklammerten Stellen sind nach einer alten Abschrift ergänzt.)

304.

Herzog Niklas von Tropau bestätigt dem Dominikaner-Nonnenkloster zu Ratibor den ungestörten Besitz der durch die Nonne Eufemia vom Heinrich von Plumenau und dessen Bruder Ješek erkauften Stadt Baworow und der Dörfer Sulkow, Čerwenkow und Džengilow. Dt. in Rathowor, in octava Assumtionis b. Marie virg. (22. August) 1340.

Nycolaus dei gracia Oppauie et Rathoworie dux Omnibus imperpetuum. Conditor vniuerse creature, deus ineffabilis, sue pietatis thezauros suis dispensat fidelibus, manum que plenam misericordie operibus expandit ad premia graciarum, eos siquidem, quos in virtutum exercicio et amoris desiderio feruenciores invenit, atque priores agnoscit excellencia meritorum, Amplioris benediccionis sue preuenit beneficijs, et coronat stipendio brauij largioris. Sane cum in hijs ad eterni principis exemplar nostros actus conformare et dirigere studiosius intendamus, licet ex liberalitate ducali vniuersas Ecclesias, quas auctore domino, per quem Reges Regnant et principes optinent principatus, patrocinio ducali contuemur,

nostri fauoris brachijs generaliter amplectamur, et in cuiuslibet promocionis prosecucione ac defensionis presidio earundem sollicitudine diligenti et deuocione sollicita vigilemus, Tamen quibusdam ex ipsis, vtpote Ecclesie et Monasterio Sanctispiritus, sancte Marie, et Beati Johannis Ewangeliste, In Ciuitate nostra Rathowor situato, Religiosarum, nobis in Christo dilectarum, sororis nostre, Serenissime domicelle, Domicelle Eufemie, quondam germane, felicis memorie, Incliti principis domini Lesconis, ducis Rathoworiensis, predecessoris et sororij karissimi, et filiabus nostris dilectis, Elizabeth, Agnes, et Anne, necnon deuotis Priorisse et sanctimonialibus, in eodem Monasterio degentibus, diuini cultus, aliaque caritatis opera, quibus tamquam gradus asscensionis, ad ueteri (sic) Salomonis reclinatorium ascenditur, et sancta Mater Ecclesia in filiorum operibus delectatur, studiosius peragantur, vberioris dileccionis graciam inpertimur, et interiores amplexus specialius admisimus cordis nostri, In eo equidem boni Emulatores Serenissimorum prèdecessorum nostrorum euidencius existendo, qui eciam idem Monasterium fundauerunt, et fouerunt vberibus gracie multiformis pre ceteris, dileccionis priuilegio singularis. Nos igitur racionis intellectu perspicacius intuentes, quod affectus ex affectu colligitur, et quod interioris mentis est expositor actus extra, vt nostra dileccio quam ad pretactum gerimus Monasterium, appareat euidencius operis argumento, ac eciam singularem amorem et dileccionem, quem predicte Inclite domicelle, et nostris filiabus prenotatis, ex merito gestari dinoscimur intuentes, Oppidum Bawrob, cum hijs villis, scilicet Sulcau, Czirbenkau, et Dghehilob, et omnibus pertinencijs et appendijs suis seu eorum, vero empcionis tytulo per dictam domicellam, sororem nostram karissimam, pro suis denarijs conparatum vel conparatis, A Nobilibus viris . Henrico de Plumnav, et eiusdem germano, fratre Ordinis domus Theuthunice, prout ex litteris eorum super hoc vendicione, empcione ac protestacione confectis plenius didicitur (sic) et apparet, omni Jure quo ipsi possiderunt et tenebant, nostrum benignum huic vendicioni et empcioni prebentes assensum, Volumus vt eedem, domicella Eufemia, seu filie nostre predicte, quacunque alteri succedente, vel eisdem non existentibus, Priorissa et conuentns dicti Monasterij, Jure aliorum bonorum monasterialium, Terre nostre Oppauiensis, tenere debeant in antea, et iuxta consuetudinem ceterorum claustralium habilitatem et scienciam habitam et sanccitam perpetuis temporibus possidere. Omnia Jura et seruicia, que nobis in eodem seu eisdem competunt, preterquam consuetudinaria claustralium ut premittitur, Quindecim tamen Marcas graues annuatim nobis dandas, pro seruicijs vnius Dextrarij, datis et obseruatis actenus per dictorum bonorum possessores, ad instanciam amoris que dileccionem sepedicte domicelle et filiarum nostrarum ac potissime propter deum, ad vtilitatem et ampliorem profectum, ei vel eis dominabusque prefatis, in prenominato Claustro Rathiworiensi degentibus, tenore presencium relaxamus, resignauimus libenter et liberaliter resignamus. Volentes, ut exnunc ipsa bona prenominata possidere perpetuo debeant pacifice et quiete, nec easdem aliquis racione dictorum bonorum inpetere nec inquietare vlloumquam tempore audeat vel presumat, cum omnibus Juribus et vtilitatibus ac prouentibus suis, perpetuis, temporibus ad dictum Monasterium seu claustrum virginum in Rathowor pertinentibus, ratum, gratum et confirmatum habentes, volumus et affectamus ab omnibus inviolabiliter obseruari. In cuius Rei Testimonium presentes Litteras fieri fecimus,

et Sigillo nostro Maiori munimine roborari. Actum In Rathowor, Castro nostro ducali, In presencia Nobilium et discretorum nobis fidelium, Dgheczconis, Curie nostre Rathoworiensis Judicis, Miscziconis dicti Kórnicz, Wernheri longi de Warutzwerde, Petri Razsicz, Waltheri de Fullen, Heynconis de Lübsicz, Borsuthe de Heroltícz, Camerarij Zude terre nostre Oppauiensis, et Chunatonis dicti Slüsser de Nysa, in testimonium premissorum. Et Datum per Manus Prothonotarij et fidelis nostri Frenczlini Cristani de Praga. Sub Anno Abincarnacione domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo, In Octaua Asumpcionis Virginis gloriose.

(Nach dem Orig. mit einem schön erhaltenen Reitersiegel nebst Rücksiegel im Archive der k. Kammer zu Breslau, mitgetheilt von Dr. Wattenbach.)

305.

Papst Clemens VI. überträgt dem Brucker Abte die Schlichtung des Strittes zwischen dem Geraser Kloster und dem Marquard Merschel wegen der Pfarre in Ranzern bei Iglau. Dto. Burdegalis, XVI. Kalend. Junii (17. Mai) 1342.

(Das Orig. im Geraser Abtei-Archive.)

306.

Markgraf Carl von Mähren erkläret, dass über den Besitz der der Breslauer Kirche gehörigen Burg Mylicz weder bei, noch ausser Gericht eine Frage stattfinden könne. Dt. Pragae, Idus Novembris (13. November) 1342.

Carolus Johannis regis Boemie primogenitus ac marchio Morauie castrum dictum Mylicz, quod libere et quiete tenet ecclesia Wrat. ad ipsam pleno iure et cum omni dominio libere pertinere sponte et bona fide pro se suisque heredibus et successoribus universis permittit et spondet quos de castro predicto seu de iure proprietatis ipsius nunquam in iudicio vel extra predictae ecclesiae moveat vel movere debeant aliqualiter quaestionem. Dat. Pragae Idus Nov. (13. Novemb.) a. D. M° CCC° xlsecundo.

(Diesen Auszug aus der Handschrift: L. Nieger. Bl. 453. im k. preuss. Provinz-Archiv zu Breslau hat mitgetheilt Dr. Wattenbach, Archivar daselbst.)

307.

Markgräfin Blanca bittet Papst Clemens VI. um Vereinigung der Pfarrei zu Malin mit dem Kloster Sedlec. Dt. Pragae, XI. die mensis Octobris. 1343.

Sanctissimo in Christo patri ac domino, D. Clementi sacrosanctae ac universalis ecclesiae summo pontifici, Blanca de Valoys, marchionissa Moraviae, cum humili reverentia devota pedum oscula beatorum.

Prout dominus meus marchio Moraviae pro unione (et) incorporatione ecclesiae parochialis in . . (Malin) et capellarum ejusdem, Pragensis diocesis, facienda monasterio. .

(Sedlicensi) ordinis Cisterciensis diocesis praedictae, Vestrae Sanctitati supplicavit, sic et ego una cum dicto domino meo eidem Vestrae Sanctitati omni qua possum humilitate ei devotione supplico, exaudiri avido desiderio deposcens, quatenus supplicationes meas pro dicta incorporatione facienda et confirmanda, juxta formam supplicationis una cum praesentibus Vestrae Beatitudini porrigendam, dignemini misericorditer exaudire, incorporationem ipsam factam per administratores dictae ecclesiae Pragensis super ipsa ecclesia parochiali in . . et capellis ejusdem praefato monasterio . . in absentia venerandi domini Johannis episcopi Pragensis, pro tunc ab administratione suspensi, confirmando et approbando, et si quis in eadem unione seu incorporatione defectus esset seu vocari posset, hunc de vestrae potestatis plenitudine dignemini supplere; congnoscentes certissime, praefatam ecclesiam parochialem cum ipsius capellis situatam in fundo dicti monasterii, et etiam ipsum monasterium a primaeva ipsius fundatione in hujusmodi ecclesia et capellis jus patronatus habuisse et habere. Vestra insuper scire dignetur clementia, dictum monasterium ex diversis causis ad tantam devenisse inopiam, et propter debitorum ipsius gravia onera, quibus obligatur, continue damnorum et usurarum multiplicata voragine in tanto, quod nisi celeri eidem succurratur remedio, ad extremum destructionis suae excidium miserabiliter deducetur. Unde Vestra Sanctitas in praemissis supplicationibus adeo benignam se exhibeat et gratiosam, quod exinde valeat respirare et pristino statui reformari; per hoc enim me reputo a Vestra Beatitudine singulariter consolatam. Personam vestram sanctissimam conservet omnipotens deus longaevam et incolumem ad regimen ecclesiae suae sanctae. Datum Pragae, XI. die mensis octobris.

Item peto humiliter, quod hujusmondi supplicationes sine alia transeant lectione etc. etc.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung. S. 350. n. 153.)

308.

Schuldbrief der Brüder von Lipa an einen Prager Bürger für abgenommenes Tuch. Dto. Pragae crastino ad vincula beati Petri (2. August) 1347.

Nos Henricus, dei gratia ecclesiae Wissegradensis praepositus, et Bertoldus de Lipa frater ipsius, summus regni Bohemiae marschalcus, ac Benesius de Mezerzicz, recognoscimus tenore praesentium et testamur, provido viro Nicolao Clementeri, civi Pragensi, et suis heredibus in centum et viginti sexagenis grossorum denariorum Pragensium pro pannis, ad corronationem Pragae in proximo celebrandam apud eum receptis, debitorie nos teneri; et cum modo Pragam ad coronationem venerimus, abinde nullo modo recedere, nisi prius super solutione ipsius debiti cum eodem Nicolao sic, quod benivole contentus esse valeat, concordemus, sine quolibet malo dolo insolidum promittimus bona fide. Harum, quibus sigilla nostra sunt apposita, testimonio litterarum. Datum Pragae crastino ad vincula beati Petri.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung. S. 357. n. 158.)

309.

K. Carl IV. bestätigt das von Barnym, Herzogen zu Stetin, Pommern u. s. w., seiner Gemalin Agnes zum Leibgedinge angewiesene Herzogthum Stetin mit allen Zugehörungen, Städten und Dörfern, unter der Bedingung, dass nach dem Tode des Herzogs die eine Hälfte des Herzogthumes auf dessen Erben übergehe, während die andere Hälfte der Herzogin verbleibe. Würde aber der Herzog ohne Nachkommen mit Tod abgehen, so soll das ganze Herzogthum der Witwe, so lange sie nicht wieder heiratet, verbleiben. Sollte sie aber wieder heiraten, so können die rechten Erben des Herzogs das Herzogthum von ihr mit 12000 Mark Silbers ablösen. Dt. ze Cznoyme an dem Donnerstag vor sant Vitus Tag. (12. Juni) 1348.

(Dr. Adolf Fr. Riedl „Novus codex diplomat." Brandenburg. I. Hauptheil XVIII. Bd. S. 77. n. XXVI. nach von Dregers Abschrift. In lateinischer Ausfertigung ist diese Urkunde in Nettelbla's Greiner III. 115. enthalten.)

II.

Undatirte Urkunden.

---

et domesticis mobilibus atque immobilibus, quae ablata ipsis fuerant in eadem curia, et nos restituimus, ac restituta eidem domui jure hereditario de regalis munificentiae liberalitate[1]) libere contulimus perpetuo possidendam hujus scripti testimonio etc. etc.

(Palacký über Formelbücher. I. Lieferung S. 306. n. 97.)

312.

Hynek, Bischof von Olmütz, conservator privilegiorum ordinis fratrum minorum per sedem deputatus, ernennt Di. praepositum et Thomam archidiaconum Pragensis ecclesiae zu seinen Stellvertretern in der Prager Diöcese. O. Jahr u. Datum.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung. S. 249. n. 21.)

313.

Verzeichniss der Schulden, welche die Prager Schöpfen auf die dem Könige Johann und dem Markgrafen Carl gegebenen 1100 Mark zu zahlen haben. cc. 1334. o. D. u. O.

Haec sunt debita, quae jurati, videlicet Henricus de Lapide, Conradus de Egra et eorum consocii tenentur solvere in illis sexingentis marcis, quas primo dederunt regi Johanni:

Item Alhardo et socio suo xl. sexag. minus una sexagena.
It. Welkoni pullano iii sexag. et i fertonem.

Item Peskoni et socio suo xviii sex.
It. Heinrico pistori dicto Sockel vii sex.
It. Heinrico pi Rudgero sartori de illa parte ix sex.
It. Hertlino pistori juvenni xj sex. (i. e $10^1/_2$).
It. Conrado et Fridrico Junossio xiij sex.
Item Johanni Wolflini xii sex.

Item Heinrico de Yglavia vi sex.
It. Fridlino pistore Payer xxi sex.
It. Jecklino Pyzweckel i sex.
It. Nicolao Einflatori j sex.
It. Jenlino Heroldi iij sex.
It. Rudlino fabro x sex.
It. Ysackinnae vii sex. et xiii gr.
It. Jarussio Judaeo ij sex. et ix gr.
It. Pesoldo institori j sex.

[1]) libertate.

Item Walthero de Luthomiricz xxvi sex.
Item Rolloni viii sex.
It. Hermanno institori ii sex.
It. Vlmanno Boemo xl sex. et ix sol.
It. Conrado de Egra xxvii sex.

Item Henrico pistori xii sex.
It. Jacobo Judaeo xiii sex.

Item uxori Goczlini aurigae iiii sex.
Summa istius sunt CC et XC iii sex. et xxvii gr.
Item dominus de Bergav recepit apud S. Thomam xlvi strichones de avena per v gr. strichonem.
Haec sunt debita, quae jurati, videlicet Nicolaus Geunaher et sui socii pro marchione tenentur solvere in quingentis marcis.
Item marchioni tenebamur C sexagenas minus una; de quibus ei persolvimus, sicut inferius continetur.
Item Jecklino Lemper fillen vi sex.
Item Cunczlino fabro v sex.
It. Copoldo fabro iij sex.
It. Ottoni braseatori xv sex.
It. Cunczlino fabro vj sex.
It. Conrado aurigae ii sex, et i fertonem.
It. Pernaldo xv sex.
It. Conrado de Luthomiricz v sex.
It. Henrico Honackel iii sex.

It. Dytmaro in Novo foro j sex.
It. Gerlino ij sex.
It. Henrico pistori iij sex.
It. Gerlino xx gr.
It. Cunczlino xl. gr.
It. Nicolao fabro xxiii gr.
It. Clarbuchoni ix sex.
It. Henrico fabro j sex.
It. Raymanno xl gr.
It. Wenczlao piscatori iij sex.
It. Salczero vij sex.
It. Vlrico Meinlini ij sex.
It. Rudlino j sex.

It. lorifici penes Ingbertum j sex.
It. Ottoni pistori ix sex.
It. Sechslino pro illo de Donyn iii sex.
It. domino Henrico Knaut et Alberto fratri suo tenebamur C et xxxii sex. gr. quas persolvimus.
It. Jecklino Lemperfillen et Henrico pistori lxxx sex.
It. Cunczlino fabro xj sex.
It. Gopoldo iij sex.
It. Merklino carnifici cum sociis xxiiii sex.
It. domino Henrico de Cocricz tenebamur C sex quas persolvimus.
It. Conrado Kerglino et Henrico xlii sex.
It. Fridlino pistori vij sex.
It. Petro braseatori iiii sex.
It. Vlrico pistori iiij sex.
It. Fridlino pistori xl sex.
It. Meilino ii sex. sine xii gr.
It. Elblino ii sex.
It. domino de Lyzink (?) tenebamur L sex. quas persolvimus.
It. Sydlino Pybraner xvi sex. sine fertone.
It. Cunczlino vii sex.
It. Alhardo xxv sex.
It. Henrico fabro ii sex.
It. Gerhardo de Lubsicz tenebamur xxxii sex. quas persolvimus.
It. Ottoni pistori xvi sex.
It. Salczero xvi sex.
It. domino de Schonvelt tenebamur xxxii sex. quas persolvimus.
It. Hertlino carnifici iii sex. sine fertone.
It. Fridlino pistori xvi sex.
It. Henrico fabro in Novo foro vi sex.
It. Sydlino Prybranero iiii sex.
Item domino de Pergau tenebamur xxiiii sex. et persolvimus.
Item Rudlino fabro xv sex.
Item Alberto Dressel li gr.
It. domino de Donyn tenebamur xii sex. et persolvimus.
It. Martlino Judaeo iii sex. sine fertone.
It. Clarbuchoni vi sex. et i fert.
It. domino Johanni tenebamur viii sex. et persolvimus.
It. Jecklino Pyzweckel viii sex.
It. domino de Honberk tenebamur vii sex. et persolvimus.
It. Hermanno gybboso iii sex.

It. Tammoni de Haldek tenebamur iiii sex. et persolvimus.

It. Woykoni i sex.

It. famulo judicis j sex.

It. Cunczlino fabro iij sex.

It. Theodrico Waczingeri tenebamur xxiiii marcas argenti et v lot. et persolvimus.

It. Frumoldo de Ratyspona tenebamur xlvii marcas argenti et persolvimus. De ista pecunia solverunt cives domino de Pergau xix sine xv gr. et domino Henrico Knaut et Alberto fratri suo de eadem pecunia solverunt xx sex.

It. marchioni solverunt xxx sex. minus ij sex.

Sciendam quod pistoribus xx sex. gross. sunt solutae.

Item fabris x sex. gros. sunt solutae.

(Nach einer Abschrift aus dem Bürgerbuche des Altstädter Archives zu Prag vom J. 1310. Bl. 2. im k. böhm. Museum.)

314.

König Carl von Ungarn ersuchet den P. von Rosenberg um die Verwendung bei dem Könige Johann von Böhmen und Markgrafen Carl von Mähren um Kriegshilfe gegen die Tartaren. (1334—1335.)

Karolus, dei gratia Rex Ungarie, Magnifico Baroni, domino P. de Rosenberch, dilecto sibi et fideli, salutem et sincerum Regii favoris affectum. Sciat tua fidelitas, Inclito Principi, Domino Johanni per eandem Boemie Regi et Illustri domino, Karolo Marchioni Moravie, ejus Primogenito, fratribus nostris karissimis post salutationem nos scripsisse in haec verba: In noticiam fraternitatis vestre deducimus confidenter, quia ecce perfida gens Tartarica cunctis Christicolis formidanda cum immensa multitudine jam fines attigit Regni nostri et cum, sicut in prioribus litteris nostrsi fraternitati vestre recolimus intimasse, eidem perfide genti Tartarice resistere et obviare, ac bellum committere cum eisdem non formidando hujusmodi multitudinem ex fiducia pietatis, divina prout voluntas in celo fuerit, intendamus Regnum nostrum, portam videlicet tocius christianitatis, ymmo ipsam christianitatem tocius potencie nostre viribus defendere conaturi; Excellenciam fraternitatis vestre rogamus affectuose et fraternaliter adhortamur; Quatenus quemadmodum fraternitas vestra nobis et filiis nostris, tam juxta fraterne compassionis vinculum, quam etiam compositionis et premisse fidei fraternitatum constans fore dinoscitur et sincera, cum tota vestra potentia contra dictam gentem perfidam sine dissimulatione qualibet usque in diem Cynerum venturum proxime nos velitis modis omnibus adjuvare, in hoc enim absque predicto fraternitatis et fidei, pro fide katholica facietis opus salutis, quia per sedem Apostolicam talem sumus sortiti graciam specialem, ut qui in bello hujuscemodi contra gentem predictam decesserint, tamquam in terra sancta pro Christi sepulchro mortui, a pena et a culpa sunt per omnia et penitus absoluti. Itaque rogamus tue devocionis fidelitatem, quatenus eosdem

dominos Regem et Marchionem fratres nostros velitis efficaciter inducere ad premissa, ut eadem absque omni oscitatione et dilatione, prout tenentur ex debito premisse confederationis, curent affectualiter et celeriter adimplere. Datum.

(Jacobi codex epistolaris Johannis regis Bohemiae. S. 16. n. 33.)

315.

Verzeichniss der von den Prager Schöpfen auf die dem Könige Johann und dem Markgrafen Carl gegebenen 1100 Mark bezahlten Goldsummen. c. c. 1334—1335. o. D. u. O.

Haec sunt distributa, quae jurati videlicet Heinricus de Lapide et Chunradus de Egra et eorum consocii persolverunt et distribuerunt in illis sexingentis marcis, quas primo domino nostro regi Johanni dederunt.

Item primo persolvimus domino Chunrado de Egra cc et xxxii sex.

Item secundo persolvimus sibi xxvii sex. pro domino de Koczicz, cujus pignora habuit, videlicet duos equos.

It. persolvimus sibi etiam xxij sex.

It. persolvimus Walthero de Lutmiricz xv sex.

It. Vlmanno Boemo persolvimus xviii sex.

It. Henningo pistori persolvimus iii sex. et i fert.

It. pistoribus persolvimus xxii sex.

It. fabris persolvimus x sex.

Haec est summa, quam jurati, videlicet Heinricus de Lapide, Chunradus de Egra et eorum consortii persolverunt in illis quingentis marcis, quas Nycolaus Geuneri et sui consocii pro domino marchione solvere tenebantur.

Item primo persolvimus Heinrico Pybranero et Sydlino fratri suo xxii sex.

It. Jeclino Lemberfeilero et socio suo Chunrado dicto pellifici persolvimus xx sex.

It. Jeclino Lemberfeilero persolvimus specialiter xx sex.

(Nach einer Abschrift aus dem Bürgerbuche des Altstädter Archives zu Prag vom J. 1310. S. 13 im k. böhm. Museum.)

316.

Die Prager Bürger Heinrich, Theodor und Frenzel Tausendmark ersuchen den königl. Beamten Ritter Stephan, Byrkners Sohn, um Vorschub für ihren verwandten Iglauer Bürger Frenzlin, Sohn des Ensater, bezüglich der Verdingung des Iglauer Stadtgerichtes. (o. D. u. O. 1335? ?)

Strennuo Militi, domino, Stephano Byrkneri, Amico eorum karissimo, Henricus, Theod(orus) et Frentzel Tusentmarch, Cives Pragenses, cum sincere incremento amicitie obsequium indefessum. Sub ea amicitie puritate, qua vobis credimus, confidimus et unimur,

Strennuitatem vestram requirimus et rogamus, quatenus Frentzlino Ensateri, Civi Igl(av)-ien(si), Consanguineo nostro dilecto, in locando sibi Civitatis Igl(av)ien(sis) Judicium, quod convenire intendit, tam affectuosam exhibere curetis nostri consideratione benivolentiam cum effectu studioso, quam cum ipso et pro ipso teneamur semper et merito inposterum promereri. Scire vos circa hoc cupientes, quod de statu (Judic)is moderni talia intelleximus ventilari, propter que vobis nullatenus competit, quod sibi ipsius Civitatis Judicium ulterius exponatis et propter que, inter alia pericula, privationem ejusdem judicii, si per eundem modernum Judicem regi deberet diucius, possetis non immerito formidare.

(Jacobi codex epistolaris Johannis regis Bohemiae p. 54. n. 123.)

317.

König Johann von Böhmen fordert die Iglauer Bürger auf, dass sie zur Sicherung der Strassen Bewaffnete bestellen, wozu er auch beihilflich sein will. (cc. 1335. o. D. u. O.)

Johannes dei gratia et cetr. Dilectis sibi, Judici et Juratis ac universitati Civium in Igl(avi)a, gratiam suam et omne bonum, fidelitati vestre mandamus volentes, quatenus sicut incepistis pro defensione vestra et Civitatis vestre ac viarum pacificatione vos ad arma et equos parare, hoc ipsumque continuare curetis, advertentes, quod vobis hanc gratiam duximus faciendam, quod proventus thelonei majoris ipsius Civitatis nostre, que nobis pertinent, ad aptandum vos cum hiis melius ad premissa, percipere per biennium valeatis.

(Jacobi codex epistolaris Johannis reg. Bohem. S. 64. n. 151. — Vergl. die Urkunde vom 24. Octob. 1335. n. 88. d. B., mit welcher die vorstehende in Verbindung steht.)

318.

Der Kämmerer verspricht in einem Schreiben an die Königingrätzer, dass er nach ihrem Wunsche die Angelegenheiten der Städte beim Könige fördern wolle, und erwähnet eines Zuges nach Mähren. (cc 1336. o. D. u. O.)

Prudentibus viris ... Judici et Juratis Grecen(sibus) amicis dilectis, Frenzl(inus) Jacobi de Praga, sincere dilectis et cetr. Ea que vestre littere mihi misse hortantur, ut faciam, non obmittam, verumtamen dominum meum Regem feria quinta proxima ad Civitatem Policen(sem) venturum non credo. Si tamen eum illic venire contingeret, extunc per nuncium meum vobis et Muten(sis) Chrudim(ensis) Policen(sis) et Jermir(ensis) Civitatum Civibus, tales litteras Regias, quales petitis, nisi absentia mea obsisteret, procurabo. Sed tamen statim postea ad ipsum dominum meum Regem ad expeditionem in Moraviam descensurus, si quid per dictum meum nuncium neglectum fuerit in hac parte, supplebo, dubio quolibet procul moto. Cogitaveram quippe antea predictis V Civitatibus unam patentem litteram Regiam cum majori sigillo munitam, sicut adhuc cogito, obtinere, per quam assecurentur omnino, quod Census earum nulli alteri assignabitur, donec a me fuerit absolutus.

Habita autem hac littera, mihi vestre Civitatis litteram destinetis. Pro cujus tamen transmissione vobis sufficere poterunt patentes dicti domini mei Regis et domini Subcamerarii certe littere pridie vobis misse.

(Jacobi codex epistolar. Johannis reg. Bohem. S. 78. n. 198.)

319.

König Johann von Böhmen trägt dem Znaymer Burggrafen Smil von Vöttau auf, den Znaymer Juden bezüglich der ihnen zurückgestellten Häuser keine Hindernisse zu machen. (o. D. u. O. 1336?)

Te fidelem nostrum dilectum, Smylonem de Vetovia, nunc sicut aliquociens antea requirimus et hortamur, quatenus judeos Znoymenses super eorum domibus, quas ipsis restituimus et pro quibus conveniens rependium tibi in aliis impendere disponimus, non inquietes nostri consideratione decetero, sed pocius quietos permittas. Nam evidens requirit necessitas, ut ipsi judei pro incremento Camere Principis, cui per te non credimus nec volumus derogari, in eorum bonis et viribus favorabiliter conserventur.

(Jacobi codex epistolaris Johannis regis Bohem. S. 13. n. 24.)

320.

Ein Znaymer Bürger, welcher zu Prag Bürgschaft leisten muss, schreibet nach Hause, dass seine Freunde einen offenen Brief der Stadt Znaym nach Prag wegen Bezahlung der Schuld schicken, damit er nicht einen grösseren Schaden erleide. (o. D. u. O. 1337?)

Prudentibus viris, H. et Jo. et cetr. Civibus Znoymensibus, amicis karissimis, Nicol(aus) Pfabenczagel, semper ad eorum beneplacita se paratum. Rogo vos omnes et singulos confidenter, Quatenus assumptis ad vos Nicol(ao) Antiquo judice et Nicol(ao) Prngensi et aliis amicis proficuis in hac parte, quibus fueritis indigentes, accedatis Juratos Znoymenses. vos H. et Jo. pro assecurando ipsos Juratos cum bonis vestris quod et vos confidejussores de bonis vestris cum meis similiter, si necesse fuerit, faciatis et ipsos Juratos petatis, ut littera, quam tu H. detulisti, sigillo Civitatis sigilletur, quod si non fieret, tunc dampnum, super quod ego jam in una parte et Pesco Her. in altera pecuniam conquisivimus, procederet duplicatum, alias illaqueato taliter. quod de Praga recedere nequeo, nisi debito pro quo jaceo persoluto, pro quo vos eciam sic monemus consequenter, quod si fides esset in animabus vestris, promissa vestra cogeremini observare.

(Jacobi codex epistolaris Johannis regis Bohemiae S. 75. n. 187. — Vergleiche die Urkunde vom J. 1337 den 21. November u. 177 d. B., wo diese Namen vorkommen.)

321.

Markgraf (Carl) von Mähren befiehlt dem Ješek von Boskowic, dass er bei dem zu Prag abzuhaltenden Hoftage erscheine und sich verantworte, warum er den von der Stadt Polička an Frenzlin von Prag zu zahlenden Zins in Empfang genommen habe. (o. D. u. O. 1338?)

Marchio Moravie. Tibi paterno et nostro fideli, Jesc(oni) de Boscowitz duximus committendum, ut in proxima nostra Curia, quam Prage celebraturi sumus, sis coram nobis ibidem — feria secunda aut tercia post octavam Purificationis bte. Marie virginis proxime, per te vel tuum Nu(n)c(ium) constitutus, ostendendo legitime, qua ratione Census Civitatis Policensis, dilecto paterno et nostro fideli frenz(lino) de Praga nomine Camere Regie debitus, tibi debuerit assignari.

(Jacobi codex epistolaris Johannis regis Bohemiae S. 22. n. 52.)

322.

Markgraf Carl von Mähren befiehlt dem Richter und den Schöpfen von Polička, dass sie den schuldigen Zins binnen des ihnen zugestandenen Termines bezahlen. (o. D. u. O. 1338??)

Marchio Moravie. Querela Paterni et nostri fidelis dilecti, frenzl(ini) de Praga, nobis exhibita patefecit, quod de CXII sexag(enis) grossorum in aliis prioribus terminis per vos sibi debitis et de L sexag(enis) grossorum in termino sti Galli proxime preterito, ipsi frenz(lino) similiter non solutis, sibi satisfacere indebite retardetis. Quocirca vobis precipiendo mandamus, quatenus tu... Judex et duo Jurati tecum, plenum posse habentes, afferendo vobiscum totum computum et L sexag(enas) predictas, sitis apud nos Prage in proxima curia generali feria secunda aut tertia post Octavam Purificationis beate Marie virginis constituti, causam et rationem legitimam, quare dicto Frenzl(ino) dictum non solveritis debitum coram nostro Camer(ario) vel alio, quem ad hoc deputaverimus ostensuri. Quem quidem terminum dilecto paterno et nostro fideli Jesconi de Boscowitz, per quem vos excusatos redditis in hac parte, ut eciam coram nobis per se vel ydoneum suum Nuncium super eo compareat, duximus assignando. Scire vos volentes, quod si in eodem termino Prage negligeritis comparere, extunc Camerar(ius) noster de mandato nostro vel alter nostrorum fidelium, qui hoc receperit in mandatis, habebit vos in bonis vestris usque ad satisfactionem tocius debiti pignorare.

(Jacobi codex epistolaris Johannis regis. Bohemiae S. 22. n. 51.)

323.

Karl, der erstgeborne Sohn des Königs von Böhmen, ersuchet den Pfalzgrafen bei Rhein und Herzog von Baiern, Heinrich, um Bestr afung eines aus Böhmen flüchtigen und in Baiern sich aufhaltenden Verbrechers. o. D. u. O. 1338?

Magnifico Principi et Illustri, Domino Henrico, Palatino Reni, Duci Bavarie Sororio suo karissimo, Karolus, dei gratia Primogenitus domini regis Boemie, cum puri amoris augmonte continuo et semper complacendi desiderio se paratum. Excellencie vestre significamus, quod quidam Maleficus notorius, prout certa quorundam Nobilium ac Civium Regnicolarum Boemie relatio nos pridie informavit, cujusdam Gladiatoris de Glatovia filius, quem ausus et praesumptio furta et spolia committendi et homicidia pro nichilo perpetrandi pre multis aliis animant inconsulte, propter que Regni Boemie profugus et proscriptus in terra Bavarie mansionaliter se recepit. Quocirca sinceritatem vestram requirimus confidenter; Quatenus de eodem malefico, ne consimilia perpetret in futurum, ad requisicionem exhibitoris presencium, cui erat incognitus, ipsum ledens mortaliter in persona, de remedio competenti nostri contemplacione dignemini providere. Dat. e.

(Jacobi codex epistolar. Johannis reg. Bohem. S. 8. n. 15.)

324.

Karl, Markgraf von Mähren, befiehlt den Bürgern von Neu-Pilsen, dass sie die dortigen Juden nicht beunruhigen. o. D. u. O. 1338?

Karolus, Domini Regis Boemie Primogenitus, Marchio Moravie, Prudentibus viris ...Jud(ici) et Juratis ac universitati Civium Novepilsne, sincere sibi dilectis, salutem et omne bonum. Noveritis nos Serenissimi Domini Genitoris nostri preceptum seriosum et satis strictum recepisse pridie in hunc modum, quod universis Judeis Boemie, Regie Camere servis, debeamus plenam pacem et securitatem omnimodam personarum et rerum suarum omnium modo pristino, sicut paternis beneplacitis conformes inveniri voluerimus, procurare. Nos itaque preceptum hujusmodi prompto ac debito volentes effectui mancipare, Vobis universis et singulis nomine ipsius domini, genitoris nostri, et nostro districte precipimus et mandamus volentes; Quatenus Judeis vobis commanentibus pacem et securitatem predictas sub obtentu paterne et nostre gratie procurantes, ipsos non inclametis de cetero in plateis, nec eos verbo vel opere in rebus et personis presumatis aliquomodo molestare, immo molestatores eorum per inclamationes seu leves jactus lapidum sive luti gravi pena pecuniaria puniatis, quam non habentes solvere, aliter, sicut conveniens fuerit, compescatis. Eos vero singulos, qui manus violentas usque ad effusionem sanguinis in aliquem injecerint judeorum, manu privari volumus et mandamus. Qui vero judeum in contemptu mandati hujusmodi, occiderit, occidatur et de quacunque querela excessuum pretactorum vos, Judex et Jurati, judeo non satisfeceritis conquerenti, asserentes fortassis quod, demonstrata vobis molesta-

toris persona, libenter velitis in eum justum judicium exercere, de eadem querela, sciatis vos nobis utique cum pena debita responsuros. Demonstata vero vobis per aliquem judeorum probabiliter molestatoris persona, eundem per juramentum proprium nequaquam in hac parte volumus expurgari. Datum e. c.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohem. S. 10. n. 19.)

325.

Frenczlin, Sohn Jakobs von Prag, bittet den König von Böhmen um die Verfügung, dass ihm Carl, Markgraf von Mähren.. der Landesunterkämmerer und.. Provisor der Urbur und Münze zur Abstattung der bei den Städten aushaftenden Schulden verhelfen. o. D. u. O. 1339?

Excellentissimo Principi, domino Johanni, Boemie Regi ac Lucemb(urgensi) Comiti, domino suo generoso, frenzl(inus) Jacobi de Praga servicium semper debitum cum fidei puritate. Excellencie vestre significo, quod effectum vestre gratie super percipiendis meis debitis de Civium Civitatum Jur(atis), per Regias litteras mihi facte, hucusque non potui propter impedimenta varia, que nunc ex parte Illustris Principis, Domini Karoli, Marchionis Moravie, vestri Primogeniti, nunc ex parte subcamerarii et Provisorum Urbore et monete, ac etiam ex parte debilitatis mee corporee et precipue oculorum meorum, que ad praesens me non sinit vestram praesenciam visitare, medio tempore occurrerunt. Cumque onus debitorum me premat adeo graviter, quod succumbere sub ipso videar, nisi fuero relevatus; Idcirco magnificencie vestre supplico, prout possum; Quatenus inspectis meis serviciis diuturnis, non solum exhibitis, sed in posterum exhibendis, dictorum debitorum solucionem per dictum dominum Karol(um)...Subcamerarium.....provisorem Urbore et monete, quos pro eo tempore esse contigerit, mihi adeo generose fieri procuretis, quod exinde mihi a dispendiis caveatur, et in vestris serviciis profecisse videar multis aliis in exemplum. Cetera Lator, cui fidem adhibere dignemini credulam in dicendis.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohemiae S. 10. n. 20.)

326.

Frenczlin, ein Sohn des Jakob von Prag, ersucht den Markgrafen Carl von Mähren um Anweisung der festtäglichen Einkünfte von der Kuttenberger Urbur und Münze. o. D. u. O. 1339?

Magnifico Principi et Illustri, domino Karolo, domini Regis Boemie primogenito, Marchioni Moravie, domino suo generoso, frenzl(inus) Jacobi de Praga servicium semper debitum et fidele. Licet dominationem vestram pridie in Chuttis negleximus admonere, quod mihi proventus festivales Urbore et Monete Chutnen(sis) in instante Carnisprivio ultra expensas vestras superfluos disponeretis per Lombardos in meis debitis assignari; Tamen de

hoc premunitus, quod ad hujusmodi disposicionem vestram de necessitate requiratur beneplacitum viri Nobilis, domini Wilh(elmi) de Lantstain, subcamerarii Boemie, et consensus, vos supplico, prout possum, Quatenus per vestras et ipsius domini subcamerarii litteras disponatis praedictos proventus ultra expensas vestras resultantes michi per praefatos Lombardos in meis debitis, secundum quod paterne et vestre continent littere, certifice assignari, sic quod nullum mihi infacto hujusmodi dubium ingeratur. Si enim ullum mihi in hac parte sentirem dubium imminere, tunc pro cujusdam amputatione necessaria me contigeret incliti domini mei, Regis Genitoris vestri, ac reverendi in Christo patris ac domini, domini... Trevirensis Archiepiscopi, praesentiam personaliter, nisi impedimentum legitimum me retraheret, visitare. Licet exigente tractatu de causa Prage habito per venerabilem dominum Olom(ucensem) Episcopum et Illustrem Principem, dominum R., ducem Saxonie, ac virum Nobilem, Dominum....de Koltitz, pridie in monte Chutten, ubi idem tractatus erat effectui mancipandus, debueritis inveniri; Tamen quia eosdem dominos ibidem in Chutten vos tunc non contigit exspectare; Idcirco ut hujusmodi vestre dominationis negligencia vobis congrue suppleatur.

(Jacobi Codex epistolaris Johannis regis Bohemiae S. 5. n. 10.)

327.

Markgraf Karl von Mähren ersuchet den Bertrand, Bischof und Cardinal von Ostia und Weletre, dahin zu wirken, dass der Cardinal Bischof von Tusculum von der Verwendung um Verleihung der Kirche St. Niklas in Prag an dessen Kaplan Aegidius abstehe. Prage, o. D. 1334—1340.

Reverentissimo in Christo patri et domino, domino Bertrando, Hostiensi et Weletrensi Episcopo, amico suo karissimo, Karolus, domini Regis Boemie Primogenitus, Marchio Moravie, sinceram et benivolam semper ad ejus beneplacita voluntatem. Noviter, vestre paternitatis sinceritas, quod ex veridica relatione multorum didicimus, (quod) venerabilis pater et dominus, dominus H. Cardinalis Episcopus Tusculanus ad sinistram quorundam emulorum paterni et nostri fidelis dilecti, Meinhardi, Civis Pragensis informationem, Ecclesiam sti. Nicolai in Civitate Pragensi sitam pro domino Egidio Capellano suo impetrare disponat in non modicum ejusdem M. prejudicium et gravamen, qui in eadem Ecclesia jus dinoscitur patronatus observare, prout ostensum est coram commissariis domini Episcopi Pragensis legitime et sufficienter. Quare vestre sinceritati obnixius supplicamus, quatenus predictum dominum Hanibalem, Cardinalem, contemplacione nostri informare dignemini et rogare, ut jam dictum M. amore nostri non impediat suum Capellanum predictum promovere, sed promoveat in quantum licet. Pro hoc sibi ad multarum gratiarum assurgere volumus acciones, Quia revera eadem Ecclesia annuatim vix extendit se ad CC flor(enos) et non ad illam summam de qua dolose informatus est et informatur. Datum Prage et cetr.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis. Bohemiae S. 39. n. 86.)

328.

König Johann von Böhmen erkläret, dass er das vom Stephan von Sternberg pfandweise besessene Schloss Podèbrad dem Laurenz und Pešek, Brüdern von Janowic, und ihren Erben um 800 Schock Prag. Gr. und für das Schloss Winterberg als Lehen verpfändet habe. Unter den Bürgen wird Johann, Bischof von Olmütz, P. von Rosenberg und Wilhelm von Landstein genannt. o. D. u. O. 1334—1341.

(Jacobi Cod. epistol. Johannis reg. Bohemiae. S. 31. n. 70.)

329.

Markgraf Karl von Mähren befiehlt dem Conrad von Biteš, Hauptmanne am Spielberge, darüber zu wachen, dass die aufgehobenen Olmützer und Znaymer Handwerksordnungen in Brünn keine Aufnahme finden. O. D. O. u. J. 1343?

Karolus Domini regis bohemie primogenitus marchio Moraviae dilecto fideli suo Conrado de vithis burggravio in Spylwerk salutem — Constituti nuper in Moravia relatione fide dignorum quam plurimorum tam in Olomucensi quam Snoymensi civitatibus manifeste comperimus, quod cum statuta que carnifices et pistores et alii Civitatum terre nostre Moravie mechanice artis operarii odiose inter se facere consueuerunt communitatibus civitatum ipsarum plurimum sit damnosa quod in dictis civitatibus statuta hujusmodi sustinere diutius non valentes in Olomuncz et Snoyma ea cassavimus et fecimus in antea non committi et volebamus id ipsum Brunne procurare si in hoc negociorum prolixitas nos non impedivisset. Committimus igitur tibi et seriose mandamus quatinus ne statuta talia inter mechanicos Brunenses deinceps fiant vel eciam observentur quodque prope civitates nostras circumcirca infra unius miliaris spacium non habeantur, de cetero studeas auctoritate nostra intercipere cum effectu contra rebelles tibi in hac parte seriosius prout necesse fuerit procedendo.

(Unter den handschriftl. Analecten des Horký bei der historisch-statist. Section zu Brünn, ohne Angabe der Quelle.)

330.

Markgraf Karl löset mit dem von den Prager Bürgern erhaltenen Gelde das Schloss Bürglitz ein, und weiset den genannten Bürgern für jenes Geld das Dorf Strašic an. Als Zeuge wird der Olmützer Bischof Johann angeführt. o. D. u. O. 1334—1343.

Nos Karolus, domini Regis Boemie Primogenitus, Marchio Moravie, Notum facimus universis, Quod quum dilecti nobis Meinh(ardus) Wolframi et Hensl(inus) Chadan(er), gener ejus, Cives Pragenses, nobis ad precum nostrarum instancias in tanta summa pecunie, cum qua Castrum Burgleins cum suis pertinenciis de fidelium paternorum et nostrorum fidelium de Jenowitz manibus ad nos revocabimus, suffragantur nomine mutui ista vice; Idcirco

sincere promittendum duximus; quod eis de dicta summa pecunie satisfaciemus sine protractione qualibet in festo beati...proximo succedente. Et preterea, dicto Castro cum pertinenciis ad manus nostras revocato, ipsis Meinh(ardo) et Henslino villam strassitz cum omnibus suis utilitatibus ad eorum assignabimus potestatem, tenendam et utifruendam per eos, quousque predicto Henselino de CCCC^{tis} sexag(enis) gross(orum) Pragensium fuerit per eum modum, qui in Domini Genitoris nostri litteris patentibus exprimitur, sine detrimento quolibet satisfactum. Et Jesslino Barche, ipsorum amico propinquo et speciali, Civi Pragensi, qui nobis etiam in hac parte CCC sexag(enas) gross(orum) Pragensium mutuavit, ipsum Castrum Burgleins cum omnibus suis pertinenciis, juribus, libertatibus, proventibus, obventionibus, Dominio, Censibus, agris cultis etc. assignabimus nomine pignoris pro dicta septingentarum sexag(enarum) grossorum Pragensium den(ariorum) summa, pleno jure tenendum, habendum et utifruendum in omnem eventum, proventibus ex predicto Castro et pertinenciis quibuscunque, quocunque nomine censeantur, in sorte non defalcandis. Ita quod ipsum Castrum cum pretactis omnibus pertinenciis predictorum Meinh(ardi) et Henslini, quam proprio nomine teneat et tenere debeat, nulli de ipso penitus condescendendo, quousque ipsis de predictis DCC^{tis} sexagenis fuerit per nos totaliter satisfactum. Promittimus quoque Meinh(ardum) Hensl(inum) et Jesslinum prenominatos in possessione pacifica dicti Castri, quacunque causa exigente, nullatenus impedire, quousque eis de predictis pecuniarum summis ambabus totaliter satisfiat. Nos quoque Johannes, dei et apostolice sedis gratia Olomucensis Episcopus et Haym(on), dictus de Duba, dominus in Nachot, pro dicto domino Karolo et cum ipso promittimus bona fide, quod prefata omnia et singula debito mancipabit effectui et inviolabiliter observabit. Si vero, quacunque occasione exigente, in contrarium moveretur, ab eo nos ipsum promittimus modis omnibus avertere et ad observandum superius contenta pro viribus informare ac tenere. Prefatus autem Jesslinus, post persolutas sibi, Meinh(ardo) Hensl(ino) prefatis, DCC sexag(enas) predictas, ipse de dicto Castro nulli alteri nisi nobis Karolo, aut nobis Johanni Episcopo, vel Haym(oni) prenotatis condescendere tenebitur, nec solucionem ipsam DCC sexag(enarum), de cujuscunque alterius, quam de nostris manibus acceptare. In quorum omnium promissorum robur et cet.

(Jacobi Cod. epistol. Johannis reg. Bohemiae S. 35. n. 78.)

331.

Johann, Herzog von Kärnthen, befiehlt dem Prager Stadtrathe, sich mit dem dortigen Bürger Wilhelm bezüglich seiner Geldforderung auszugleichen. (1344?)

Johannes, Dux Karynthie, dilectis sibi...Judici et Juratis Civibus in....gratiam suam et omne bonum. Ex insinuacione querele vestre nobis porrecte precepimus, quod Wilh(elmus), Civis Pragensis, vobis sit injuriatus graviter, vestrum Conciuem...pro quadam pecunia arrestando. Nos vero, volentes veritatem hujusmodi vestre querimonie experiri, ipsum Wilh(elmum) causam sibi circa hos competentem, fecimus coram nobis, missis ad hoc duobus Juratis ex parte pleni Civitatis Pragensis consilii, demonstrare; Et perlectis

vestre Civitatis litteris patentibus cum sigillo pendente invenimus ex ipsarum litterarum continencia, et condicionibus positis in eisdem, quod ipse Wilh(elmus) in nullo in hac parte erravit, sed vos errastis pocius, vos ad incongrua et dificilia obligantes, quod in vos disponimus per penam debitam retorquere ad cavendum per vos consimilia in futurum. Mandantes vobis firmiter et omnino volentes, quatenus statim cum domino Wilh(elmo) pro sua pecunia concordetis, sic quod nulla coram nobis per eum de vobis super dictam pecuniam de cetero querimonia moveatur, sicut gravem nostram indignationem volueritis evitare. Datum et cetr.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohemiae. S. 14. n. 26.)

332.

König Johann überweiset die Einkünfte des päpstlichen Zehends seinem Marschalle Habard und dann mit dessen Zustimmung den Bürgern von Brünn. o. D. u. O. 1344?

Nos Johannes, dei gratia et cetr. scire volumus universos, quod de proventibus decime papalis, a clero per Moraviam ad proximum sti. Johannis Baptiste festum nostro nomine tollendis, quos dilecto fideli nostro Hubardo, nostre Curie Marschalco, deputaveramus, cum ejusdem beneplacito deputamus dilectis nobis Burchardo Bartussii et Mathie Mauritii, Civibus Brunnen(sibus), C. L. Marc(as) Moravici pagamenti ipsis de prima pecunia hujusmodi proventuum assignandas, in quo ipsis penitus neminem aliorum volumus anteferri; Comittentes venerabili Johanni Olom(ucensi) Episcopo et Magistro Hermanno preposito Ecclesie in monte Sti. Petri Brunne, vel aliis, qui ipsius decime papalis Collectores pro eo tempore fuerint constituti, ac omnino volentes, Quatenus pretactas C. L. marc(as) predictis solvat Civibus, sicuti est premissum, ad nullas contrarias litteras, si quas a nobis ex oblivione, vel occupacione interveniente, reciperent se nullatenus convertentes. In cujus nostre deputationis evidentiam et munimem presentes fieri et sigilli munimine fecimus communiri. Datum etc.

Et ego Hubardus Marschalcus supradictus tenore presentium recognosco, quod antedicte deputationi Regie, C. L. marc(arum) pretactarum, prelibatis Civibus solvendarum, de beneplacito meo facte ac consensum adhibens et assensum, Venerabilem in Christo patrem, dominum Olom(ucensem) Episcopum, ac dominum prepositum supradictos, vel quicunque memorate decime papalis pro eo tempore Collectores fuerint constituti, absolvo et quito harum serie de sepedictis C. L. marc(is), Burchardo et Mathie prenotatis ex premissa deputatione Regia persolvendis. In cujus quitacionis mee evidenciam sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum anno et die supradictis.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohem. S. 29. n. 65. u. 66.)

333.

Die Prager Bürger ersuchen den Olmützer Stadtrath, den dort in Haft habenden Bösewicht nach Verdienst richten zu wollen. o. D. u. O. 1344.

Prudentibus viris, Judici et Juratis Olo(mucensibus), Otto de Hall., Judex, et Jurati Pragenses, Sinceram ad eorum beneplacita voluntatem. Sicut experiencia edocente invenimus, quod ad nostram instanciam singula, que rigor justicie circa detentum vestrum exigit, facitis et fecistis, De quo vobis grates referimus copiosas, ita animati confidencia ampliori, vos petimus et rogamus, quatenus de predicto detento, exhibitori presentium nostro Concivi super hiis, que in eundem detentum coram vobis habebit agere et monere, talem expeditam justitiam faciatis, occasione cujus dictus detentus penam promeritam sustineat et in qua actor merito contentetur.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohem. S. 65. n. 156.)

334.

Herzog Johann von Kärnthen befiehlt den Bürgern (von Olmütz), dass sie den in Haft habenden Bösewicht nach Verdienst richten. o. D. u. O. 1344.

Johannes Dux Kar(ynthie) Vobis..Judici et Juratis nobis dilectis damus fraterno ac nostro nomine in mandatis firmiter ac commisso, volentes, ut de illo malemerito, quem ad instantiam dilectorum nobis,..Judicis et Juratorum Pragensium ac certi sui Nuncii, captivitas vestra nectit, enormis facti ejusdem malemeriti experientia exigunt, justum ad exhibitoris presentium requisitionem judicium faciatis, sic quod idem penam condignam sustineat pro reatu, Scituri quod si per vos ex quacunque suggestione secus fieret, quod non credimus, id in vos pregraviter contigeret reddundare. Datum.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohem. S. 65. n. 154.)

335.

Der Strahöfer Mönch W. klaget bei dem Markgrafen Karl wegen des ihm durch Peter von der Kleinseite Prags auf der offenen Strasse bei Hormětic geraubten Geldes. o. D. u. O. 1338—1346.

Serenissime Princeps, Domine Marchio. Ego frater W. Mon(achus) Strahoviensis, coram vestra inclita serenitate propono querulose, quia Petrus filius M. albi de minori Civitate Pragensi me volentem transferre in Premon. pro negociis meis hoc anno, proxima sexta feria nunc ante festum ste Crucis, circa villam Hormeritz in Strata publica, dei timore postposito, media sexta sexag(ena) spoliavit, quam pecuniam adhuc michi reddere contradicit, Dicens me fuisse contra Pet(rum) abbatem Mon(asterii) nostri predicti transiturus, cum tamen constabat per litteras domini B. ac Conventus mei, quod ego de licentia ipsius

Conventus mei pro negociis meis disponendis in Premon. eram transiturus. Quare vestre serenitati humiliter supplico, ut pure propter deum vestra dignetur serenitas mandare Petro eidem, ut mihi pecuniam meam reddat supradictam, et ne me in procinctu vie mee ulterius impediat, quia scabini predicte minoris Civitatis propter suam potenciam mihi de ipso non presumunt facere justicie Complementum. Datum et cetr.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae S. 42. n. 90.)

336.

Der Markgraf von Mähren verwendet sich bei den Domherren der Kirche zu..für seinen Kapellan..wegen Verleihung der nächsten offen werdenden Präbende an denselben. o. D. u. O. 1333—1346.

Marchio Mor(avie). Devotum nostrum domesticum familiarem...Capellanum nostrum exhibitorem presentium, cujus promotio, suis exigentibus meritis, non mediocriter insidet cordi nostro, in vestra desiderantes Ecclesia promovere, devotionem vestram affectuose requirimus et hortamur, quatenus ipsum ob nostre intercessionis Reverentiam recipientes in Confratrem, sibi, imo nobis in ejus persona, de prebenda quamprimum vobis vacatura curetis pre ceteris omnibus providere. Cum ipsius receptio vobis et vestre Ecclesie prenotate apud nos et nostram Curiam multiplex vobis afferre valeat monumentum.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae. S. 50. n. 108.)

337.

Markgraf Karl von Mähren verwendet sich beim Tschaco, Hauptmann zu Bologna, um Beförderung seines Hofdieners Bartolo Gutz von Florenz bei dessen Verrichtungen in Bologna. (1333—1346. o. D. u. O.)

Egregio viro domino Tschaco, Domino Bonon(iensi), Kar(olus) domini Regis Boemie Primogenitus, Marchio Moravie, Sincerum semper Salutis affectum. Ex cordis affectu cupiens vos in omnibus prosperari, exaltationem vestre persone ac nominis dilatari et crescere prepotenter. Vos rogamus cum fiducia, quatenus Bartolum Gutz de Flor(entia), exhibitorem presentium, familiarem nostrum dilectum, velitis nostri commendatione in agendis suis eum Bono(nie) contingentibus adeo prompte et benivole promovere, Quod vobis quo ipso Bartolo grates reddere teneamur.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae. S. 53. n. 119.)

338.

Markgraf Karl von Mähren fordert den Stadtrath von Jaroměř auf, dass sie dem Bösewichte, der von den dortigen Bürgern unter Androhung der Brandlegung Geld erpresset, einen Friedenstag bestimmen, und falls er ihn nicht annimmt, denselben als Proskribirten verfolgen. o. D. u. O. 1333—1346.

Kar(olus) Marchio Mor(avie). Vos..Judicem et..Juratos Jermyren(ses) nobis dilectos scire volumus, quod sicut Inclitus dominus Genitor noster karissimus, dominus Rex Boemie, vobis scribit, Ita intellico, quod quidam maleficus querat a quibusdam Concivium vestrorum pecunias per minas incendii extorquere, vobis ad instar ipsius Genitoris nostri precipimus et mandamus volentes, quatenus eidem malefico treugas pacis, ad vos et a vobis inviolabiles, repetendi per formam juris, si quid accionis sibi adversus quempiam dictorum Civium competit, concedatis. Quas si contempserit, extunc ipsum statim proscriptionis vinculo innodetis, Precipiendo cuilibet nostro nomine, sub rerum suarum dispendiis et persone, ne quis in aliquo se pro eodem malefico de cetero interponat, aut Judici, Jurat(is), Jermir(ensibus), prioribus et modernis, vel qui pro tempore fuerint, in premissis et aliis, que paci et concordie vestre Civitatis et Civium predictorum derogant, se opponat, sicut res suas et personam illesam a nobis voluerit conservare. Nam dicte Civitatis universitatem, sicut aliarum quarumlibet Boemie Civitatum universitates, statutis Judicis et Juratorum, qui nunc sunt vel pro eo tempore fuerint, que bonum pacis et concordie respiciunt, prout hoc per diversarum Civitatum Cives p(rese)ntes ex Deliberatione matura decretum est neccessario fieri; sic volumus intendere et parere, quod nullus concivium et vulgarium per singularia Conventicla et consilia ipsis in aliquo rebellare presumat. Et siquis contrarium fecerit, hunc volumus tanta fidejussoria caucione super eo per dictos Judicem et Juratos constringi, que pro rebus suis nobis sufficiat et persona. Sique constiterit in futurum, quod aliquis predictorum Civium Jermir(ensium) cujuscunque pecunie aut rei exhibicione predictum maleficum placuerit, per hoc pre aliis bona sua ab incendiis eximere curans et salvare, eundem, ne ipsius exemptio multis in laqueum transeat et abusum, consimiliter ut predictum, constringi mandamus fidejussoria caucione. Datum.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae. S. 64. n. 153.)

339.

Markgraf Karl fordert einige Bürger auf, dass sie seinen schriftlich mitgetheilten Wunsch zu befördern trachten. o. D. u. O. 1333—1346.

Kar(olus) domini regis et cet. — Prudenciam vestram cum fiducia requirimus et hortamur, ut nostre intencioni juxta ea, que vobis scripsimus, vos, sicut de vobis confidimus, benivole conformetis, pro quo specialiter nos habebitis ad ea, que vestrum et Civitatis vestre commodum et honorem respiciunt, benivole inclinatos. Datum et cetr.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohemiae. S. 18. n. 37.)

340.

Markgraf Karl ersuchet den Magdeburger Stadtrath um willfährige Belehrung für seinen dahin abgesendeten Bothen. o. D. u. O. 1333—1346.

Kar(olus), domini Regis et cetr. viris Prudentibus, Consulibus et Juratis. Civitatis Maydburgensis sincere sibi dilectis salutem et sinceri favoris incrementum. Vestris semper, ubi poterimus, disponentes intentere incrementis et cetr. — ut supra.

(Jacobi cod, epistol. Johannis reg. Bohemiae. S. 18. n. 36.)

341.

Markgraf Karl ersuchet in derselben Angelegenheit den Abten von. o. D. u. O. 1333—1346.

Devoto suo dilecto . . . Abbati in . . et cetr. Vestris semper cupientes desideriis occurrere et laudabilibus beneplacitis conformari. Paternitatem vestram ex parte domini Genitoris nostri et nostra non sine fiducia requirimus et rogamus, quatenus exhibitorem presencium et ctr. — ut supra.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohemiae S. 17. n. 35.)

342.

Markgraf Karl ersuchet den Herzog Rudolf von Sachsen um Fürsprache bei dem Magdeburger Stadtrathe für den dahin abgesendeten Bothen. o. D. u. O. 1333—1346.

Magnifico Principi Domino Rud(olpho), duci Saxonie Avunculo suo karissimo, Karolus e. c. sincere dilectionis et amicicie indesinens incrementum. Sinceritatem vestram affectuosa precum instancia paterno et nostro nomine requirimus et rogamus; Quatenus exhibitorem presencium, nostrum nuncium specialem, ad hoc apud viros circumspectos, Consules et Juratos Civitatis Maydburgensis, curetis vestris intercessionibus, prout poteritis, promovere, quod ipsi eundem de hiis, in quibus eos paterno et nostro requirit nomine, que nobis cordi sunt, sincere (expediantur) informent, ea ne quem dubitari contingat in scriptis autenticis redigendo, pro quo utique vestre Reverencie et predictorum Consulum ac Juratorum circumspectionem curabimus una cum Genitore nostro predicto grata vicissitudine, prout debuerimus, respondere.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohemiae. S. 17. n. 34.)

343.

Blanka von Valois, Markgräfin von Mähren, nimmt einen Lombarden in ihren Hofstaat auf. o. D. u. O. 1334—1346.

Blanca de Valoyz, Marchionissa Moravie, fideli nostro dilecto. Digna, venture de florencia, salutem cum plenitudine omnis boni, fama tue probitatis et morum honestatis, de quibus nobis innotuit, et desideriis tuis, quibus gliscis nostrorum familiarium numero aggregari, exigentibus, te in nostrum familiarem assumimus per presentes, volente te, in quibus et apud quos possumus et illos, qui nostri consideratione se benivolos tibi reddunt, speciali gratia prosequi et favore. Rogantes ac hortantes singulos, praesentium notitiam habituros, ut a tuis se incommodis et molestiis continentes, te non desinant in agendis quibuslibet ob nostri Reverentiam ex diligentia promovere. Pro quo ipsis gratam vicissitudinem, dum ad hoc opportunitas se obtulerit, impendemus. Concedentes tibi absenti tamquam presenti has litteras in testimonium premissorum. Datum e. c.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae S. 8. n. 14.)

344.

Konrad Pusch und dessen Sohn Johann, Bürger von Prag, mahnen den Herzog Nikolaus von Tropau und Ratibor um die Bezahlung der Interessen von dem Kapitale XX. Schock Gr. o. D. u. O. 1337—1346.

Magnifico Principi, domino Nic(olao) Opav(ie) et Ratibor(is) duci, et strennuis militibus domino...de...et domino....de...Conr(adus) Pusch et Joh(annis) ipsius filius, Cives Pragenses, ad quevis servicia se paratos. Adhuc, sicut sepe per litteras Civitatis Pragensis et nostras fecimus, Excellenciam vestram requirimus et monemus, ut nobis de XX sexagenis capitalis pecunie, super quas usure totidem excreverunt, juxta promissa vestre fidei satisfacere studeatis. Quod si non feceritis, extunc coram Principibus, Capitaneo, Baronibus et Civibus vestris litteris, prout urget necessitas, publice demonstratis violationem promissorum vestrorum et vestre fidei compellimur, quousque satisfeceritis, quanto asperius poterimus, sepesepius publicare.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohem. S. 8. n. 16.)

345.

Die Markgräfin von Mähren ersuchet den Musch .. Bürger von Glac .. darauf zu sehen, dass der dortige Stadtrath ihr den Unterhalt sende. o. D. u. O. 1334—1346.

Marchionissa Moravie. Te Musch. Civem Glac., cum fiducia requirimus et hortamur, quatenus de hoc nostri consideracione sis sollicitus et intentus, quod Judex et Jurati Glac. nobis propinam ex parte sue Civitatis ad presens impendant congruam, prout eis scribimus

ac decentem, pro quo ipsorum ac Civitatis et ejus promocionibus in agendis diversis disponimus incedere generose. Commendantes te ex eo, quod devotum Capellanum nostrum Mich(ae)l(em) Exhibitorem presencium in nostris negociis procedentem pertractas et prosequeris favorabiliter et benigne. Datum.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohemiae. S. 19. n. 43.)

346.

Markgraf Karl erkläret, dass sein Vater, König Johann von Bohmen, über Ansuchen seiner Gemalin Blanka das in der Stadt Prag gelegene öde und ehedem der Jüdin Milka gehörige Haus dem Mundschenken Heinrich, einem Sohne des Berthold von Lipa, geschenkt habe. o. D. u. O. 1334—1346.

Nos Karolus, domini Regis Boemie Primogenitus, Marchio Moravie, scire volumus universos, quod sicut Serenissimus Princeps, Rex Boemie, dominus et Genitor noster karissimus, ad intancias precum Illustris domine, Blance Conthoralis nostre predilecte, aream, seu domum desertam, in Civitate Pragensi, que quondam divitis Milce, Judee de Czazlavia fuit et ad ipsum ex eo, quod in ea alias ignis, qui nostram Civitatem Pragensem in parte devastavit, exortus fuit, rationabiliter devoluta, Dilecto nobis Henrico, Pincerne venerabilis Bertoldi de Lipa, Wysser(adensis) prepositi, ac ipsius Henrici Conthorali, Katharine et eorum heredibus ac successoribus, mediantibus suis patentibus litteris, dedit hereditarie ac donavit tenendam habendam et possidendam hereditarie perpetuis temporibus sine impedimento quolibet pacifice et quiete, non obstantibus quibuscunque aliis litteris suis datis, pretactis contrariis, sive dandis, quas revocat in irritum et nullius vult habere vel obtinere roboris firmitatem; Ita nos, donacionem eandem approbantes et benivole admittentes et concedentes, volumus in pleno suo robore perpetuo persistere ac durare, dantes ad majoris roboris certitudinem in hac parte Henrico, Katharine, eorumque heredibus et successoribus quibuslibet has litteras in evidenciam premissorum. In quorum omnium robur et testimonium presentes dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum et cetr.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohem. S. 30. n. 69.)

347.

König Johann von Böhmen schenket dem Prager Burggrafen Heinrich Berka das Dorf Holiczow, welches er von dem Olmützer Bischofe Heinrich von Duba erkauft hatte. o. D. u. O. 1334—1346.

Nos Johannes, dei gratia et cetr., notum et ctr. Quod dilectum fidelem nostrum Hinconem Bercam, Burchravium Pragensem, de multis suis servicis, que cum debita puritate et constantia fidei, nec non grata promptitudine, nostre Celsitudini in opportunitatibus complacendi non semel, sed pluries, nobis exhibuit juxta vires et posse. Capientes a nostra

liberalitate gratuite remuneracionis premia reportare, villam nostram Holitzow...adjacentem cum suis redditibus, Censibus, piscariis et cetr. nec non cum singulis utilitatibus, juribus et pertinenciis, in quibuscunque rebus consistant, quibus ad quondam Haym(onem) de Duba, ipsius Hinconis Berce patrem, olim jure proprietatis et dominii pertinebant, et consequenter ad nos et ad regnum nostrum Boemie per quondam venerabilem Hinconem de Duba, dicti Berce fratrem, Olomucensem Episcopum, Principem nostrum dilectum, titulo empcionis pro certa pecunie quantitate pervenit, quamquam eidem Hinconi, suis exigentibus meritis nobis placidis et acceptis, postmodum generose ad vite sue tempora, post eum dicto Hinconi Berce similiter pro vite sue termino contulimus possidendam, nunc nobis vacantem ipsi Hinconi Berce damus, tradimus, conferimus et donamus Tenenda, habenda, ac utifruenda per eum heredes ac successores ipsorum in perpetuum pacifice et quiete, Nichil juris proprietatis, questionis, vel actionis in dicta villa, vel ejus utilitatibus, juribus ac pertinenciis antedictis in toto, vel in parte aliqua, nobis, heredibus vel successioribus nostris, Boemie Regibus, aut March(ionibus) Moravie, reservato, Sed tranferentes in eos et in eorum quemlibet de certa nostra scientia id totum juris, quod in ipsa predicta villa nobis quocunque modo vel titulo competebat, competit aut posset competere in futurum. Damus ipsi Hinconi suisque heredibus sepedictam villam in toto vel in parte, prout ei vel eis placuerit, vendendi, donandi, legandi, permutandi et in quamcunque personam, quocunque jure vel titulo voluerit, transferendi plenam et liberam potestatem. In quorum.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae. S. 34. n. 76.)

348.

König Johann von Böhmen befiehlt dem Markgrafen Karl, dass er die Waisen des Olmützer Provinzial-Richters Georg in den Besitz des Dorfes Chrybein (Hřebčín) wieder einführe. o. D. u. O. 1334—1346.

Nos Johannes, dei gracia et cetr. recognoscimus, Quia adhuc in memoria — prout olim Brunne coram nobis et pluribus aliis nostris fidelibus res hec gesta est — firmiter retinemus, quod — dum in causa litis super possessione et proprietate ville Chrybein cum suis pertinenciis fidelis noster Hinco dictus Berca de Duba se in ipsa villa validius jus habere, quam Georius, quondam Provincialis Olomucensis, debuerit (super eo quod ipsam villam a pretacto Georio comparasset emptionis titulo) per septem Milites, testimonium veritati pro ipsius Hinconis parte per corporalia sua juramenta perhibentes, coram terre Mor(avie) Czudariis approbare — ipse Hinco in testimonio hujusmodi deficiens a jure, quod sibi in predicta villa credebat competere cecidit ipso facto in termino constituto, Predicto Georio possessionem ipsius ville cum pertinenciis assecuto corporalem pacifice et quiete. In qua dum stetisset, quousque nos contigit de Regno nostro Boemie absentiam agere; tunc intelleximus ipsum Georium de possessione predicte ville minus juste fuisse ejectum, licet id Georius prope multa et alia Regni nostri negocia neque in dicta possessione nequiverimus

reformare, neque ipsius filius, patre defuncto, qui sui eo nos aliquotiens monuit, ex occupatione nostra non fuerit in ipsa possessione postmodum reformatus. Tamen ad instanciam Johannis presbyteri, quem cum aliis Orphanis dicte cause contingit negocium, ipsum Johannem et...filium Georii et Orphanos pretactos, quorum interest, in sepedicta possessione ville, quantum de jure fuerit, decrevimus reformandos, comittentes hoc illustri domino, Karolo Marchioni Moravie, Primogenito nostro karissimo, ac etiam Venerabili Johanni Olom(ucensi) Episcopo, principi nostro dilecto, opportuno tempore faciendum. Harum nostrarum testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum et cetr.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohem. S. 37. n. 81.)

349.

Die Markgräfin von Mähren ersuchet (einen Bischof) um die Verleihung eines Kanonikats an den Kleriker Nicolaus, Sohn des Lombarden Johann von Vivier. o. J. D. u. O. 1334—1346.

Marchionissa Moravie. Reverendam paternitatem vestram et amicitiam affectuose precamur, quatenus dilecto nobis Nicolao Clerico Johannis de Vivario Lombardi servitoris nostri, quem suis exigentibus meritis grätia prosequimur et favore, curetis nostri contemplacione de aliquo Canonicatu cum prebenda, per cujus proventus Padue studiis liberalibus insistere valeat, providetur. Quicquid enim pro eo feceritis in hac parte, nobis reputabimus esse factum. Datum et cetr.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae. S. 38. n. 83.)

350.

Die Markgräfin Blanka empfiehlt dem Penestiner Bischofe und Cardinal P. die Priester P. und W. aus Prag zur Förderung. Prag o. D. 1334—1346.

Reverendo in Christo Patri et domino, domino P. Presbytero Cardinalis tituli, Episcopo Penestino, Vicecancellario domini pape .. Blanca, domini regis francie, Marchionissa Moravie cum recommendatione sui sincerum in omnibus complacendi affectum. Discretos viros P. et..W..presbyteros de Praga, presentium ostensores, quos amicorum suorum nobis et nostre Curie familiarum grata et continua obsequia vobis similiter reddunt gratos, Reverencie vestre cum fiducia duximus commendandos, affectuose pro ipsis et cum ipsis petentes, quatenus cognito eorum proposito ipsos in hiis, que saluti animarum suarum videbuntur competere, curetis nostri consideratione ex diligentia promovere et prosequi generose. Nam siquid placiturum vobis in hiis partibus noverimus, parate sumus semper juxta posse effectui mancipare. Datum in Castro Pragensi et c.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae. S. 39. n. 85.

351.

Markgraf Karl ersuchet den Bischof Johann von Meissen, dass er den Pfarrer Johann von Milešín zur Rückstellung des durch dessen Bruder den Prager Bürgern geraubten Geldes verhalte. o. D. u. O. 1339—1346.

Venerabili in Christo patri et domino domino . . . Jo(hanni), Misnensi Episcopo, Karolus, domini Regis Boemie Primogenitus, Marchio Moravie, sinceram ad quevis ejus beneplacita voluntatem. Significamus vobis, quod quidam vester clericus, nomine Johannis, Plebanus in Milssein, de illa pecunia, que hoc anno juxta Stalburch Civibus Pragensibus per Jo. Boemum, fratrem dicti Plebani, et suos complices spolio est ablata, magnam satis apud se in deposito obtinent quantitatem, prout dictorum Civium occultus nuncius, quem ad partes miserant, inquisitione diligenti visitare, realiter didicit, et affirmant et in eo verisimiliter patet, quod idem Johannes, hoc anno Pragam ad nundinas veniens, aureos hujus pecunie ibidem vendidisse dicitur et fratri suo predicto spadonem, licet per interpositam personam, pro XI sexag(enis) grossorum emisse refertur. Quapropter vos affectuose petimus et rogamus, quatenus dictum clericum ad hoc nostri consideratione modis competentibus tenere curetis, quod siquid de dicta pecunia habere visus fuerit, restituat, ne spoliis et rapinis consentiens, eas videatur parasse, pari pena cum maleficis puniendus. Datum et cetr.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae. S. 40. n. 88.)

352.

Frenzlin Tausendmark und dessen andere Anverwandte, Bürger von Prag, ersuchen den Pfarrer H. von Mezeřič um Verleihung der erledigten Prager St. Michaelskirche an ihren Anverwandten W. Tausendmark. o. D. u. O. 1335—1346.

Honorabili viro, domino H. plebano in Meserietz, visitatori Sepulchri dominici Can. Frenzl(inus) Jacobi, Jo, F. Tausendmark, ceterique ipsorum amici, Cives Pragenses, semper ad ejus beneplacita se paratos. honestatem vestram de qua plene presumimus tota fiducia petimus et rogamus, quatenus juxta preces affectuosas domini Marchionis Illustris, domine Marchionisse Moravie pro conferenda Ecclesia ad stum Michelem in Praga, domino W. Tausentmark presbytero Can(onico), nostro consanguineo, ad hoc, quod sibi ipsa conferatur Ecclesia, vestre promotionis diligentiam convertatis, Habituri nos perinde ad omnia, que vestrum et Mon(asterii) Sderasiensis commodum respiciunt et honorem, toto tempore, quo vixerimus obligatos. Et quia res ista de Carnali fratre meo agitur, Idcirco ego, Frentzel Tusentmark supradictus, peto instantia, quanta possum, ut pensata promptitudine complacendi, qua semper vestris agendis me habuistis benivolum et intentum, ejusdem consideracione prelibatas preces effectui mancipare curetis. Datum et cetr.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae. S. 43. n. 94.)

353.

Die Markgräfin von Mähren verwendet sich beim Pabste für ihren Kapellan Jakob, Domherrn bei der Kirche des h. Markus zu Venedig, um Erhörung seiner vorzutragenden Bitte. o. D. u. O. 1334—1346.

Pater sanctissime et mi domine Reverende, Sanctitati vestre supplico, tam humiliter, quam devote, quatenus in persona Jacobi Nicolai de Pecca, de Venetiis, Canon(ici) Ecclesie sancti Marci Venetiis presbyteri, Capellani mei, specialem mihi gratiam facientes, ipsum dignemini in una supplicatione, quam Sanctitati vestre duxerit offerendam, generosius exaudire, prout alias eidem sanctitati vestre humiliter supplicavi. Reddentes in hoc me solita pietate favoribus apostolicis consolatum, tam personam vestram sanctissimam conservare dignetur altissimus per tempora longiora ad regimen Ecclesie sue sancte. Datum. Ex parte Marchionisse.

(Jacobi cod. epistol. Johannis regis Bohemiae. S. 47. n. 101.)

354.

Markgraf Karl befiehlt den Bürgern von Jamnitz, dass sie dem Znaymer Juden Nechlin bezüglich seiner Erbgüter gerecht werden. o. D. u. O. 1334—1346.

Vos Henr(icum) Judicem, et Juratos Civitatis Gemnicen(sis) nobis dilectos, scire volumus, nos vidisse Civitatis vestre patentes litteras et jura, que Nechlino judeo Znoymen(si), Camere nostre servo competunt in domum olim Berngeri Chrigleri, Civis Jemnicen(sis) et integritate agrorum, ad ipsam domum spectantium, prout in ipsis litteris continetur, et quod predicta jura Nechli(nus) obtinuerat ante persecutionem judeorum et antequam Civitas Gemnicen(sis) fuerit paterno et nostro fideli Wilh(elmo) de Lantstain subdita et commissa. Et quia asseruistis et asseritis, quod ad mandatum predicti Wilh(elmi) domum pretactam Alienaveritis a prefato Nechlino, tam memorato Berngero, quam suis heredibus, restituendo in ipsius Nechlini prejudicium et gravamen. Idcirco nunc, cum nostris mandatis debeatis intendere ac parere, vobis precipimus et mandamus precise volentes, Quatenus dictum Nechlinum memorate domus et agrorum et omnium spectancium ad eandem faciatis potentem, presentibus statim visis, Nichil in contrarium pretendendo. Et si quis contra prefatum Nechlinum et pretactas Civitatis vestre litteras voluerit in Judicio litigare, id volumus fieri coram venerabilem Johannem Episcopum Olom(ucensem), Capitaneum Morav(ie), in termino et loco, que idem Episcopus ad hoc duxerit prefigenda. Pretacto nechlino inhibemus, ut nullum querere debeat super predicta domo Judicium coram vobis sed tantam coram Episcopo et capitaneo Antedicto. Tibi quoque Henr(ico), Judici predicto, precipimus et mandamus volentes, ut sepedicto Nechlino super pecunia vel alia causa, qua monere habuerit, justitiam, mediante (?) sibi coram Episcopo et Capitaneo prelibato ad objecta quelibet in loco et termino, assignatis sibi, debeas respondere, nullis aliis litteris nostris, si que date fuissent, aut darentur, in contrarium valituris, quibus presentes volumus prevalere sigilli nostri appensione munitas et cetr.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohemiu S. 66. n. 158.)

355.

Die Markgräfin von Mähren fordert den Küchenmeister der Königin (von Böhmen) auf, dass er die dem Leuthomyšler Abte gepfändeten Pferde zurückstelle. o. D. u. O. 1344—1346.

Marchionissa Mor(avie). Te Gotfri(dum) — Magistrum Coquine Regine, requirimus et hortamur volentes nichilominus, ut arrestacioni equorum Devoti nobis .. abbatis Luthom. per te facte supersedeas nostri consideratione hac vice. Quod si facere nolueris, extunc causam tuam adversus ipsum abbatem coram fideli nostro Ruzone de Luticz Subcamerario Boemie, prout justitia exigit, exequaris.

(Jacobi cod. epistol. Johannis. reg. Bohemiae. S. 19. n. 42.)

356.

König Johann von Böhmen ersuchet den König Ludwig von Ungarn um Rückstellung der dem Prager Bürger in Holič geraubten Sachen. o. D. u. O. 1344—1346.

Inclito Principi, domino Ludwico Ungarie Regi, Amico karissimo, tanquam fratri, Johannis, Dei gratia Boemie Rex ac Lucemb. Comes, cum complacendi desiderio sincere dilectionis et amicicie continuum incrementum. Pro Johanne Cive Pragensi nobis dilecto, presencium ostensore — cui alias ad instanciam Illustris Principis, domini Karoli Primogeniti nostri karissimi, Marchionis Moravie, vestras ad Burchravium vestrum in alba Ecclesia, ut sibi tres spadones et 350 aureos, quibus eum in transitu per albam Ecclesiam spoliaverat, restitueret, litteras concessistis; Quorum Spadonum ipse Burchravius unum tantum, ut in eo pro omnibus ablatis contentaretur, eidem Johanni in signum veritatis comperte restituerat, in quo tamen noluit contentari, sed ipsum sibi restituit et recessit, relinquens causam ipsam usque hodie in suspenso — Celsitudinem vestram precamur, ut sic nostri consideratione fieri disponatis, quod ipse Johannes ablata rehabeat universa. Quantum enim possumus cavere volumus, quod vestri Regnicole in terminis nostri Regni conserventur indempnes et maneant a tam manifestis predacionibus absoluti.

(Jacobi cod. epistol. Johannis reg. Bohemiae. S. 11. n. 21.)

357.

König Johann von Böhmen schreibet an Hašek von Lemberg, Meister des Kreuzherrenordens durch Böhmen und Mähren wegen Restitution des Bruders Gobelin in den vorigen Stand. o. D. u. O. 1344—1346.

Johannes, dei gratia Boemie Rex e. c. Devoto suo dilecto fratri Hasconi de Lenberch, Magistro ordinis Cruciferorum per Boemiam et Moraviam, gratiam suam et omne bonum. Preces Inclite Conthoralis nostre, Domine Beatricis, Regine Boemie, pro reformatione integra et conservatione continua fratris Gob(lini) de ... hab. dilecti in eo statu, quo noviter ante

sui destitutionem positus fuerat, vobis directas in illis punctis et articulis, in quibus preces ipsas imperfectas reliquistis, nec debito effectui mancipastis, ad supplices virorum Nobilium Comitis de Hohenberch et . . . de Sarb. et aliorum quorundam nostrorum fidelium, nos loco dictorum duorum crebro de hoc monentium, instancias, quas dissimulatorie pertransire non competeret, iteratis vicibus resumentes, vos requirimus et rogamus, nolentes vos hiis duplicatis precibus, que discrete plus quam vim praecepti simplicis in se implicant et includunt, ulterius evasionis occasionibus obviare, vel alioquin contraire, sed eas promptis affectibus studioso effectui commendare. Quatenus dicto fratre Gob(elino) in pleno statu domus .. omnino ad modum pristinum, tam cum fratribus, quam cum rebus tunc ibidem habitis, favorabiliter reformare, ne tamquam exul, ut malemeritus, que in ipso locum non obtinent, teste fama communi, ipsum fratrem Gob(elinum) ob intercedentium pro eodem reverenciam, pro quo etiam merita, ut audimus, propria intercedunt, zelo semper fraterno velitis prosequi in futurum. Provisurus vobis per hoc et vestris confratribus apud nos et nostram Curiam, mediantibus personis prehibitis, dum locus et tempus fuerit, in agendis de promocionibus opportunis. Dat. e. c.

(Jacobi ccdex epistolar. Johannis reg. Bohemiae S. 2. n. 3.)

358.

Die von dem Bevollmächtigten des Grafen Johann von Tyrol dem Bevollmächtigten der Margaretha von Kärnthen in der Ehescheidungsfrage vorgelegten acht Artikel. o. D. u. O. 1349?

Frater Ulricus Dei, et Apostolice Sedis gratia Episcopus Curiensis Judex ad infra scriptam causam una cum Reverendo Domino Patriarcha Aquilegiensi cum clausula, quatenus vos, vel alter ex vobis specialiter delegatus, etc. in causa matrimoniali, seu divortii mota inter illustrem Dominum Johannem Ducem Karinthie, Comitem Tyrolis et Goricie natum incliti Domini Johannis olim Regis Bohemie ex una, et nobilem Dominam Margaritam spectabilis Domini Heinrici, olim Ducis Karinthie filiam, ex parte altera, Johannes Apezkonis de Glaz Procurator, et procuratorio nomine Domini sui Johannis predicti, lite cum, Domino Henrico incurato Ecclesie in Syls, Diocesis Brixinensis, Procuratore, et procuratorio nomine Domine sue Margarite predicte legitime contestata, per puram, et simplicem confessionem, Henrici Procuratoris predicti prestitoque juramento calumnie et veritatis dicende, ponit, et dat articulos infra scriptos, quos per Sacramentum credit esse veros, et posse probare petens Dominum Henricum procuratorem predictum procuratorio nomine Domine sue prefate ad omnes, et singulos articulos infra scriptos juratum respondere compelli.

I. Item primo, quod Dominus suus Johannes predictus olim cum Domina Margarita prefata matrimonium contraxit per verba legitime de presenti. Ad istam, et ad sequentes juratus salvis impertinentibus respondet, et istam confitetur.

II. Item quod idem Dominus Johannes eidem Domine Margarite, domo, mensa, et lecto, eisdem per decem annos cohabitavit, et ultra. Istam fatetur esse veram.

III. Item quod idem Dominus Johannes, et Domina Margarita predicta per eosdem decem annos, vel saltem per triennium continuum infra decennium supradictum, sibi invicem fidelem operam dederunt ad carnalem copulam faciendam sua corpora sibi invicem debite voluntarii exhibentes, istam confitetur.

IV. Item quod Dominus Johannes predictus adversus Dominam Margaritam maleficiatus duntaxat, ut indubitanter presumitur, cum ea nunquam factus est, nec unquam effici potuit una caro. Istam confitetur.

V. Item quod Domina Margarita predicta prescriptum maleficium, et impotentiam in prefato Domino Johanne perpendens ab ipso divertit, et non exspectato judicio Ecclesie, Domino Ludwico de Bavaria, pro Marchione Brandenburgensi se gerente, matrimonialiter se conjunxit. Istam confitetur.

VI. Item quod eadem Domina Margarita cum eodem Domino Ludwico ut cum suo marito per plures annos cohabitans, plures ex eo, et per eum filios, et filias procreavit. Istam confitetur.

VII. Item quod Dominus Johannes predictus naturalem habet potentiam, mulieres alias cognoscendi, et desiderans esse Pater, non velit continere, et pro honore, ac voluntate dominiorum suorum cupit heredes legitimos procreare. Istam credit ex fide dignorum relatu esse veram.

VIII. Item quod de predictis omnibus et singulis in comitatu Tyrolis, et Regnorum Boemie est publica vox et fama. Istam credit esse veram. Ex tabul. Oenipont.

(Abgedruckt in Steyerer Commentar. pro histor. Alberti II. S. 638. aus dem Innsbrucker Archive.)

359.

K. Karl IV. weiset dem Abte und Convente des Slawenklosters bei S. Cosmas und Damian in der Neustadt Prags den ganzen ordentlichen Zins von der Stadt Kouřim zum Unterhalte an. Dto. in Ysnacho, XV. Kalend. Februarii (18. Jänner) 1349?

(Abgedruckt bei Pelzel K. Karl IV. I. Th. Urkundenb. S. 95. n. LXXXVI. ex Registro Slauorum.)

360.

K. Karl IV. schenket dem Abte und Convente des Slawenklosters in der Prager Neustadt den jährlichen Zins einer Mark von den Neustädter Fleischbänken, soweit dieselben die Zahl der Altstädter nicht übersteigen. Dto. in Ysnacho, XV. Kalendas Februarii (18. Jänner) 1349?

(Abgedruckt bei Pelzel K. Karl IV. I. Th. Urkundenb. S. 98. n. XC. e Registro Slauorum.)

361.

K. Karl IV. weiset dem Abte und Convente des Slawenklosters in der Prager Neustadt statt des Zinses von den dortigen Fleischbänken den Zehnten Theil des in der Prager Altstadt eingehenden Wein-Umgeltes auf so lange an, bis nach Ablauf der der Neustadt verliehenen Befreiung der Zins von den Fleischbänken gezahlt werden kann. Dto. in Ysnacho, XIII. Kalend. Februarii (20. Jänner) 1349?

(Abgedruckt bei Pelzel K. Karl IV. I. Th. Urkundenb. S. 99. n. XCI. e Registro Slauorum.)

362.

Herzog Johann von Kärnthen fordert den Wilhelm von Egerberg, Poprawce des Saazer Kreises, auf, den Ráček von Křečow dahin zu verhalten, dass er Alles den Leuten des Dluhnik von Maloměřic Entrissene rückstelle. Mendico fer. V. post diem h. Laurentii. 1346—1350.

Johannes dux Karinthiae. Dilectioni tuae committimus et mandamus, omnino volentes, quatenus Raczkonem de Krzeczov nostra auctoritate teneas, ut hominibus Dluhnikonis de Malmirzicz universa restituat ablata, et causam eandem stare dimittat usque ad quatuor tempora proxime ventura, quia eandem volumus per barones terrae terminare, dicens eidem Raczkoni, ut Pragae coram nobis in dictis quatuor temporibus debeat comparere, et etiam quod medio tempore cum eodem Dluhnikone nec hominibus quidquam habeat disponere nec aliquid innovare. Datum in Mendico quinta feria post diem beati Laurentii.

Wilhelmo de Egerberch fideli et nobis sincere dilecto.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung S. 358. n. 160. c.)

363.

Zeugniss Bischofs Johann von Olmütz über die Schuldlosigkeit eines Mönches von Sedlec. o. J. u. D. 1334—1351.

Johannes Dei et Apostolicae sedis gratia Olomucensis ecclesiae episcopus, universis Christi fidelibus praesentium inspectoribus sinceram in domino charitatem. Ad communem omnium deducimus notitiam, quod dilectus nobis frater H. ordinis Cisterciensis monasterii Sedlicensis, vir utique multae discretionis et honestatis, coram nobis dolenter proposuit, se certa quorundam fautorum suorum et amicorum singularium relatione didicisse, ipsum linguis dolosis quorundam detrahentium, non sobrie sed perperam agentium, fore abbati suo male expositum et sinistre deportatum, videlicet in hunc modum, quod nobis insinuaverit, quomodo dominus abbas suus bona monasterii praedicti distraheret et alienaret, nec non eadem minus utiliter dissiparet. Cum igitur injuste diffamatis sit excusationis beneficio succurendum, omnes ac singulos, ad quos praesentes pervenerint, scire cupimus et tenore praesentium publice profitemur, quod praedictus frater H. nunquam aliqua talium, ut prae-

missum est, per se vel per alium, coram nobis movit vel moveri procuravit, nec umquam quidquam attemptavit, ex quo saepe dicto abbati suo possit turbationis aut cujusvis incommodi materia suboriri. Nihilominus nos offerentes et pronos exhibentes ad laudabiliter excusandum eumdem erga dominum regem, dominum archiepiscopum, nec non apud quoscunque suos superiores, quando et quotiens fuerit opportunum.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung S. 346. n. 148.)

364.

Wilhelms von Landstein Befehl an die Bürger von Znaim o. J. u. D. 1345—1351.

Wilhelmus de Lantstein, sincere nobis dilectis judici et juratis totique communitati civium in Znoyma, promtum et sincerum in omnibus complacendi affectum.

Sinceritatem vestram requirimus, quantum ex nobis consulentes, quatenus juxta tenorem literarum domini nostri Johannis Boemiae et Poloniae serenissimi regis, destinatarum ad vos pro negotio nobilis viri domini Wilhelmi de Strakonicz, disponatis vos, mandatum suum exsequentes, sicut honorem vestrum et gratiam diligitis conservare, praecaventes vobis, ne per vestram negligentiam mandati regii ipsum dominum Wilhelmum abscedere contingat de verstra civitate. Datum etc.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung S. 342. n. 144.

365.

Verpfändung der Urbur in ganz Böhmen und Mähren. o. D. u. J.

Nos etc. Profitemur et recognoscimus et testamur testimonio hujus scripti, quod orboram montium nostrorum omnium per totam Bohemiam et totam Moraviam cum omni integritate libertatum et juris locavimus H. et C. a festo beati . . nunc proxime affuturo vel nunc praeterito ad unius anni circulum, pro V millibus marcarum argenti, de quibus ipso locationis die nos expediverunt in pannis et rebus aliis pro C marcis argenti, solventque ad dies XIIII ante diem beati Martini nunc proximum quadringentas marcas argenti, et in quatuor temporibus ante nativitatem domini tandem addent et dabunt nobis ad istas quadringentas marcas jam dictas, quod omnibus computatis nos ad plenum expedient in MCCL marcis argenti. Item in septimana proxima post diem cinerum nos expedient in mille CCL marcis argenti, item in festo pentecosten nos similiter expedient in mille CC et L marcis argenti; item tantumdem videlicet MCCL marcas argenti nobis dabunt in tali festo.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung S. 311. lit. h.)

366.

K. Albrecht fordert die Ungarn zum Zuge gegen K. Wenzel von Böhmen auf. O. J. u. D.

Albertus rex Romanorum etc. episcopis et baronibus Ungariae, dilectis sibi, regiae benignitatis affectum cum salute. Cum nos contra Venz. regem Boemiae, magnifici p. regis Ungariae avunculi et tamquam *(sic)* nostri karissimi inimicum, potenter gloriosa stipati militia et magnifice procedere intendamus, dirigamusque directissime a Neuburga in Moraviam gressus nostros: Sinceritatem vestram monemus, hortamur et requirimus studiose, quatenus collocantes prae oculis diligenter, quod labores hujusmodi nobis, ut memoratus noster avunculus, vester dominus, honore et nomine exaltetur debito et coronam regni sui recuperet, et captivos liberet, assumimus praecipue, ipsum persuasivis vestris exhortationibus et inductivis consiliis inducatis, ut assumptis secum armatis et quodcunque habere poterit, ad illustrem Rudolfum ducem Austriae primogenitum nostrum accelerare nullatenus praetermittat; ut collectis potentiae nostrae in unum viribus, dicti regis Boemiae rebellionis proterviam et elationis cornua favente nobis divina clementia conteramus.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung S. 325. n. 122.)

367.

Ein Bürger erkaufet zu Olmütz ein strittiges Haus und verlangt darüber vom Stadtrathe eine Sicherstellung. o. D. O. u. Jahr.

Excellencie vestre revocans memorie, quod bona quedam in Olom., videlicet domum in Civitate et allodium extra ipsam ad vos per demerita cujusdem Civis ibidem devolutam et per vos Dytwino hostiario vestro ad possidendum donatam aut vendendum, prout in vestris patentibus super eo confectis litteris continetur, postquam ab ipso rite et rationabiliter comparaveram titulo empcionis, audita intencione vestra, quam Busco fidelis vester exposuit super eo, instante quoque mihi provide Dytwino prefato, allodium ipsum fratribus de Dolan vendidi reservata mihi domo predicta. Et quia juxta vestrum beneplacitum de ipsa domo per inhabitatorem ejus dicte Civitati jura consueta et debita semper jussi observari; Idcirco, sicut digne fieri debet, me multo magis ipsa jura observare Civitati predicte in parte qualibet oportebit.

(Jacobi Codex epistolaris Johannis regis Bohemiae S. 21. n. 50.)

368.

Ein Ehemann fordert seine von ihm abwesende Gemalin behufs der Unterstützung in der Erziehung der Kinder zur schleunigen Rückkehr auf, und verspricht, mit ihr sogleich nach Brünn zurückzukehren. o. D. O. u. J.

Indissolubilis amoris pia salutatione premissa, fides hoc exigit Conjugii divinitus instituti, ut in diversis corporibus Conjugum nulla sit diversitas animorum. Eapropter.... Conjunx dilectissima ad hoc tempera et relaxa erga me duritiem mentis tue, quam erga

me hucusque indebite habuisti, et certifica me per tuas litteras de tuo adventu ad me breviter succedente, juvando me liberos meos perficere, quos sine te non possum perficere, sicuti ipsa nosti et removendo a me turbationem et angustiam, que de tua inobediencia animum mihi cruciant incessanter. Quia cum pridie tibi miserim LX grossos et nunc hospitem tuum de XX gross(is) per pignora certificare valeas, jam nullam causam habes te a me diucius in meum grave dispendium absentandi. Scitura secure, si veneris in proximo, quod te de bono panno de Gynth vestiam pallio et tunica, si tibi fuerit placiturum. Nam usque ad festum Pasce ultra omnes expensas de rebus, quas preparare habeo, secure lucra potero XII marc(arum) argenti obtinere, cum eisdem tecum Brunnam statim postea reversurus. Si autem hujusmodi preces meas spernens ad me non veneris, tunc scias, quod ammodo non mittam tibi litteras, vel nuncios te vocantes, sed venditis pre furia cum maximo dampno omnibus rebus meis, sicut alias me fecisse, quando X marcas reditus postposui, tibi constat ad te ante festum Nativitatis iracundus veniam, ut vesanus, mala tibi que forsitan non evades, subito illaturus.

(Jacobi Codex epistolaris Johannis regis Bohemiae S. 75. n. 188.)

369.

Der Stadtrath von Prag schreibet an jenen von Olmütz in einer wichtigen und grossen Angelegenheit eines Prager Mitbürgers. o. D. u. J.

Prudentibus viris, Judici et Juratis Olom(ucensibus) Judex et Jurati Pragenses sincerum semper complacendi affectum. Exigente quodam casu notabili et enormi, qui cuidam nostro .., cui compatimur moleste, accidit, et qui non ex abrupto sed opportunitate visa et habita, vestre Prudencie per exhibitorem presentium certum et ydoneum nuncium exponetur, quomodo circa ipsum casum tacite prosequendum, ne proditio celandorum afferat nocumentum, procedere debeatis. Datum et cetr.

(Jacobi Codex epistolaris Johannis regis Bohemiae S. 86. n. 224.)

370.

Gränzbestimmung zwischen Mähren und Oppeln. o. D. O. u. J.

In nomine domini Amen. Nos Otthacarus dei gratia Bohemiae rex etc. Omnibus in perpetuum. Ut inter nos et illustrem principem dominum .V. inclytum ducem de Opol, carissimum compatrem nostrum, vigeat debitae dilectionis sinceritas, concordiae unio, perpetuaeque pacis stabilitas, omni rancoris ac dissensionis symptomate resecato: ecce limites sive metas terrarum, super quibus inter nos et ipsum, et clarissimos progenitores utriusque nostrum, jam dudum vertebatur materia quaestionis, taliter duximus distinguendas, videlicet quod metae terrae Moraviae et ducatus Opoliensis a terminis episcopatus Wratizlaviensis, scilicet in villa, que Lypa nuncupatur, incipiunt, et abinde usque in villam Bogun nominatam praedicti ducis Opoliae protenduntur. A qua siquidem villa eaedem metae fluvium, qui Odra

dicitur, transeunt versus villam Grussene, et abinde in Ostravam fluvium, qui usque ad terminos terrae Ungariae protenditur, discurrentes. Et licet hujusmodi metarum distinctio cujuslibet dissensionis scrupulos sufficienter inter nos et dictum dominum ducem sopire videatur, tamen ad superabundantem cautelam et rerum gestarum clariorem *(sic)* atque etiam ut concordiae unio, qua cum praedicto principe sumus invicem couniti, stabilibus amicitiae ligamentis ad utriusque nostrum posteros transferatur, villas, quas metae continent supradictae, propriis vocabulis duximus exprimendas. Que sunt hae etc. et aliae plures villae, quas distinguunt limites supradicti. Metas equidem supradictas inviolabiter intendimus servare, juxta quod ipsas distinguit et specificat series praescriptorum. In cujus rei testimonium etc.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung. S. 300. n. 89.)

371.

Befehl an den Gemeinderath von Satz, dass sie einen von den Schöpfen zum Könige absenden. o. D. u. J.

Vobis paternis et nostris fidelibus, judici et juratis in Sacz, auctoritate illustris D. Karoli Moraviae marchionis fratris nostri carissimi atque nostra praecipimus et mandamus firmiter et praecise omnino volentes, quatenus secundum quod a domino genitore nostro habetis in mandatis, unum ex scabinis et non alium ad ipsum genitorem nostrum statim visis praesentibus transmittere nullatenus obmittatis, sicut indignationem ipsius domini genitoris nostri atque nostram gravissimam velitis evitare.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung S. 256. Fol. 81 a.)

372.

Ein Herr Wznata ersucht das Stift Welegrad in Mähren um die Aufnahme seines „protonotarius“ Johann, wofür er sich erbietet, bei dem Könige und besonders bei dem Markgrafen ihr Bestes zu befördern. O. D. u. J.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung. S. 259. Fol. 29 b.)

373.

Ersuchschreiben an die Rectoren der Schule zum h. Benedict in Prag, wegen Förderung und Unterstützung der Olmützer Bürgersöhne Heinrich u. Nicolaus in ihren Studien o. D. u. J.

Honorabilibus viris, dominis rectoribus scolae S. Benedicti in Praga, salutem et amicitiam sinceram. Sunt quidam scolares, scil. Heinricus et Nicolaus de Olmuncz filii concivium nostrorum, qui se ad civitatem vestram causa studii et disciplinae transtulerunt. Quare propter amorem vestram duximus supplicandam *(sic)*, quatenus nostri perpetui servitii intuitu, si opus studentium apud vos fieret, ipsos in suo studio tueri dignemini defendendo.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung S. 257. Fol. 82 b.)

374.

K. Karl IV. schreibt dem Papste, dass die von ihm verlangte Uebersicht aller Kirchen-Einkünfte in Böhmen und Mähren nicht geliefert werden könne, dass aber die päpstlichen Zehnten daselbst richtig entrichtet werden. O. D. u. J.

Sanctissime pater et domine pertimende! Literas Sanctitatis Vestrae nuper venerabili Arnesto Pragensi archiepiscopo, Johanni Olomucensi ac Johanni Lutomyslensi episcopis suffraganeis ejus, principibus et devotis nostris dilectis directas, per ipsos nobis exhibitas conspeximus. Quarum tenore diligenter rimato, in ipsis deprehendimus contineri, quod circa descriptionem annui valoris omnium beneficiorum et cujuslibet ipsorum, tam secularium quam regularium, Pragensis provinciae, facta ipsa sub modis, in eisdem Beat. Vestrae literis plenius expressatis, eidem Beat. V^rae^ deberent transmitti. Et licet aliquando, facti cessionis expertes, occasionem hujuscemodi praestiterimus aliqualem: nunc tamen, eorumdem beneficiorum et circumstantiarum ipsorum, et praesertim de modo solutionis decimae, pro Sanctitatis Vestrae camera, interdum vero ex speciali Sanct. V^rae^ indulto pro nostris opportunitatibus recollectae, plenius informati, certo certius comperimus, quod dictae provinciae beneficia sub aestimatione certa et invariabili distringi nulla nequeunt *(sic)* ratione. Verum tamen conditione incertitudinis hujusmodi rite pensata, efficaciter didicimus de praesenti, quod solutio decimae per dei gratiam juxta cujuslibet vires beneficii pura fieri et sine diminutione consuevit. Eapropter Sanct. V^ram^ humiliter duximus implorandam, quatenus de praefata descriptione, multam in se impossibilitatem continente, Sanct. V^ra^ prorsus supersedere dignetur, contenta de ordinatione pristina et consueta, quam secundum rectam considerationem fore justam et irreprehensibilem reputamus.

(Palacký über Formelbücher I. Lieferung. S. 363. n. 163.)

375.

Bruchstück einer Willkür von den Badstuben, vom Ankaufe des Sandes und der Steine, von Weinschenken, von Schneidern. XV. Jahrhundert.

. . . . . shol sholich ampetleut in der padstuben halden den er getreu vnd dy den leuten selber nicht shaden tun vnd in auch ir dink bewaren vnd behuten Jdoch dyselben amptleut dy shullen den maister von recht helfen czu gelten als ver sam si vormugen sind sy halt so stathaft si shullen den shaden allen gelten dem maister.

Wo man laim sant oder stain auf der stat gut vindet do shol es ein jgleych man an chauf nemen vnd der stat do mit pauen der stat czu nucz vnd cz eren vnd das shol nimant beren wann es von des chunges gepot also her gnomen ist.

Welich man in dy stat czeuhet vnd sich nicht zu hant erbet in der stat vnd wil wein shenken der shol ein halbes shok phfeninge czu der stat geben vnd es sey vrauwe oder man dye vngesezzen sein vnd wollen pier shenken dy shullen czu aller ersten ainen halben virdunk geben das sein sechs grosse vnd welchen manne man czu den herren

vrlauben shol, der shol von allererst einem virdunk geben vnd vert her wider aus der stat in iares vrist, so shol her aber einen virdunk auf dy stat geben.

Welich man ein sneyder vnd meystershapht wil haben in der stat der shol dem richter vier grosser pheninge czu anweisen geben den sreyber einen et fideiussores sponere vnd den maistern ein phunt wachsses in ir ceche.

(Nach einem handschriftlichen Cod. aus dem XV. Jahrhunderte in der Olmützer Universit. Bibliothek. Sign. F. 29.)

376.

Bruchstück einer Willkür vom Fischverkaufe, vom Getreidemaasse, von der Pfändung des Bett- und Tischzeuges nach dem Tode des Mannes u. s. w. XV. Jahrhundert.

Statuimus vnanimiter propter commune bonum Ciuitatis quod nullus piscator pisces ad forum qui prut dicitur portare presumat et quicumque dictum mandatum violaverit omnes pisces cum predictis judex uel juratus eidem recipiat qui primo superuenerit quos in foro habuerit et si bina vice perpetrauerit tercia ad prangerium ponatur per diem qua finita exibit Ciuitatem annum et diem.

Item omnes effusores aquarum predicte correccioni et pene subiacebunt victi viro probo viro. *(sic)*

Item quicumque pisces in aquis seu in reseruaculis die ieiunali ad forum non portantes seruauerint dictos pisces Judex recipiat et querat(?) et piscatorem subiciat pene et correccioni supradictis.

Item omnibus emptoribus extra uel intra muros Ciuitatis pisces emere ad vendendum in foro seu in domibus pena supradicta striccius inhibemus.

Item vnicuique nobiscum manenti et pisces ementi et ad alias ciuitates seu opida portanti Ciuitatem inhybemus arreptus si fuerit penis puniatur prenotatis.

Item statuimus quod hij qui fructum Strichonum tam estiualium quam hyemalium annonis percipiunt singulis quatuor temporibus duos scabinos pro examinacione dictorum strichonum vocent atque petunt ut diuiti et pauperi iusticia mensurando fiat equalis.

Item volumus ut dictis temporibus vnus quisque brasiator suum strichonem ad illum qui Theycher dicitur portat dictis scabinis presentibus examinet et quicumque neglexerit uel violauerit pene vnius fertonis iudici suluendo subiacebit.

Decreuimus vnanimiter quod nullus creditor uel hospes marito recedente Seu moriente lectisternia et ea que ad mensam pertinent mulieri inpignorare valeat neque debeat.

Statuimus eciam quod nullus Theoloneum deducere potest manens intra muros nisi exeat Ciuitatis et si hospes aliquem saluare nititur dicendo sibi dedisse hoc suo conprehendat iuramento.

(Nach einem handschriftlichen Codex des XV. Jahrhundertes in der Olmützer Universitäts-Bibliothek. Sign. F. 29.)

III.

Urkunden

aus dem Formelbuche in Königsberg.

(Nach einem handschriftlichen Formelbuche K. Ottakars II., mitgetheilt von dem Archivsrathe Johann Voigt.)

377.

Verpfändung der Urbur in den Silberbergwerken Böhmens und Mährens auf ein Jahr gegen Bezahlung von 2000 Mark Silbers. o. D. O. und Jahr.

Nos O. etc. notum facimus etc. quod . . et . . de . . urboram argenti fodinarum tam per bohemiam quam moraviam locavimus a festo beati Petri proximo venturo usque per anni circulum revolutum pro duobus milibus marcarum argenti nobis ab eisdem . . et . . persolvendis in terminis subnotatis dabunt enim in festo beati Michaelis primo venturo quingentas Marcas In festo nativitatis dominice secuturo quingentas Marcas inmediate quadragesime subsequente quingentas marcas et in festo pentecostes tunc ultimo succedente quingentas marcas camere nostre solvent.

378.

Verpfändung der Münze in Mähren an E., Münzmeister in Böhmen auf die Dauer eines Jahres gegen Zahlung eines Zinses von 5000 Talenten an die k. Kammer. O. D. O. u. Jahr.

Nos O. etc. notum facimus etc. quod dilecto Fideli nostro E. Magistro quondam monète per Bohemiam monetam Moravie cum iuribus et iudiciis pertinentibus ad eandem locavimus semper . . . presencium usque ad festum beati petri primo futurum et a festo beati Petri usque per unius anni circulum revolutum pro quinque milibus talentorum nostre camere in subscriptis qnatuor anni temporibus exsolvendis Dabit enim in festo pentecostes proximo venturo ducenta et quingenta talenta, In festo nativitatis dominice succedente etc. dabit insuper in carnis privio afuturo decem husiones In festo autem pasche secuturo decem vasa vini et duo stamina de Skarloto rubeo et octo baldekinos et domine Regine karissime coniugi nostre unum stamen de Skarloto et duos baldekinos. condiciones autem locacionis ipsius sunt tales. videlicet quod idem E. emendet el emendare teneatur argento taliter . ut facta comparacione istius argenti quod modo currit . ad illud argentum quod curret anno sequenti, marcas illius argenti quod tunc curret vel currere debebit sit melior quam materia . que nunc currit uno lot . Ita quod argentum futuri anni in ea quantitate bonitatis per depu-

racionis remedium seu correccionem nunc currente argento sit melius quam marca cursuri uno lotone sit melior materia in instanti currentis Volumus eciam quod sub marca argenti fabricetur tercium dimidium talentum denariorum moravicalium et duodecim denarii et sei ultra istius numeri quantitatem aliqqid fabricatum fuerit pro falso debetur opere reputari. Bis autem infra annum renovabuntur denarii . videlicet in ipsius anni principio hoc est in festo Petri et in festo purificacionis tunc proxime affuturo et quod omnes empciones et vendiciones fieri debeant cum denariis monete predicte et non cum auro vel argento, Volumus eciam ut nulli liceat habere pondera ad aurum vel argentum ponderandum sine voluntate ipsius magistri monete et si quis preter ipsius voluntatem pondera habuerit in viginti talentis eum volumus condempnari. Placet eciam nobis quod nullus audeat auri vel argenti cambium exercere preter predicti magistri monete licenciam et mandatum Specialiter inhibentes ne quis audeat cum antiquis denariis metere sed cum novis.

379.

O . . . König von Böhmen dehnt die Gerichtsbarkeit des Brünner Provinc. Richters über die in den Vorstädten Brünns wohnenden Leute aus. O. D. O. und Jahr.

O. dei gracia Rex Bohemie Omnibus inperpetuum, In terris nostre dicioni subditis vigere dulcia tranquilli status ocia totis desideriis affectantes dum sollicita mente singulatim quelibet discuciendo revolvimus . que pacem disturbet in ipsis videmus non modicum statui comodis communis efficere quod in quibusdam provinciarum nostrarum partibus de prisca vel ab usiva consuetudine Civitatum iudicibus culpabiles et in ipsis Civitatibus excedentes qui vel Baronum nostrorum vel aliorum quorumlibet dominio sunt subiecti punire vel iudicare non licet, Eciam si malefactores penes ipsas resideant Civitates. Sequitur enim quod dum sceleris enormitas taliter pre. . .ur inpunis dum penarum non cohercetur limitibus offensarum excessus, dum locus qui contumelie nota inficitur Exhibicione satisfaccione debite non diluitur, datur facinorosis audiendi deteriora fiducia via reseratur iniuriis et liber quodammodo transitus nequiciis aperitur. Quare cum civitas nostra Brunne abusus mole prefati se gravari ac opprimi quereretur nos eidem Civitati de nostre mansuetudinis clemencia succurentes presentis privilegii tenore statuimus et eidem concedimus Civitati ut iudex beneficiarius Brunnensis qui pro tempore fuerint homines inhabitantes in suburbiis civitatis ipsius Brunne vel ipsi Civitati inmediate connexis de iniuriis ac culpis quas in ipsa Civitate commiserint. mediante iusticia valeant et debeant decetero sine contradiccione aliqua iudicare, ita tamen quod illud in quo per eosdem Judices et beneficiarios rei condempnati fuerint ipsorum cedat dominis siculi si essent per ipsos dominos aui ipsorum iudices finaliter condempnati, Nulli ergo hominum et illorum specialiter ad quos homines in prefatis habitantes suburbiis spectare noscuntnr sive Clerici sive layci fuerint hoc nostrum statutum aut concessionem violare presumat vel ei in aliquo contraire Quod si quis temerariis presumpserit ausibus nostram gravissimam indignacionem cuiuscunque fuerit condicionis se noverit incurrisse.

380.

O...König von Böhmen überträgt dem Markgrafen und dem Olmützer Bischofe B... die Beredung des zwischen ihm und dem Röm. deutschen Könige R..abzuschliessenden Friedens. O. D. O. und Jahr.

Nos O.dei gracia Rex Bohemie in publicam devenire noticiam cupimus per presentes quod nos tam consilio salubri communiti quam eciam domino B. venerabili Olomucensi Episcopo ordinacionem pacis et concordie inter dominum R. Regem Romanorum et nos committimus tenore presencium faciendam ut hiidem domini Marchio et Episcopus ordinent et disponant de hiis omnibus que ad pacem et concordiam spectaverint sed quod ipsis videbitur expedire, ratum et firmum habentes quitquid prefati domini Marchio et Episcopus ad pacem seu concordiam huiusmodi duxerint ordinandam.

381.

O.König von Böhmen befreit die Bürger von Kolin behufs der Befestigung ihrer Stadt auf vier Jahre von allen Kollekten, Steuern, Zinsen und Mauthabgaben. O. D. O. und Jahr.

Nos O.dei gracia eto. notum fieri volumus etc. quod volentes ut civitas nostra Colonie fortis valli munimine roboretur, ipsius Civitatis civibus a festo beati Petri futuro ad quatuor annorum spacium percompletum plenariam concessimus libertatem, Ita quod infra predictum quatuor annorum tempus ab omni exsolucione collecte seu steure census atque thelonei sint liberi et inmunes nec ad exsolucionem collecte seu steure census atque thelonei aliquatenus per aliquem compellantur, sed permittantur liberi et soluti Mandantes tenore presentis instrumenti universis purcraviis Baronibus Militibus et Clientibus thelonia possidentibus ac ceteris thelonearіis per districtus nostri dominii constitutis ne a dictis Civibus Coloniensibus cum mercimoniis et rebus quibuslibet procedentibus aliquid racione thelonei exigant sed eos transire libere et solute permittant, Ipsi autem cives infra prefatos quatuor annos fossatum circa civitatem fodent in ea profunditate quod murus qui ab ymo ipsius Civitatis usque superius a latere civitatis erigetur vel viginti ulnarum computato barchiano qui super eundem murum erit quem etiam murum cum barchiano hiidem Cives constringent circumquaque erigent etiam murum ab illa parte muri qui occurrit pennitus obvia Civitatem volentibus ingredi ab ymo fossati usque ad equalitatem terre superius eminentis facient, et fossatum ipsum tam amplum, quod supercilio lateris ubi barchanus erit, usque in alterius lateris supercilium, ubi murus erit terre tantummodo exequatus sint viginti ulne in transversum et hoc a parte superiori deducta per vacuum linea transversali inferius vero in fundo ipsius fossati tot ulnarum spacium intererit ex transverso quod secundum equipollenciam superiorum proporcionatam, amplitudine videbitur expedire, huic autem operi sic erunt seduli et intenti ut infra prefatum quatuor annorum spacium idem opus sit percompletum et ut tanto melius deducere valeant ad effectum, damus eis proventus nos contingentes in ipsius Civitatis iudicio per prefatum tempus possidendos et percipiendos et in utilitatem antedicti operis convertendos.

382.

O...König von Böhmen befreit die Stadt Znaim behufs ihrer Erholung von den vielen erlittenen Schäden auf drei Jahre von allen Kollekten, Zinsen und Mauthabgaben. O. D. O. und Jahr.

Nos O. dei gracia etc. notum fieri volumus etc. Quod considerantes Civitatem nostram Znoymam faciente malicia temporum multam perpassam fore gravamina et vexatam multimodis satisfacere subpressuris, ut eadem Civitas valeat revelari et remedii suscipiat auxiliaris compendia sibi de munifice liberalitatis nostre gracia providentes a data presencium usque per trium annorum spacium continuatis temporibus percompletum eandem Civitatem ab omni collecta vel census et thelonei per totum regnum nostrum atque exaccionis cuiuslibet exsolucione eximimus et inmunem redderimus per presentes et ut tanto facilius tantoque melius in status melioris continenciam reducatur de habundaciori nostre liberalitatis fructum vel questum iudicii in eadem civitate et officium illud quod scivtamp vulgariter nuncupatur ipsi Civitati a prefatorum trium annorum tempus continue numerandorum similiter duximus concedendum.

383.

O...König von Böhmen befreit das Haus der Kreuzherren zu Brünn auf ein Jahr von allen Kollekten und k. Dienstleistungen, dann von der Gerichtsbarkeit der Kämmerer in Mähren u. s. w. O. D. O. und Jahr.

O. dei gracia etc. universis tenorem presencium perspecturis graciam suam et omne bonum, gloriosi prosequi credidimus operis accionem, si locis reliogis (!) que serviciorum plerumque nostrorum ingemiscunt sub onere iocunde consolacionis opere succurrimus, si quorum gravamina grate recompensacionis remedio relevamus, ut igitur domus cruciferorum d..et..que ad expensarum nostrarum, quas Brunne hiis temporibus fecimus subsidium generate fuerint et valeant per liberalem gracie nostre compendium relevari eis cum omnibus et quibuslibet attinenciis ipsarum a data presencium per unius anni circulum percompletum, plenam libertatem concedimus ipsas et bona ipsarum a collectis omnibus vecturis et qualibet alia servitute nobis prestandis a iurisdiccione Camerarii Moravie, ab infestacione nobilium Purcraviorum et villicorum conductorum seu quorumcumque aliorum, et quod nullus pernoctantes in eisdem domibus et bonis ipsorum extorquencia facere absolutas, Nullus ergo subditorum nostrorum presumat libertatem infringere seu violare, sicut gravem indignacionem nostram et penam debitam cupiverit evitare. Datum etc.

384.

O...König von Böhmen befreit die Brünner Juden auf ein Jahr von allen Abgaben, Steuern und allen Dienstleistungen. O. D. O. und Jahr.

O. dei gracia etc. universis tenorem presencium perspecturis graciam suam et omne bonum. Misereri miseris cuiuscumque ritus aut legis imitatoribus non est humanum tantummodo sed laudabile atque iustum eo quod generosam clemenciam laudum semper comitantur preconia et ut homo se hominibus hominem prebeat iusticia postulat et inducit. Judeorum igitur in Brunna degencium miseriam et pressuras quibus.... (Lücke) acerbe molestati et angariati fuerint hactenus per alienos dominos suadente nobis clemencia miserantes a solucione collecte cuiuslibet sive steure necnon omni servitutis genere quocumque censeatur nomine eos universos et singulos a festo beati Michaelis primo futuro et per unius anni spacium exemptos esse volumus et inmunes et ut eo facilius a sua valeant penuria relevari. et nos ipsis utpote nostra Camera utifrui possumus ulterius tempore succedente hoc prohibitorio interdicto, Mandamus tenore presencium, quod infra prescriptum annum Magistri monete Moravie non compellant eos recipere denarios de moneta quod Camerarius Moravie et iurati Brunnenses non molestent ipsos nec angarient, quod nemini teneantur solvere debita nisi ipsis ea que crediderunt soluta fuerint necnon et quod nullum iudicium seu per aliquem iudicum sumatur aut fiat de ipsis vel ipsorum aliquibus nisi in tribus dumtaxat casibus homicidii videlicet furti falsi, in quibus secundum formam privilegii ipsis super iuribus eorum ac patre olim nostro et nobis indulti est racione previa iudicentur.

385.

O...König von Böhmen stellet das Stadtgericht zu Časlau (civitatis Tazlaviensis) dem Con...und dessen Erben wieder zurück. O. D. O. und Jahr.

Nos O. dei gracia etc. Notum facimus universis tenorem presencium inspecturis quod nos iusticie unicumque quod suum est tribuit satisfacere cupientes, attententes quoque fidem puram et obsequia grata que conspicabilius nobis indefesse exhibuit eidem Con. et heredibus suis possessionem Judicii Civitatis Tazlaviensis, eo iure quod ipsis Con. et heredibus suis in ipso Judicio competit restituimus graciosius ita quod hiidem Con. et heredes sui dictum Judicium cum attinenciis et iuribus omnibus ad ipsum ab antiquo spectantibus iure hereditario tenere et possidere debeant perpetuo pacifice et quiete taliter quod dicti Con. et heredes sui qui sibi in dicto iudicio successerunt de ipsius obvencionibus iudicii nobis XX^{ti} marcas argenti annis singulis solvere teneantur. Mandamus igitur iuratis et Civibus universis predicte Civitatis Tazlaviensis, quatinus sicut graciam nostram conservare diligunt eisdem Con. et per consequens heredibus suis tamquam ipsorum iudicibus prout expedit in iuribus et reverenciis consuetis obedire debeant et parere. In cuius etc. Datum etc.

386.

O...König von Böhmen überlässt dem Ostrower Kloster für das zur k. Kammer gezogene Dorf Lipan ein anderes dortiges k. Gut von gleichem Werthe. O. D. O. und Jahr.

Nos O. dei gracia etc. Tenore presentis privilegii notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, Quod volentes disponere taliter actus nostros et sic vivere ac regnare ut si aliquod Monasterium per abstraccionem bonorum ipsius agravavimus propter villam lippam que fuit olym monasterii in Ostraue quam ad manus curie nostre traximus eidem monasterio bona nostra in tali loco sita cum omnibus attinenciis eorumdem que fuerunt Hogeri in concambium restituenda duximus ex certa nostra consciencia maiestatis, Ita tamen quod si Camerarius noster ac arbitrarii estimatores ad hoc electi et constituti certificati fuerint et intellexerint iuxta ipsorum conscienciam ac estimacionem quod plus valeant bona in.. que dicto Monasterio in restitucionem deputavimus quam villa prefata lypan. tunc in eo quo prevaluerint nobis satisfaciet abbas et conventus monasterii pretaxati, Si vero viderint quod villa in lypan cum omnibus attinenciis suis plus valeat quam bona prefata in..tunc eidem Monasterio super. addere volumus quantum bonis prefatis prevaluerit dicta villa et donec equipollens restitucio videatur. In cuius rei etc.

387.

O... König von Böhmen bestimmt die Morgengabe für seine Tochter Ch... bei ihrer Verheirathung an den Sohn des O..., Herzogs von Pommern. o. D. O. und Jahr.

Nos O. dei gracia etc. dux Cracovie in publicam devenire noticiam cupimus per presentes quod nos contraximus cum Magnifico Principe domino Inclito duce Pomoranie et concessimus et destinavimus karissimam filiam nostram.. futuram sponsam et uxorem ch. filio eius promittentes pro nobis et nostris heredibus stipulantibus. nos curaturos atque facturos etc. ut supra et completi matrimonii numerandos, post quod dicatur sic, et pro eisdem sponsalibus et matrimonio ut est dictum superius contrahendis et predictis omnibus et singulis a nobis dicto..promissis inviolabiliter observandis constituimus prefato domino duci arras sponsalicias et eidem nomine arrarum sponsaliciarum obligavimus.. Castrum nostrum, constituentes nos dictum Castrum tamquam arras et arrarum nomine sponsaliciarum et matrimonii contrahendi pro ipso duce et eius nomine possidere volentes ac eciam sine capcione aliqua concedentes, quod si per nos aut predictam filiam nostram..staret quominus dicta sponsalia et matrimonium compleretur cum fieri et compleri legittime poterint cedat ipsum Castrum..lucro ipsi domino duci et id accipere ac possessionem ipsius ingredi possit sua auctoritate et de ipso tamquam verus dominus facere quitquit velit, sed promisimus dicto domino duci sollempni stipulacione interveniente contra prefata omnia vel aliquod prefatorum per nos vel per interpositam personam numquam venire de iure vel de facto sed ea et

quodlibet predictorum rata grata et firma habere atque tenere observare atque excepcione remota qualibet adimplere, ad sancta dei ewangelia et corporali a nobis super hoc prestito iuramento. In cuius etc.

388.

O... Herzog von Pommern verspricht aus Anlass dieser Heirath den Ehecontract nach Erlegung der Morgengabe von fünf tausend Mark Silbers auszufertigen. O. D. O. und Jahr.

Nos O. dei gracia dux Pomoranie etc. ut supra in proximo usque tamquam verus dominus facere quitquit velit prius et ut quod dicatur promisimus eciam dicto domino Moravie patri dicte..quam primum cum prefata..filia eius sponsalia et matrimonium contrahi poterunt et compleri. Si autem solutis per prefatum dominum v. milibus marcarum argenti. dotis nomine ipsius..filie sue instrumentum dotale, necnon et donacionis propter nupcias secundum quod decuerit et prout est moris fieri volumus faciemus et procurabimus dolo et cavillacione quibuslibet procul motis et quod pro eisdem sponsaliciis et matrimonio ut es dictum contrahendis et predictis omnibus et singulis a nobis promissis dicto domino duc observandis et adimplendis obligamus eidem domino duci..Castrum nostrum nomine arrarum sponsaliciarum constituentes nos etc. ut supra.

389.

O..., Herzog von Pommern, erklärt, von dem Markgrafen in Mähren aus Anlass der Verheirathung dessen Tochter Ch... an einen Sohn Ch... die versprochene Morgengabe von fünf tausend Marck Silbers, Pohlnischen Gewichtes, empfangen zu haben. O. D. O. und Jahr.

Nos O. dei gracia dux Pomoranie tenore presentis pagine profitemur atque contentsumus nos pro parte Ch. filii nostri mariti domine..filie domini..Incliti ducis J. Moravie patri dicte habuisse et recepisse ac a nobis in integrum datas solutas numeratas et traditas esse a prefato domino duce Moravie solvente numerante atque dante et tradente pro parte et pro dote prefate domine..filie sue filio nostro prefato matrimonialiter copulate omnes marcas quas idem dux dudum convenerat, videlicet quinque Milia marcarum argenti ad pondus generale Polonie eadem domina.. non dum tradita dicto Ch., sed adhuc in domo patris existente excepcioni nobis non date non solute non numerate non tradite pecunie sive dotis omnino renunciantes necnon et promittentes pro me..et nostris heredibus dicto domino duci Moravie pro se et suis heredibus stipulanti solvere dare et restituere dicte domine..sive ipsius et dicti filii sui communibus heredibus aut cui ius et casus dederit dictarum quinque milia marcarum in omnem eventum restituende dotis, necnon et quod si forte dictum Ch. emanciparemus et liberaremus cum a nostra potestate p̄d' (?) tis Ch. consignabimus et solvemus predictarum quinque Milia marcarum argenti integraliter ad pondus

Polonie generale donavimus. Igitur pro parte in nomine dicti Cho. filii nostri prefate domine..mariti ex causa donacionis propter nupcias que vulgariter Morgengab dicitur dicte domine..pro se et omnibus suis et dicti Ch. communibus filiis recipienti medietatem tocius ducatus nostri ad habendum tenendum possidendum et faciendum quitquit sibi in communibus filiis eorumdem deinceps placuerit, promittentes ipsi domine..pro se et suis heredibus et dictis eorum communibus filiis predicta propter nupcias donacionem firmam et ratam habere et tenere et non contra facere vel venire aliqua racione vel causa de iure vel de facto sub pena duplici stipulacione promissa et refeccione dampnorum et expensarum litis xx et obligacione omnium bonorum nostrorum et pena ipsa soluta vel non prescripta, omnia et singula maneant in valide robore firmitatis etc.

390.

Verpfändung der Hofmeierei (villicatio) zu Budin auf drei Jahre gegen Zahlung eines jährlichen Zinses von 100 Mark Silbers. o. D. O. und Jahr.

Nos W. dei gracia ad universorum etc. quod dilecto nobis N. villicacionem nostram in Budin a festo tali proximo a futuro usque per trium annorum spacium continuo volvendorum revolutum pro C. marcis argenti locavimus sic ut quolibet de predictis annis in quatuor diviso tempora et secundum hoc predictis in quatuor partes divisis marcis pars pecunie de quolibet tempore deputata nostre camere presentetur. tali in dicta locacione servato moderamine, ut si quis de bonis aliqua que ad dictam villicacionem tempore patris nostri spectabant. occupata tenuerit et ad dicti N. regimen nobis procurantibus non poterunt pervenire, extunc fructus sive proventus dictorum bonorum de predicta pecunia tenebimus defalcare, Ad hoc itaque volumus ut universa claustra et claustralium bona intra terminos dicte villicacionis existencia dictus N. nostra auctoritate et nomine quem ad modum tempore patris nostri defensare debeat et tueri. precipientes ut nullus de dictis claustralibus et ipsorum bonis preter prefatum N. se intromittere debeat ad tuendum talibus interiectis condicionibus ut prefatus N. dictum officium cum eisdem iuribus et pertinenciis quibus tempore patris nostri villici qui tunc pro tempore fuerunt regebant regere debeat et tenere et propter hoc dictus N. in prefata villicacione xv araturas perfecte expedire debet sumptibus propriis et expensis ita ut revolutis predictis tribus annis ipsas araturas prout convenit expeditas et seminibus.... adaptatas et post quamlibet araturam duo pecora vi. oves et duos porcos nobis relinquere debeat occasionibus quibuslibet profligatis. In cuius rei clariorem evidenciam etc.

(Nach einem handschriftl. Formelbuche K. Otakar II. zu Königsberg, mitgetheilt von dem Archivsrathe Johann Voigt.)

391.

Verpfändung der Olmützer Hofmeierei auf ein Jahr an einen dortigen Bürger gegen Zahlung eines Zinses von 80 Mark Silbers. O. D. O. und Jahr.

Nos W. dei gracia etc. Notum facimus etc. quod nos villicacionem Olomucensem cum iuribus et attinenciis que tempore patris nostri spectaverunt ad ipsam dilecto nobis Civi Olomucensi a data presencium per unius anni spacium completum locavimus pro octoaginta marcis argenti tenendam et possidendam ab ipso per prefati temporis spacium sub condicionibus infra scriptis, videlicet quod idem..pretaxate summe pecuniam nobis exsolvet in terminis subnotatis dabit enim nobis terciam partem pecunie in festo nativitatis Domini nunc venturo, aliam terciam partem in festo pasche proxime secuturo et ultimam terciam partem in festo beati Wenceslay postmodum succedente hoc adiecto quod dictus..de quolibet laneo tocius villicacionis fertonem usualis argenti nomine steure recipere debeat bis in anno et si qua villicacionis que antea spectaverunt ad ipsam ad manus eius non devenerint pro illis sibi tenebimur id quod conveniens fuerit defalcare. In cuius rei etc.

392.

Verpfändung der Münze in Mähren und des Znaimer und Iglauer Gerichtes an Tilo von Ung. Brod, Berthold von Iglau und Ulrich von Brünn auf die Dauer eines Jahres von Maria Lichtmesstage gegen Zahlung eines Zinses von 1000 Talenten. Dto. Prage o. D. u. Jahr.

Nos W. etc. quod nos monetam per Moraviam locavimus Tiloni de Brod ungaricali Bertoldo de Iglavia et ulrico de Brunna cum iudicio Znoymensi et yglaviensi regendam et tenendam a data presencium usque ad festum purificacionis beate marie virginis primo futurum et ab eodem festo usque per unius anni circulum percompletum pro mille talentis denariorum duobus scarletis duobus staminibus de gynt et septem tunicis in quatuor anni temporibus persolvendum, Ita quod quolibet quatuor temporum ducenta et quinquaginta talenta nobis solvere tenebuntur Scarleti vero et de gynt stamina cum tunicis solvent cum per nos fuerint requisiti. Hanc autem monetam tenebunt et regent sub iuribus et condicionibus infra subscriptis, videlicet quod ad marcam puri argenti addetur dimidia marca cupri et de marca huius argenti fabricabunt et fabricare tenebuntur per totum locacionis presentis tempus duo talenta et dimidium et duodecim denarios quitquid autem ultra hoc fabricabitur aut fabricatum inventum fuerit pro falso debet opere reputari Si forsan magistri fabricarum vel monetarii ad mandatum predictorum magistrorum monete voluerint per maliciam vel capcionem aliquam denarios fabricare, volumus ut secundum iusticiam per camerarium moravie si presens fuerit vel per civitatis iudicem ad monetandum denarios compellantur et quod ex eis nullus gladium fycuralem cultellum vel aliquod armorum portare in domum in qua fabricantur denarii, audeat vel presumat sine magistrorum monete licencia

speciali. Si quis eorum contra fecerit in decem talentis denariorum pro vice qualibet condempnetur, Si vero aliquis monetariorum vel fabricarum magistri vel nobilis vel quicunque alius cuiuscumque condicionis sive prius accusatus de falso vel proscriptus vel inposterum accusatus fuerit, volumus quod de ipso fiat magistris monete iusticia, Ita quod reus pecuniarie puniatur inhibentes expresse, ne quis aliquem infamem qui sciat fabricare denarios servet vel tueatur in domo sua. Sed volumus quod ad requisicionem magistrorum monete iurati et iudex civitatis repellant eum de civitate sicut suspicionis notum et quinquaginta talentorum cui eos si contra fecerint obnoxios esse volumus cupiverunt evitare eciam quia volumus quod falsarii de terra nostra penitus exstirpentur nec sit locus eis vel occasio commorandi in ipsa Damus tenore presencium prefatis monete magistris plenam et liberam facultatem intrandi cum duobus vel iuratis Civitatis vel aliis ydoneis viris domum de qua habetur suspicio quod in ea falsum argentum fundatur vel comburatur vel falsi denarii fabricentur et perquirendi falsarios et falsariorum instrumenta, et captivandi eos in ipsa, ut de ipsis fiat iusticia et pena pecuniaria condempnentur. Si quis vero ex iuratis vel aliis quibuslibet predictos magistros monete comitari ad predicta exequendum recusaverit requisitus vel si aliquis contra ageret (?) ut domum non intret seu defenderit tunc volumus quod camerarius de ipso tanquam de falsario pecuniariam penam sumat. ad hoc si apud aliquem vel macellarium vel cauponem vel quemcunque alium rei cuiuslibet vendicione falsi fuerint inventi denarii et se quod pro mercimoniis suis eos receperit non poterit racionabiliter excusare. precipimus ut illum qui sibi dedit eos magistris monete vel nominet vel ostendat. alioquin in viginti denariis pro vice qualibet volumus eum condempnari. Volumus eciam quod nullus emat vel vendat res mobiles vel se moventes metat aut vineas colat nisi cum denariis demoneta Wiennensibus et cuiuslibet alterius regionis denariis penitus interdictis. Si quis autem contrarium fecerit in decem talentis pro qualibet vice puniatur. volumus insuper quod nulli liceat habere stateram vel pondus ad argentum vel aurum ponderandum nisi de magistrorum monete licencia et favore. sicut predictam decem talentorum penam cupiverint evitare. Preterea inhibemus expresse ne aliquis sive baro sive alter quicunque magistros monete vel suos procuratores aut nuncios in foris, villis Civitatibus molestet vel offendere audeat seu presumat sicut quinquaginta talentorum penam cupiverit evitare sed si forsam per aliquem denarii falsi apud magistrorum monete procuratorem vel nuncium fuerint deprehensi tunc volumus quod ipse denarios illos examinare non faciat sed comprehensum et denarios magistris monete et Camerario presentet ut et denarii coram eis examinentur et de comprehenso fiat iusticia ut pecuniarie puniatur. Item quod nullus iudicum aut baronum aut nobilium sibi iuris usurpet aliquid in moneta neque in magistros monete procuratores vel homines et servientes ipsorum aliquam habeant vel exerceant potestatem sed si quid aliquis contra magistros monete vel ipsorum procuratores aut homines proponere aut agere habuerit id coram Camerario Moravie prosequi studeat iusticia mediante. Precipimus eciam quod iudei per moraviam singulis septimanis recipiant denarios de moneta sicut fuit hactenus consuetum Si vero guerra talis quod absit in moravia exorta fuerit ut eius occasione monete utilitas minuatur tunc ad proborum virorum arbitrium de prefatis mille talentis pro dampni quantitate quod magistri monete suscepisse probabuntur eis volumus

defalcare necnon et si casu aliquo alterum prefatorum iudiciorum vel ambo forsitan non obtinent per prefati temporis spacium possidenda, De cambio vero in broda Smilonis taliter presentibus diffinimus quod si cambium ipsum ad monetam moravie spectavit et debet. tunc volumus quod dicti magistri ipsum teneant atque regant Si non. tunc ad magistros monete Bohemie volumus pertinere, Quitquid eciam de penis pro culpis et excessibus pretaxatis dictis magistris monete infra prescriptum tempus evenire contigerit. volumus quod nobis medietas eius et ipis reliqua cedat medietas absolute et de hoc teneantur nobis reddere racionem. Inhibemus eciam quod nulli liceat habere pondus aut libram ad ponderandum argentum sine licencia et favore magistrorum monete sicut viginti talentorum penam cupiverint evitare. Item volumus et penitus observari iubemus ut una mensura videlicet ulna pondus et alia quelibet mensura in singulis rebus que vendi debent et consueverunt ad mensuram per totum regnum nostrum haberi debeat et servari et quod illa mensura habeatur atque servetur quam magistri monete cum iuratis Civitatis dixerint statuendum Si vero aliquis inventus fuerit alia mensura uti quam illa que per magistros monete statuta fuerit. quam falsam volumus reputari nobis in viginti talentis denariorum volumus condempnari. Item quod absit guerra in regno nostro exorta fuerit unde monete nostre lucrum tolleretur supra compensacionem dampni huiusmodi permittimus quod quantum hiidem magistri monete probare poterunt dampnum occasione guerre se recepisse ipsis faciemus graciam competentem. Item volumus quod si quis ex hiis quibus locata sunt ferramenta per magistros monete deprehensus fuerit cum falsis denariis vel falso argento ipse qui deprehensus fuerit debet pro eadem falsitate pecuniali pena puniri et magistri monete nichil inde dampni vel vituperii vel dispendii pacientur. Item prohibemus quod nullus iudicum sibi iuris usurpet aliquid in moneta. sed si aliquis contra magistros monete vel subditos eorum aliquid habuerit questionis hoc coram Camerario regni vel coram ipsis magistris monete si querelanti placuerit secundum iuris ordinem prosequatur. Item quod illi qui habent fabricas monete in quacunque civitate et monetarii eorum non teneantur fundere argentum quod fabricare debent. nisi coram provisoribus monete et non alias quod si forsan alias quam coram monete provisoribus argentum fuderint (fabricandum denarios qui ex illo argento fient pro falsis volumus reputari et detineri eosdem qui fuderint) ac in viginti talentis insuper condempnari. Harum vero penarum duas partes magistris monete cedere volumus terciam vero nobis. Datum Prage etcetera.

393.

Ueberlassung der Münze und der Steuereinhebung in der Brünner Provinz an....O. D. O. und Jahr.

Dignum et iustum est et consentaneum racioni ut hiis quos fides approbat et approbandos legalitas sincera demonstratur secure officia comitantur Inde est quod cum talis de..loco de fide et legalitate sit nobis pluries et a pluribus commendatus, eidem officia provisionis monete et notarie steure per Brunensem provinciam duximus committendam, ut ipse loco et vice nostri monete provideat et officium notarie Brunensis peragat ut decet et expedit et obvenciones que ex ipsis provenerint nobis tamquam fidelis et legalis noster vicarius representet.

394.

Schiedsspruch des böhm. Königs W... in dem zwischen dem Olmützer Bischofe Th...und Friedrich dem Jüngeren von Schönburg bestandenen Stritte bezüglich einer von dem letzteren bei Zwittau erbauten Burg. O. D. O. und Jahr.

W. dei gracia etc. Omnibus noticiam subscriptorum Reverendus in cristo pater Th. venerabilis Episcopus Olomucensis, et f. Junior de Schonenburc. ad unionem pacis et concordie cupientes invicem devenire, ac videntes quod per nullum alium quam per nos melius et firmius concordare valerent nostram adiere presenciam et de causa et super causa seu questione que vertebatur inter ipsos, in nos utpote in arbitros et compositores et diffinitores compromiserunt, pure fideliter libere et spontanea voluntate ac super eo suasque suisque sigillis munitas nobis dederunt litteras obligatorias in hac forma, Nos Th. dei gracia etc. similiter predictus Fr. in eadem forma nobis per omnia promisit, Nos autem habita deliberacione sollempni intellectis et examinatis omnibus de sapiencium consilio que super causa vel questione premissis intelligenda et examinanda fuerant pro bono pacis atque concordie, ex vigore compromissi predicti in nos facti sentenciamus et arbitramur, Quod dictus f. municionem novam, quam erexit circa Zcwitaviam et Borsendorf statim ultane *(sic)* demolicionis ex termino destruat et destrui faciat et procuret nec Pragensem exeat civitatem, in qua nunc est donec dicta municio penitus sit destructa omniaque ipsius edificia et munimina terre fuerint cum fossatis circiter adequata, necnon et quod in dicto loco, ubi dicta municio erecta est, nulla deinceps municio futuris erigatur temporibus per Fridericum predictum vel alium qualemcumque quod non solum ex vigore compromissi in nos facti prohibemus, verum eciam auctoritate interdicimus regie potestatis. De proprietate vero montis in quo illius dicta municio erecta est, et aliis possessionibus si dicto friderico placuerit agere contra dominum Episcopum memoratum vel Olomucensem Ecclesiam ius suum vel quondam filiorum f. de Rosenburc in provinciali iudicio coram beneficiariis prosequatur et prosequendi plenam habeat facultatem Et quia dignum est ut quod in ecclesias et ecclesiarum bona unquam committitur eque satisfaccionis remedio diluatur sentenciamus et arbitramur quod dictus f. pro dampnis que intulit dicte Olomucensi ecclesie et tocius eiusdem dicto domino Episcopo serviat fideliter et inparciatur auxilium cum quinquaginta dextrariis falleratis in propriis expensis et dampnis per quatuor decim dies semper et tantum quandocumque dictus dominus episcopus sibi mandaverit adversus quemlibet contra quem dictus Fr. illesa fide sua dicto domino episcopo servare poterit et auxilium poterit inpartiri Sentenciando quoque atque arbitrando pronunciamus quod tam dictus dominus episcopus quam dictus Fr. homines quoslibet discordiarum tempore altrinsecus captivatos liberari faciant liberaliter et absolvi sine omni munere aut precio absque qualibet tarditate et promissione fideiussoria vel quacunque alia non obstante, Si qua vero pecunia pro aliquo captivato iam soluta fuerit ante istius promulgacionem arbitrii ipsam illius esse volumus qui recepit, Sentenciamus eciam et arbitramur qnod dictus episcopus in homines suos qui contra ipsum

dicto Fr. per tempus prefate discordie adheserunt animadvertat et castigandi eos utpote sibi subditôs habeat liberam facultatem et si aliqua infra tempus pacis et concordie inite in Moravia inter ipsum et dominum fridericum et tempus promulgacionis presentis arbitrii emerserint, que decisione seu conplanacione videantur egere ipsa per Gregorium Camensem Moraviensem et H. Camerarium dominum iudices in tractatu prefate concordie notatos et nominatos complanari debeant et decidi, Hec igitur omnia nos ex vigore dicti compromissi in nos facti sentenciando et arbitrando sub pena in ipso compromisso centena *(sic)* ab utraque parte observari precipimus et inviolabiliter adimpleri, Reservatis verumtamen nobis iure arbitrio et potestate declarandi et interpretandi super premissis et quolibet premissorum ubicumque et quandocumque fuerit oportunum et tractatu prefate concordie inter eos in Moravia prius habito quem stabili firmitate vigere volumus in suo semper robore duraturo, ad hec sentenciamus et arbitramur quod dicti Episcopus et Fridericus deinceps amicabiliter vivant et inter eos dileccionis et gracie vigor permaneat relative, ut hic paterne ferveat dileccionis affectum ille devocionis estuet filialis, In quorum testimonium etc.

395.

Der König ... gestattet dem Magister H...., königl. Capellan und Arzt, den Besitz der in dem Dorfe ... bei Olmütz befindlichen Güter mit der Vollmacht, dieselben verpfänden oder verschenken zu dürfen. O. D. O. und Jahr.

Medicine sciencia pro mortalium commodo divinitus destinata principibus esse debet tanto accepcior, quanto dextera ipsius percipitur in donatis largicione benignior et per eam sospitos, qua res nulla gracior potest cercius et diucius preservari, huius autem pruritum sciencie velud incolumitatis et leticie servatorem primitus acquirere acquisitum diligere, dilectum donare muneribus et honoribus debet Rex quilibet decorari, hac racione commoniti honorabili viro Magistro H. Capellano et Medico nostro. bona omnia in..villa iuxta Civitatem nostram Olomucensem cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, rubetis, aquis, aquarum decursibus, Molendino, edificiis et omnibus et singulis attinenciis et iuribus eorumdem concessimus perpetuo libere possidendum, Dantes eidem magistro H. plenam et liberam facultatem locandi et committendi ea cuicumque sibi placuerit, obieccione vel contradiccione qualibet non obstante, Quin ymmo cuicumque dicta bona commiserit seu locaverit esse volumus et tenere sub defensione nostri culminis speciali, Eximimus quoque dicta bona cum omnibus attinenciis et iuribus supra scriptis a potestate seu a iurisdiccione iudicis provincialis villici..et alterius officialis tam presencium quam futurorum, Mandantes eis tenore presencium firmiter et precise, quatenus cum dictis bonis vel cum dicto Magistro H. vel cum illo cuicumque commiserit seu locaverit, ipsa nichil disponere habeant sed ea permittant et eos ab omni iurisdiccione et servitute vexacione qualibet libere ac pacifice permanere, nullus ergo subditorum nostrorum cuiuscumque condicionis exstiterit, presentem nostram concessionem in aliquo violenter presumat molestare, Si quis autem contrarium fecerit preter indignacionem nostram, quam ipso facto incurrisse se noverit pene, quam de ipso mediante iusticia, subiacebit etc. Datum et actum etc.

396.

W..., König von Böhmen, überlässt dem Olmützer Domdechante Quirin und dem dortigen Kapitel die in dem Dorfe... bei Olmütz gelegenen Güter behufs der Errichtung einer Präbende. O. D. O. und Jahr.

W. dei gracia etc. Parere parentibus dum vivunt et preminent ac honoris impendere filialis obsequium satis utique late claret ac iam defunctis piis adesse suffragiis et honorabilis ope subsidii subvenire lacius elucescit, eo quod plus claritas opus pietatis in libero quam reverencie debitum in subiecto, Cupientes igitur ea facere que sereno lumin preradiant pectoris pro salute animarum olym Domini O. Incliti Regis bohemie et Marchionis Moravie karissimi avunculi nostri ac domine Th. Domine Regine bohemie matris nostre omnia bona in..iuxta Civitatem Olomucensem, cum pratis pascuis aquis aquarum decursibus, piscacionibus, molendino, edificiis rubetis agris cultis et incultis et universis et singulis iuribus et attinenciis eorumdem libera et quolibet servitutis onere penitus absoluta Quirino Olomucensi decano, preposito, Custodi, totiquo ipsius Ecclesie Olomucensis Capitulo dedimus ex certa nostra sciencia et fecimus assignari, Ita tamen quod de prefatis bonis hiidem decanus, prepositus, Custos, totumque Capitulum predicte Olomucensis Ecclesie forment unam prebendam et ipsam dilecto phisico et Capellano nostro Magistro h. quem nunc ipsis ad eundem tenorem presencium presentamus conferant, ipsum in prefata Ecclesia in suum concanonicum et confratrem recipiant, sibique stallum in choro et vocem in capitulo assignent et prebeant tarditate ac difficultate quibuslibet procul motis, necnon et quod prius ipsius Magistri h. decessum prefati decanus, prepositus Custos totumque Capitulum Olomucensis Ecclesie et ipsorum successores illi. quemcumque nos vel nostri successores ei ad prefatam prebendam duxerimus presentandum ipsam prebendam conferatur, eumque in concanonicum et confratrem in predicta ecclesia recipiant sibique stallum in choro et vocem in Capitulo assignent et prebeant sine difficultate qualibet ac eciam tarditate, et pro animabus dictorum patris et matris meorum una cum eodem orare frequenter debeant in die anniversarii et patris et matris cum eadem ecclesia missarum sollempnia celebrare, Et quoniam volumus quod dicta bona plene ac perpetue solacio gaudeant libertatis presentis tenore privilegii eadem a qualibet iurisdiccione seu potestate villiconum Judicum provincialium, collectorum generalis vel specialis collecte seu steure, Camerariorum et quorumlibet officialium quocumque censeantur nomine atque nobilium et Civium tam presencium quam futurorum eximimus de nostre plenitudine potestates et statuimus ut omnium omnino libertate fruantur, qua fruuntur et frui debent bona et prebende Ecclesie pretaxate specialiter ante omnem obligacionem omnemque contractum quibus per aliquem Camararium villicum Judicem provincialem vel alium quemcumque alicui Civi vel alterius cuilibet dicta bona vel quorum pars aliqua quocumque tempore vel quocumque modo vel tytulo fuerant vel dicuntur forsan obligata locata seu alienata seu alienata tenore presentis privilegii similiter de nostre potestatis plenitudine annullamus rescindimus irritamus et omnium penitus carere firmitate decre-

vimus et vigore privilegio seu rescripto quondam dicti domini patris nostri nostro vel alterius cuiuslibet, quod super obligacione vel huiusmodi contractu obtentum fuisse dicetur vel ostendetur quod per presens privilegium nullas vires penitus in iudicio vel extra volumus obtinere. sed debere fore cassum et frivolum decernimus, quiescente et contradiccione cuiuslibet circumque condicionis existat, aliquatenus non obstante, universis et singulis Camerarium iudicibus provincialibus villicis generalis vel specialis colleccionis seu steure collectoribus et quibuscumque aliis officialibus quocumque censeantur nomine Baronibus nobilibus clientibus, Claustralibus, Civibus et universis et singulis sub nostro regimine morantibus cuiuscumque condiccionis fuerint, presencium tenore dantes expressius in mandatis, ut dicta bona vel possessionem in toto vel in parte in iudicio vel extra inpetere molestare vel gravare aliquatenus non presumant, sed ipsa ipsorum possessorem manere permittant pacifice et quiete, Si quis autem in tantam proruperit temeritatis audaciam, ut contra presens mandatum nostrum quodcumque attemptaverit presenti edicimus privilegio quod in quinque marcis auri...(Lücke) homine nostre Camere puniatur et insuper indignacionem nostram ipso facto noverit incurrisse et ne de predictis aliqua possit inposterum dubietas exoriri presens privilegium fieri et sigillis nostris et Reverendi in Christo patris domini Th. venerabilis Olomucensis Episcopi Civis predictus omnibus et singulis.

397.

Der König von Böhmen schenkt seinem Capellane, Rathe und Olmützer Domdechante B. das bei (Olmütz?) gelegene Dorf auf so lange, bis er ihm eine angemessene Pfründe in Böhmen oder Mähren verschafft. O. D. O. und Jahr.

In exhibicione premii digne facta etc. Hac ergo racione commoniti honorabili viro dilecto capellano et consiliario nostro domino B. domino b. venerabili Decano Olomucensi, qui multiplicibus et gratis obsequiis que olym domino patri nostro felicis memorie domine Th. Inclite Regine bohemie et matris nostre necessitatis exhibuit tempore et nobis presto ad presens suorumque morum ac discipline intuitu non tantum favorem nostrum meruit sed largicionis graciam liberalis villam nostram..sitam iuxta..cum omnibus iuribus et attinenciis suis concessimus tam diu libere ac pacifice possidendam, donec sibi de beneficio providebimus quodcumque in Bohemia vel Moravia sibi erit utile atque decens, tenore presencium universis et singulis fidelibus nostris cuiuscumque condicionis fuerint precise mandantes, quatenus dictum dominum decanum in dicta villa et iuribus et attinenciis eiusdem nullatenus impediant sed pacifice ipsum eis uti permittant sicut indignacionem nostram gravissimam cupiverint evitare.

398.

Der König von Böhmen schenkt dem Gunther von Tropau für die der Königin Th. treu geleisteten Dienste ein in der Tropauer Provinz gelegenes Dorf. O. D. O. und Jahr.

Nos..dei gracia etc. bene meritis compensare premia tam iusticie vigor exigit quam rectitudo postulat racionis. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri quod propter grata et utilia servicia que Guntherus de Opavia olym prestitit Th. Inclite Regine Bohemie, prestat nobis ad presens et adhuc prestare poterit in Futurum reputantes esse iustum et racionabile, si cum condigna remuneracione premiamus liberaliter, villam nostram sitam in Opaviensi provincia cum omnibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis cum quibuslibet rubetis et ceteris attinenciis et iuribus suis eidem G. tenore presentis scripti concessimus hereditarie possidendam, Ita tamen quod idem G. et sui heredes nobis vel dicte Regine cum uno dextrario fallerato in suis expensis in Opaviensi provincia, alias vero utpote contra Polonos vel Moravos in nostris vel Domine Regine expensis servire fideliter teneantur, quociens eos duxerimus requirendos, Quod si forte idem G. in propria persona causa legittima impeditus venire non posset, tunc duos probos servos unum in dextrario et alterum cum Balista tenebitur cum necesse nobis vel matri nostre fuerit destinare. In cuius rei etc.

399.

W..., König von Böhmen, schenkt das Patronat über die Kirche in..., in der Olmützer Diöcese, dem Abte und Convente des Klosters Bar... O. D. O. und Jahr.

W. dei gracia etc. Inter curas continuas quibus aula nostri pectoris estuans agitatur illud frequenter occurrit, qualiter anime olym genitoris nostri domini O. Incliti Regis bohemie, felicis memorie accepti opere suffragii succurramus Sed cum nullum tam efficax auxilium quam elemosinarum largicio et precipue locis religiosis, in quibus pro defunctorum animabus oratur assidue prestita valeat reperiri, Tenore presentis privilegii notum facimus universis tam istius etatis hominibus, quam future, quod nos pro remedio anime predicti patris nostri ius patronatus quod habuimus vel habere potuimus in Ecclesia..Olomucensis dyoces. abbati..et conventui Monasterii de bar..et eorum successoribus concessimus perpetuo possidendum, volentes ut abbas et conventus dicti Monasterii quicumque pro tempore fuerit, dictum ius patronatus habeant et possideant perpetuo pacifice et quiete, in ipsos ex certa nostra ius omne et dominium quod habemus vel habere possumus, in ipso iure plenarie transferentes et eiusdem iuris fiant veri et legittimi possessores. Datum etc.

400.

W..., König von Böhmen, schenkt dem Mundschenken von Mähren die Hälfte des durch die Hinrichtung des ehemaligen Besitzers Wilhelm von... erledigten Dorfes. O. D. O. und Jahr.

W. etc. veniens ad nos dapifer Moravie dilectus fidelis noster asseruit coram nobis quod medietas ville...cum attinenciis suis et iuribus universis propter excessum quondam Wilhelmi de..domini prefate medietatis cuius excessus causa idem Wilhelmus capite privatus exstitit tempore olym domini patris nostri ad manus nostre Curie esset racionabiliter devoluta et suppliciter exoravit, ut dictam medietatem ville prelibate sibi dare cum suis rebus et attinenciis, iure proprietatis et dominii dignaremur, Nos autem precibus suis benignum prestantes assensum, dictam ville pretacte medietatem eidem..si quod coram nobis asseruit veritate nititur et si de iure facere possumus dedimus cum attinenciis et iuribus suis omnibus et in ipsum ius proprietatis et dominii transtulimus ut de ipsa disponat et faciet et alienet pro sue libito voluntatis.

401.

Der König von Böhmen befreit die Iglauer Bürger behufs der leichteren Befestigung ihrer Stadt auf vier Jahre von allen Collecten und Mauthabgaben und verleiht ihnen überdiess eine Mauth und das Schrotamt. O. D. O. und Jahr.

Ineuntis nostre etatis articulo sic se nobis processus exhibuit temporum, ut intellectus noster patenter prospiciamus indagine quod consulentis cautele sagacitate taliter premunire se debet in singulis regalis apice culminis prerogatus ut adversa sepius infligencium casuum impetus formidare nequeat et ne vel hostilis manus que regie felicitatis provocata successibus et emulacionis exagitata stimulis offendicula consuevit struere petentibus ipsum ledere valeat vel adversus inpremunitum hiis eciam quidquam audere presumat quem vita nutrit predonica et qui in exaccionibus indebitis delectatur, quia igitur muniminis cautela non modica que ad regem *(sic)* stabilitatem et tranquillitatem pertinet consistit in fortitudine civitatum, ut Civitas nostra Ylavia sic valli murorumque munimine circiter confirmetur quod nec insultus hostium nec predonum possit insidias facile pertinere ipsius Civitatis Cives ab omni collecte exempcionis thelonei per totum dominium nostrum vel vexacionis cuiuslibet solucione vel honere a data presencium usque ad quatuor annorum spacium continuatis numerandorum temporibus inmunes esse volumus et solutos ut prefati Cives infra prefatos quatuor annos condecentis profunditatis circa ipsam civitatem fossatum fodent et ab ymo fossati ipsius usque sursum murum circiter erigant et super eminentem terre murum insuper construant, qui Barchanus vulgariter nuncupatur, necnon et quod turres tam dirutas reedificent quam non dirutas corrigant... (Lücke) fuerint corrigendi stabilientque muros et reparent

ubicumque stabiliendi, reparandique fuerint et quecumque ad propugnacula et alia ipsorum munimina oportuna fuerint faciant infra dictorum annorum spacium pretaxatum, Ita quod iam in fossato quam muris et turribus nullus defectus valeat reperiri, ut ut hoc eo melius in actum deducere possint, de habundanciori gracia ipsis addidimus Civibus Theloneum ipsius Civitatis quod miles noster . . . hucusque possedit et officium illud quod scropant dicitur et redditus fructus seu questus ipsi annexos percipere per prenominatam dicti temporis quantitatem, ad hec dicti Cives promiserunt nobis facere unum aliud fossatum ante illud quod est iuxta muros infra predictos quatuor annos ad maioris ipsius Civitatis roboris firmitatem.

402.

Der König von Böhmen übergibt dem Ch., genannt Spitaler, Hofmaier zu Vöttau, die Stadt Jermen (?) im Markgrafthume Mähren zur Befestigung nach Art der Stadt Kolin, und befreit die dortigen Bürger auf acht Jahre von allen Abgaben, Zinsen, Collecten u. s. w. O. D. O. und Jahr.

Inter multas et arduas solicitudines et curarum mordaces instancias, que in nostri pectoris aula versantur, ad illud maxime dirigimus aciem mentis nostre qualiter provincie nostre dicioni subdite Civitatum decorentur frequencia et robore fulciantur, quatenus hereditas nostra speciosa preclaraque nobis compareat et hostilis insultus incursibus et manus pressuris predonice nequeat de facili molestarj. Eapropter Civitatem nostram Jerm in marchia nostra Moravie sitam ch. dicto Spitaler villico de Vetaw sub buius convencionis manere commisimus minuendam, *(sic)* videlicet quod dictus ch. cinget dictam Civitatem Jerm circumquaque murorum ambitu qui sint omnino conformes Civitatis colonie muris scilicet quod tantam spissitudinem tantam que altitudinem habeant, quantam dicte Colonie muri habent ac turres in eisdem muris construi faciet secundum illam distanciam, quam turres distant in Civitate Colonie seiunctas a se invicem et distantes, Totidem eciam porte in Jermen fient quot sunt in Colonia et breviter illius disposicionis erunt muri in Jermen, cuius sunt in Civitate Colonie in portis turribus, altitudine, spissitudine meniis et aliis quibuscumque hoc secluso verumptamen et excepto ac speciali quadam differencia denotata, quod circuitus quibus Jermen Civitas debet ambiri tante quantitatis erit quante circuitus Civitatis nostre Turrim et tantam infra se includent dicti muri Jermen spacii quantitatem, quantam dicti muri in predicta Civitate Turrim continent et concludunt, Istud autem murorum opus idem Ch. infra octo annorum spacium ex nunc continius numerandorum spaciis temporibus fieri procurabit, Ita quod dictis octo annis transactis opus idem totaliter sit completum et ut eadem Civitas augmentis amplioribus colletur murique quibus cingi debet valeant expedicius percompleri universos civitatis ipsius habitatores libertatis solacio volumus congaudere, ut predictorum octo annorum spacium ab omni exaccione census collecie et alterius exaccionis cuiuslibet sint inmunes, nec ab eis aliquod theloneum per omnes terras exigatur, sed transire liberi permittantur, Transactis vero octo annis dicti Cives marcam argenti de quo-

libet laneo census nomine nobis solvent aliaque cetera exhibebunt et facient, et que aliarum tenentur homines exhibere et facere Civitatum, addimus eciam de habundaciori gracia dicte Civitati ultra quinquaginta laneos quos habebat septuaginta laneos ab eis perpetuo possidendos, Ita uti computatis tam laneis prius habitis quam adiunctis eadem Civitas centum viginti laneos debeat possidere, de quorum quolibet post prefatorum octo annorum spacium percompletum nobis per possessores eorum marcam argenti solvere annis singulis census prout est superius denotatum. Preterea quia racioni congruit et consonat equitati ut dignis premiantur stipendiis laborantes et maxime qui fuerunt agendis regalibus onerati, cum dictus ch. predictorum murorum fabricandorum opus susceperit peragendum ut dictum opus utilitate pensari sibi gaudeat et honore, ipsum in dicta Civitate Jermen statuimus perpetuum iudicem a presenti, volentes ut tercius denarius semper sibi suisque cedat heredibus sexus tantummodo masculini duos eciam laneos ex septuaginta laneis prenotatis cum porcione prati que ipsos continget laneos eidem ch. Duximus concedendos liberos et ab omni onere servitutis inmunes, unum balneum, mensas duas in macello, duas mensas panis et molendinum unum ch. eidem ch. insuper concedentes et volentes ut omnia et singula prelibata ipse et heredes sui libere possidere nec pro ipsis aliquid exsolvere teneantur. In cuius rei testimonium etc.

403.

W..., König von Böhmen befreit die Bürger von Olmütz behufs ihrer Erholung von den Kriegsschlägen auf zwei Jahre von allen Steuern, Collecten und Mauthabgaben. Dto. Brunne o. D. und Jahr.

W. dei gracia etc. tandum preconia divinaque premia et fructuose insuper obvencionis adipisci credimus incrementa, cum subditis nostris qui post obitum quondam domini patris nostri felicis memorie ob intestine corrixacionis dissidia et turbacionis dispendia generalis, angustias erumpnas afflicciones graves et calamitosas molestias perpessi de nostre benignitatis gracia liberali subvenimus remedio quo sua releventur penuria et valeant ab incomodis respirare, Ea propter noverint universi etc., quod nos ut Cives nostri de Olomunz qui multis anxietatibus per gwerras in Moravia dyabulo instigante exortas et eodem procurante annis educatas pluribus sunt oppressi, subvencionis ope possint facilius et melius relevari, eisdem Civibus universis et singulis plenam per duorum annorum spacium a data presencium numerandorum concedimus libertatem reddentes eos ab omni exaccione steure seu collecte cuiuslibet et a solucione thelonii ubique tam per Bohemiam quam Moraviam liberos et inmunes, censu dumtaxat excepto quod nobis tenentur, cuius solucioni eos nichilominus obnoxios esse volumus et astrictos. et quod eundem censum nobis integre solvere debeant annuatim, Quare mandamus tenore presencium universis et singulis steure vel collecte cuiuscumque collectoribus et Thelonearii ac purcraviis omnibus theloneis possidentibus tam per Bohemiam quam per Moraviam constitutis quicumque pro tempore fuerint,

quod a predictis Civibus vel eorum aliquo steuram vel collectam qualemcumque vel Theloneum aliquod de mercimoniis et rebus quas detuterint infra dictum tempus non exigant. sed eos manere atque transire liberos et sine difficultate. permittant sicut indignacionem nostram cupiverint debitam evitare, decernentes irritum et inane quitquit contra hoc actum fuerit vel per aliquem attemptatum, Datum Brunne etc.

404.

W..., König von Böhmen, stellet dem Brant.. auf Grund der nachgewiesenen Schuldlosigkeit die von dessen Vater Wilhelm besessenen Güter zurück. Dt. Brunne 1237.

In nomine patris. et filii et spiritus sancti Amen. Cum Regie maiestatis honor diligendo iudicium et faciendo iusticiam a iustissimo celeste iudice deo credat et speret pro operibus iusticie congruam in futuro se recepturum mercedem, iustum est ut in hiis quibus aliquid iniuste ablatum esse discernitur ordine iudiciario restituatur, terreni enim Regis humilitas eterni iudicis terre Bohemie metuendo sentenciam, omnibus pacientibus iniuriam competentem debet facere iusticiam, nos autem W. Rex Bohemie quartus, ut decet regiam nostram maiestatem pro modulo nostro divinam veritatem exsequi potentes et domini Braat innocenciam ex credibili ydoneorum virorum testimonio considerantes loca illa que domini ...et..et eis attinencia, que pater suus Wilhelmus pluribus annis hereditario iure possedit et in pristinum usum paterne possessionis reddere decrevimus sigilli nostri appensione communientes ne restitucionem nostram predictorum locorum aliquis ausu temerario in fringere presumat, sed ut hoc ei quod iusticialiter restituimus ratum et stabile inperpetuum permaneat, Capellas que in eisdem sunt constructe secundum pristinam donacionem domini Wilhelmi patris Wratizlay Ecclesie Cunicensis omnibus vite (vice?) presentis ecclesiastico iure restauramus ut eciam ecclesia illa nostrum memoriale in hoc perpetuum possit habere, Acta sunt hec ab incarnacione domini M° CC°. XXX. VII. Datum Brunne per manus etc.

405.

Bewilligung zur Abhaltung eines Wochenmarktes an jedem Donnerstage in der Woche. O. D. O. und Jahr.

E. dei gracia etc. licet ad exaudienda regularium precamina ea quam profitentur Religio quam plurimum nos inducat non minus tamen ut eorum annuamus peticionibus presignis honestatis quibus decorantur insignia fides et devocio nos impellunt, quam ad nostri gerunt culminis maiestatem, Presentis igitur tenore privilegii notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris Quod quamquam viro gracioso et grato domino..venerabili preposito..de Cunicz dilecto Capellano nostro intuitu sue regule peticiones quas nobis porrexit admittere debeamus tamen attendentes sue devocionis sinceritatem et fidei puritatem,

quam ad nostram excellenciam gessit, hactenus gerit ad presens et futuris geret, prout indubitabiliter credimus temporibus indefesse, Considerata eciam sue probitatis industria que semper visa fuit in gratis nobis obsequiis complacere, forum in Cunicz semel in quinta feria cuiuslibet gerendum septimane cum omnibus que fora Brunne, Znoym, Yglavie et aliarum obtinent Civitatum, de gracia sibi concessimus speciali et ut ob suorum exigenciam meritorum gracia gaudeat pleniori volumus ut idem forum ab omnibus theloneis pedagiis et illa exaccione que vulgariter vocatur...et principaliter theloneo in...et a cuiuslibet alterius genere servitutis usque ad quatuor annos sit liberum et inmune Ita quod omnibus frequentantibus dictum forum sit facultas accedendi nec aliqua racione thelonei vel pedagii exaccionis, nec illius que vulgariter vocatur...vel occasione cuiuslibet exaccionis quocumque nomine censeatur ab eis ullatenus infra dictorum quatuor annorum spacium exigatur spacio autem quatuor annorum transacto tunc quitquit de inmunitatibus et libertatibus predictis infra spacium Dictorum annorum a nobis dicto foro concessis expedire nobis videbitur faciemus iuribus omnibus aliis que ut predictum est alie obtinent Civitates eidem foro plene ac integraliter reservamus. Ad cuius rei etc.

406.

Al.. von Loučan (de Locchan)' verspricht das ihm übergebene Schloss...und Kämmerer-Amt von Mähren so lange treu zu verwalten und zu beschützen, als es der König W. wünschen wird. O. D. O. und Jahr.

Nos al. de locchan in publicam deducimus noticiam per presens quod nos sponte libere ac vera fide promittimus castrum..cum cameratu Moravie quod michi dominus W. etc. tenendum et custodiendum commisit ad honorem et utilitatem ipsius domini W. et heredum eius fideliter tenere et custodire et ad mandatum dicti domini W. dictum Castrum cum Cameratu ad manus ipsius vel alterius cui ipse mandaverit sine tarditate atque contradiccione qualibet resignare, et ita disponemus atque ordinabimus cum Castellanis in eodem Castro. hiidem castellani, quos statuerimus, quod si forte captivari nos contingeret vel mori, castrum predictum resignent sine aliqua tarditate ad manus dicti domini W. vel illius cui dominus dictus W. mandaverit assignare. Preterea promittimus vera fide quod si contingeret dictum dominum W. in curia domini R. (B.) serenissimi regis Bohemie moram contrahere debito longiorem dictum castrum et cameriatum resignabimus ad manus domine Regine matris eius vel cuicumque ipsa domina Regina assignari mandaverit difficultate qualibet procul mota, Quod si forte promissum hoc non servaremus in predictis vel aliquo predictorum, tunc volumus periuri exleges atque infames ab omnibus reputari. In cuius rei testimonium etc.

407.

G..., Patriarch von Aquileia, erwählet behufs der Schlichtung des zwischen ihm und dem Meinhard und den anderen Grafen von Gor... bestandenen Strittes den O., König von Böhmen, und den ..., Bischof von Prag, zu Schiedsrichtern. O. D. O. und Jahr.

Nos G. dei gracia sancte sedis Aquilegensis ecclesie Patriarcha tenore presencium notum fore volumus universis, quod cum nos libere, mere et pure compromiserimus in venerabilem patrem dominum Brunonem dei gracia episcopum Olomucensem tanquam in arbitrum in arbitratorem et amicabilem compositorem sive iudicem de omnibus controversiis litibus et questionibus quas habemus et habere videmur cum nobilibus viris Meinchardo et al. Comitibus Gor. et ipsi contra nos ut idem dominus episcopus de controversiis litibus et questionibus ipsis diebus feriatis necnon feriatis partibus presentibus vel non presentibus citatis vel non citatis deberet et posset componere arbitrari, sentenciare et laudare sive amicabiliter sive de iure inter partes procut (sic) sibi placeret et videretur melius expedire, promittentes nomine nostro et aquilegensis ecclesie nos ratum habituros et firmum quitquid memoratus dominus Episcopus Olomucensis super premissis usque ad presens festum omnium sanctorum componendum arbitrandum sentenciandum et laudandum duceret inter partes et tempore medio visis et auditis peticionibus utriusque partis idem dominus Episcopus pecierit a nobis ut cum via amicabilis composicionis quam satis attemptaverat inter partes grato nequivisset effectu concludi, Illustrem dominum O. Regem Bohemie et venerabilem patrem ..Pragensem episcopum, sibi ad sentenciandum de iure super premissis in coadiutores et coniudices nostro coniungeremus assensu, quamvis nobis per omnia placuisset et secundum formam compromissi facti in eum ad ferendum sentenciam procedere procurasset, nos volentes in ullo sinceritatis sue precibus obviare, assensum petitum sibi prebuimus in hac forma, videlicet quod iam dictus dominus illustris Rex Bohemie et prefatus venerabilis pater dominus Pragensis episcopus et memoratus Bruno Episcopus Olomucensis in quos libere, mere et pure compromisimus tamquam in iudices aut duo eorum usque ad octavas proxime resurreccionis dominice super peticionibus et responsionibus utriusque partis sub ipsius domini Olomucensis episcopi nostro et dominorum M. et al. Comitum sigillis inclusis et super iuribus partis diebus feriatis et non feriatis, partibus presentibus et non presentibus citatis et non citatis, secundum ius possint et debeant terminare, promittentes sub pena duorum Millium marcarum argenti quarum medietas Judicibus et alia medietas parti observanti iudicium applicetur ratum habituros et firmum quod memorati domini Rex et episcopi vel duo eorum super dictis faciendum dixerint pro quibus attendendis et observandis dedimus, tradidimus et consignavimus in manus supradicti domini Olomucensis Episcopi nomine prefatorum dominorum Regis et episcopi Pragensis ac suo Castrum nostrum de Scharfenberch cum retibus Centum marcarum aquilegensis monete, promittentes quod Castrum ipsum de paciencia ipsius domini Episcopi Olomucensis usque ad supradictas octavas resurreccionis dominice per nos et nostros violencia, fraude vel dolo seu modo aliquo nec occupari nec

subtrahi faciemus et si per aliquos forte occupatum fuerit ad recuperandum illud et restituendum in tenutam ipsius domini Episcopi Olomucensis dabimus operam bona fide, In cuius rei evidenciam et stabilem firmitatem presentes litteras nostras inde fieri iussimus et sigilli pendentis munimine roborari. Datum etc.

408.

Th..., Bischof von Olmütz, verspricht den vom böhmischen Könige W... in dem Stritte zwischen ihm und den Jüngeren von Schönburg zu fällenden Schiedsspruch getreu zu halten und zu erfüllen. O. D. O. und Jahr.

Nos th. dei gracia Episcopus Olomucensis etc. notum facimus universis etc. quod nos non coacti sed libera et spontanea voluntate inducti promittimus domino nostro karissimo domino W. Inclito Regi Bohemie pura fide stare atque obedire sentencie vel arbitrio quamcunque vel quodcunque protulerit vel promulgaverit Idem dominus Rex super decisione cause seu questione, que vertitur inter nos ex una parte et iuniorem de Schonenburk ex altera, et facere atque implere sine omni contradiccione, quecumque idem dominus rex sentenciando vel arbitrando nobis duxerit iniungenda, Que omnia et singula si non adimpleverimus tunc ad solucionem trium milium marcarum argenti puri, Dicto domino Regi pene nomine astricti esse (volentes) volumus et teneri nos tenore presencium dicto domino Regi sponte et libere obligantes quandocumque ea vel eorum aliquod non impleverimus que idem dominus Rex arbitrando vel sentenciando nobis iniunxerit intrare personaliter civitatem Pragensem una cum undecim milibus *(sic)* ad primam ipsius domini Regis monicionem intrabimus nec exire ipsam, donec per nos eidem domino regi de predictis tribus milibus marcarum plene fuerit satisfactum, Quod si forte presens promissum nostrum non observaverimus fideliter sine omni capcione vel non intraremus civitatem Pragensem prout superius denotatur tunc volumus periuri exleges et infames ab omnibus reputari, Renunciantes sponte omni excepcioni et iuris auxilio, que vel quod ne predicta vel aliquod predictorum observaremus posset nobis in aliquo suffragari, salvo tamen in omnibus tractatu compromissi et concordie inter nos et dictum t. prius in Mor. pro bono pacis habito cui stare volumus et ipsum prout decet et expedit adimplere. In cuius rei testimonium etc.

409.

Friedrich, Burggraf von Nürnberg, erklärt, dass er mit dem Olmützer Bischofe, dem Vöttauer Burggrafen Milo und dem k. Schreiber Mr. Ulrich den Frieden zwischen dem röm. deutschen Könige R...und dem Könige von Böhmen beredet habe. O. D. O. und Jahr.

Nos Fridericus purchravius de Nurenberc procurator et nuncius specialis domini R. Romanorum Regis semper augusti significamus tenore presencium universis quod nos cum Domino Do, venerabili episcopo Olomucensi et milone purchravio in Wethow. Magistro ulrico notario illustris regis Bohemie plenum mandatum habentibus ab eodem post multos

tractatus hinc inde, super pace reformanda habitos voce pari et consensu unamini, sicut placuit pacis auctore pacem amiciciam et unionem indissolubilem et perpetuo duraturam ordinavimus statuimus ac probavimus inter dictos dominos nostros Romanorum et bohemie Reges illustres sub modis paccionibus seu condicionibus in iam dicti domini Bohemorum Regis patentibus et attenticis litteris comprehensis, quarum tenor talis est, Nos Ottakarus etc.

410.

Der Bischof von Olmütz schenkt mit Zustimmung seines Kapitels dem..für die der Kirche treu geleisteten Dienste das Dorf Hochwald (Alta silva). O. D. O. und Jahr.

Talis episcopus etc. omnibus in perpetuum presens scriptum duraturum Cum tempus nostrum continua revolucione proch dolor sic labatur, quod preteritorum oblivio futuri temporis successione subreppatur, Consilium prudentum est ut acta digna memoria scriptorum sic serventur integra quod usque ad cursum futuri temporis certa veritate maneant incorrupta, Noverint igitur tam presentes quam futuri quod nos pensatis serviciis et fidelitate quam nobis talis..exhibuit ad utilitatem Ecclesie nostre serviciorum suorum promptitudinem exhibendo, ex communi consilio capituli nostri villam que vocatur alta silva sibi suisque heredibus legittimis cum omnibus fructibus et proventibus concedimus possidendam sic quod nullus successorum nostrorum dicte ville possessiones ab ipso vel suis heredibus valeat revocare, quin tam graves excessus contra episcopum, qui tunc pro tempore fuerit vel contra ecclesiam attemptare presumpserit, pro quibus a possessione feodi merito debeant removeri, nec adhuc excessus ad ipsos removendos sufficiant, nisi ordine iudiciario contra eos fuerit approbatum, ut autem libera possessione gaudeant, presentem paginam ipsis contulimus sigilli nostri et Capituli nostri munimine roboratam, Supplicantes omnibus successoribus nostris ut concessionem nostram ratam et beneficium sepedictis ... et ... factum pocius augeant quam infirment etc.

411.

Der Abt und der Convent des Benedictiner-Stiftes in Ostrow (auf der Insel) verkaufen behufs der Aufhelfung ihres sehr herabgekommenen Klosters auf die Dauer einer Lebenszeit ihre Güter um sechzig Mark Silbers. O. D. O. und Jahr.

Nos... miseracione divina monasterii sancti Johannis baptiste in Ostraue abbas ordinis sancti benedicti totusque conventus eiusdem monasterii presentis tenore scripti notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod propter instantis turbaciones temporis Monasterium nostrum in Ostraue sic lacessitum existit, tantis molestatum eius gravaminibus et pressuris ut attenuatum non modicum pluribus angariatur defectibus rebusque careat oportunis, volentes igitur ut tenemur sic consulte sic prudenter eidem monasterio providere atque quodam auxiliaris aminiculo consilii succurrere ut sui defectus quanto magis esse poterit

deficiant et necessariis gaudeat rebus quantum id oportunitas exegerit et possibilitas pacietur, habito super hoc tractatu diligenti et deliberacione perpensa nos supradicti abbas et conventus ipsius Monasterii ad hoc in Capitulo nostro specialiter convocati et coadunati providimus et deliberavimus bona nostra in tali loco cum omnibus iuribus silva nemorum agris cultis et incultis pascuis prâtis aquis et omnibus aliis attinenciis suis tali Mordadancio (?) esse vendenda pro certa quantitate pecunie Ita tamen quod teneat idem mercadancius dicta bona usque ad tempora vite sue de qua pecunia utilitatibus et necessitatibus monasterii antedicti provideretur ut est conveniens atque decens, unde de communi nostro fratrum nostrorum omnium et conventus Monasterii nostri consensu, grata et bona voluntate et omnium nostrorum predictorum fratrum sollempni deliberacione ac tractatu habito super eo dicta bona cum omnibus iuribus silva nemore agris cultis et incultis pascuis pratis aquis et omnibus aliis attinenciis eorundem dicto mercadancio vendidimus pro sexaginta marcis argenti et possidenda tradidimus usque ad terminum vite sue, Ita quod post ipsius obitum ad nostrum monasterium iterum revertantur nam sic cavere volitatibus *(sic)* nostri Monasterii volumus ut ipsius bona non alienemus sed concedamus ad tempus quatenus per concessionem huiusmodi Monasterium in suis necessitatibus relevetur, promittimus Civi vera fide quod eum dum vixerit non inquietabimus nec inpulsabimus vel impetemus per nos vel interpositam personam in possessione dictorum bonorum quatinus idem Mercadancius eadem bona in vita sua possidere valeat et fructus percipere ex eisdem sed omnem dabimus operam et auxilium atque consilium oportunum, quod in usufructu et possessione dictorum bonorum per totum tempus vite sue maneat pacifice et quiete. Promittimus eciam etc.

IV.

Urkunden-Auszüge

aus dem

Formelbuche des K. Otakar von Böhmen

in der Bibliothek zu Colmar,

mitgetheilt von dem dortigen Bibliothekar L. Hugot.

412.

Conductionis littere.

Nos etc. notum facimus vniuersis presen(tes litteras inspecturis quod nos ab hono)-rabilibus uiris..*preposito*..*decano*..*custode*..*scolastico*, *totique capitulo*..*ecclesie curiam* predicte ecclesie *in villa*..sitam, cum agris omnibus, pascuis pratis, siluis, hominibus ac aliis attinenciis vniuersis, pro nobis et heredibus nostris per X annorum spacium a festo natiuitati domini nunc transacti *tenendam* et possidendam *tytulo conductionis recepimus* sub census onere et condicionibus infra scriptis, uidelicet quod nos et nostri heredes hoc anno et deinceps singulis annis sequentibus per decennium prefatum..mensuras tritici totidemque siliginis predictis exsoluemus dominis et propriis sumptibus deducemus. De quibus mensuris tot mensuras a festo sancti Galli usque ad octauam ipsius galli dominis ipsis exsoluemus quindecem uero a etc. vigenti autem etc. hoc addito quod si in quocumque prefatorum terminorum nos et nostri heredes annonam distinctam prefatis dominis exsoluere neglexe-rimus aut contempserimus prefatus decanus aut successor ipsius uel nuncius capituli prefati nos uel nostros heredes liberam impignorandi in bonis predictis facultatem habebunt, quam impignoracionem si nos ac nostri heredes impediuerimus aut contraiuerimus impediri, libere et sine contradictione aliqua nostra et heredum nostrorum idem decanus et capitulum *pra-gensis ecclesie* de omnibus alitibus, annona et edificiis que nos ac heredes nostri habueri-mus aut construxerimus in bonis predictis se intromittant et insuper bona prefata ad eos et memoratam ecclesiam libere reuertentur, ac hec si dicta bona ex causa aliqua, nos et nostri heredes usque ad finem memorati temporis tenere uoluerimus uel non ualuerimus licebit nobis bona prefata persone ad hoc satis apte committere et locare de prefatorum dominorum et capituli consensu que bona ipsa possideat non amplius quam in spacio tem-poris seu decennii supradicti et nihilominus nos et nostri heredes pro eadem persona ad soluendum censum predictum ipsis dominis iuxta condiciones prenotatas esse volumus obligati. Preterea si propter generalem guerram de qua pluribus constitutis seminare non poterimus seu arare, Nos et nostri heredes uel ille cui bona ipsa commiserimus a solucione census anni illius erimus liberi penitus et immunes. Insuper si preter culpam nostram et heredum

nostrorum per ignis incendium seu grandinem aliquid dampnum receperimus in bonis-( ) predictis, dampnum id committetur arbitrio duorum dominorum canonicorum predicte ecclesie et duorum proborum uirorum a parte nostra uel heredum nostrorum electorum, iuxta estimacionem earumdem quatuor personarum de ipsius anni censu satisfaciemus dominis sepedictis.

Impendemus etiam nos et nostri heredes sumptus nostros in reformacione curie et propugnaculi constructione in ipsa curia, sub hoc pacto quod cum post decem annos de ipsa curia predictis dominis et ecclesie credere debuerimus edificia ipsius curie per ydoneos uiros taxabuntur in quanto ualore prioribus edificiis meliorata fuerint preterscripta.

Idem decanus et capitulum predictum nobis et heredibus nostris sumptus melioracionis refundere tenebuntur.

Et si deteriora fuerint prioribus edificiis tunc aut ponemus ea in statu suo; sed quod intromisimus nos de ipsis aut pro reformacione dicte curie dabimus quatuor marcas argenti eisdem dominis et ecclesie predicte.

Si uero post. decem. annos idem propugnaculum dicti..decanus et..ad taxacionem aliquam ponere uoluerint nec ipsam propter nimios sumptus a nobis et nostris heredibus uoluerint exsoluere tunc nos idem propugnaculum cum omnibus attinenciis suis quo nobis expedire uidebitur abducemus, uel ille quem loconostri substituerimus deducet ad locum quem elegerit, sue arbitrio uoluntatis.

Testes etc.

Fundaciones ecclesiarum.

In nomine domini amen. Ne nouerca memo(rie obliviose vocis locum habeat humana prouidit racio temporalibus gestis quibuslibet solempniter celebratis in testimonium sequentibus pro certo submittere remedio scripturarum.

Noscat igitur tam presens etas quam successiua posteritas quod Ego..dictus de.. pro genitorum meorum et proprie saluti, et per pietatis opera cupiens salubriter prouidere, *Cenobium dominarum-premonstratensis ordinis* in tali loco in honore dei et matris sue gloriose fundaui auxiliante spiritus sancti gracia specifica.

Cui *cenobio* ad sustentacionem personarum in eodem deo famulancium ex consensu dilecte coniugis mee et dilecti filii mei vnanimi voluntate has uillas . . et . . cum omnibus iuribus et pertinenciis ad ipsas uillas ab antiquo spectantibus dotalitii titulo hereditario iure contuli perpetuo possidendas, certa ibi locando beneficia vbi uirtutum merita cumulantur; uolens insuper *predictum cenobium* et personas in eodem degentes ampliori refocillamine subleuare, ecclesias subscriptas in..et..in bonis meis constructas, et si que fuerint auxiliante deo constructe cum pleno iure patronatus pro successione paterna qua gaudebam legitime in eisdem, memorato cenobio tenebit liberaliter contuli et libenter.

Ut autem hec omnia locum obtineant et robur perpetue firmitatis, maxime ne aliquis scrupulus ambigiutatis super donacionem meam et ordinacionem huius modi in posterum ualeat suboriri, presentem conscribi litteram et sigilli nostri disposui munimine communiri.

Actum anno domini etc.

De eodem. (Fundatio ecclesiae.)

A. Dei gracia etc. regalis preeminencie celsitudo, licet ad vniuersos et singulos sue liberalitatis dexteram extendere debeat et cunctos in sinu sue gracie confouere, et precipue tenentur fauorabilibus sue protegere benignitatis munimine in illos potius effundere decet dulcedinem pietatis qui hic contempta secli vanitate se dominico seruicio deuouentes nituntur deo in sinceritate mentis et cordis famulari.

Per presentis igitur tenorem priuilegii perpetuo ualituri presencium noticiam differri (sic) uolumus ad memoriam futoror. quod nos attendentes quod tam pium quam honestum sit suum recognoscere creatorem et suis manus porrigere famulis graciosas, considerantes eciam quod moniales in..que in suis conantur actibus domino complacere et sumptis (sic) huius mundi pompis solis adherere spiritualibus, proprietatem cuiusdam vinee que sita est in..quam in feodo quidam a nobis tenuit..dilectus fidelis noster, dictis monialibus concessimus de certa sciencia et gracia speciali, ut ipse ius proprietatis ipsius vinee, auctoritate nostra possideant et teneant, de ipsa quitquit eis placuerit facientes.

Inuestiture principum.

V. dei gracia et uniuersis similiter imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Tenore presencium recognoscimus publice profitentes quod nos illustrem *O. regem Bohemie* principem nostrum karissimum bohemensi (sic) suis que attinenciis nec non de marchinatu (sic) *Morauie* ceterisque attinenciis que a nobis et imperio et feodo obtinere de iure dinoscitur ex regali benignitate consueta inuestiuimus ac eidem principatus predictos cum omnibus ipsorum attinenciis duximus concedendos a nobis et imperio in feodum perpetuo obtinendos.

Concessiones officiorum.

V. dei gracia etc. vniuersis fidelibus suis per regimen *Bohemie* graciam suam et omne bonum. ad eliminandam falsariorum nequiciam et monetam in terris nostris in sinceritatis continenciam debite conseruandam uiros honestos monete preficimus de quibus approbata fama et fidei puritas hesitare ullatenus non permittitur. Per consequens igitur scriptum notum facimus vniuersis quod nos attendentes fidem puram dilecti fidelis nostri..jam nobis ex multis rerum argumentis expertam et opinionem illibatam qua idem fauoris commendacionem meruit, generalis sibi officium prouisionis in moneta per terras nostras gerendum et exequendum committimus, dantes ipsi plenam et liberam facultatem examinandi monetam uel de-narios in bonitate argenti, nec(non) et capiendi falsarios; Mandantes singulis et vniuersis magistris nostre monete districtius quod predictum magistrum in execucione officij sui non audeant aliquatenus impedire, sed ipsam (sic) promoneant et adiuuent vbicumque et quandocumque ipsos duxerit requirendos. Ministrent quoque ipsi expensarum necessaria, sicut decet.

De eodem.

C. dei gracia etc. dilecto fideli suo..graciam etc. Commendata nobis tue probitatis industria, nos inducit ut *te* muneris honore publice decoremus, eapropter vnius anni circulum, ab acceptacione presencium tibi iudicatus officium in ciuitate pragensium gerendum committimus et regendum, dantes tibi iura et auctoritatem plenariam in singulis et omnibus prout expedit ius dicendi. Tu uero summo opere colens iusticiam equali racione tacite causas perpenses (sic) atque taliter deservire studeas equitati ut nec amoris dulcibus flectaris affectibus nec clenodiorum te sinistrare faciant donacia, aures precibus obstruens amicorum et odium iudicando secludens sit uita tibi in causarum decisione quarumlibet irreprehensis (sic) ut continuata tue fame claritas per operis execucionem laudabili dignitate uel officio te digniorem statuam uel efficiant potenciorem.

Item De eodem.

Nos *O.* etc. notum facimus etc. quod iudicium in..et theolonium ipsi iudicio attenens concessimus..suis exigentibus meritis hereditarie possidenda, uolentes ut idem et filii sui legitimi masculini sexus tantum, iudicium prefatum et theolonium ipsi iudicio attinens possideant hereditarie et prouentus ex eis percipiant ac percipere debeant et ualeant libere, contradictione qualibet in posterum quiescente ipse tamen et eius heredes legitimi in huius nostre recognicione gracie vigenti marcas argenti annis singulis camere nostre soluent.

De eodem.

C. dei gracia etc. *Johanni Westfalo* et *hi Suffit.* Licet terrarum princeps multis affluat opibus, nec opprimi penuria possit, ex facili amplis et uariis habundantes copiis facultatem eget tamen vt modeste dispensacionis ordine quo et fraus que non decet ac excessus qui non expedit, euitetur. Ut igitur pecunia quam usui uictus nostri deputamus, prouide dispensetur necessaria coquine nostre tibi de legalitate, iusticia atque fide nobis plurimum fidelium testimonio approbata notariam coquine nostre, tenore presencium, quoad uixeris, gerendam committimus et tenendam, dummodo non excesseris propter quod nos de ipsa notaria priuare merita (sic) debito debeamus uolentes ut eiusdem notariae fungaris officio in quocumque loco per terras nostras fuerimus constituti. Et de quolibet talento quod pro carnibus, uino, pane atque aliis ad uictum nostrum necessariis expenderetur quatuor denarios a uenditoribus recipias et alia iura percipias quaecumque ad eamdem notariam noscuntur ex antiquo ex racionabili iure pertinere. Quamobrem dapifero, marchalco, magistro (mro) coquine et pincerne nostris, tam presentibus quam futuris damus expressius in mandatis quatenus in prefate notarie officio te non impediant sed uti ea libere et quiete permittant si graciam nostram diligunt et suspensionis notam cupiunt euitare. Tu uero dictum officium tam prouide tamque diligenter gerere studeas et dispensacioni nostre pecunie legaliter sic insistas ut apud nos de fide reddaris commendabilis et inuitemur tue probitatis merito tibi committere pociora.

De eodem. Quedam derisoria littera.

Nos *V.* dei gracia notum facimus etc. quod nos propter nimiam inoportunitatem qua tam nos qam familiares nostros et barones, *magister Johannes*, quondam Saxo, sed mutata temporum condicione *Westfalus* cottidianus (sic) susurriis fatigabat propter mille marcas argenti quas nobis et consiliariis nostris honoris ambicione peruigil erogauit concessa sibi quoad uixerit notaria ollarum et ciforum, lignorum in conquina nostra in quacumque parte mundi fuerimus constituti, cum omni iure ad ipsas ollas postquam tamen commederimus pertinente nec non pro laboribus suis decima olla et cifus decimus sibi dentur et ad hoc omnem offensam quam aduersus nos commisit per spolia innumerabilia que in regno nostro perpetrauit cum superbus mulus rapinis reuertebatur in *Joppa* sicut olim consueuerat de *Verona* sibi duximus remittendam statuentes eum deinceps singulorum omnium et illorum qui bacharia de ligno praeparant ut ab ipsis habeantur in perpetua reuerencia et honore in *Bohemia* sicut *Papus* fuit olim habitus in insula *Helesponti*. Exultet igitur felix *Wesalia* se talem edisse hominem qui uelut agrorum concerentius sic Deus haberi meruit figlorum.

Subdicio heredis tutori.

In nomine domini amen.

Cum etatis tenere fragilitatem de nature consuetudine quedam mentis obnubilet ebitudo ita ut ad regimen et gubernacionem terrarum insufficiens sit ingenium puerile Nos ..*Dux* etc. annorum immaturitatem consideracionis oculo diligencius intendentes de vbertate quoque fauoris bonorum baronum nostrorum et consilii fideliter informati ius cuiusdam principis nostri domini. *O.* incliti regis *Bohemie* cum omni dicione terrarum et cum uniuersis et singulis per districtum nostri dominii constitutis tutele et gubernacioni uoluntate non coacta sed libera omnino et salubriter duximus submittendos de cuius et benignitatis et sinceritatis plenitudine que racione consanquinitatis ad integritatem amoris nos confibulat talem haustus fiduciam et perfectam non dubitantes sed de sua magnificencia presumentes quod de nobis nostrisque omnibus gerere debeat utpote pater alter, nos denique mandatorum suorum uolentes semitis adherere testimonio presencium profitemur et promittemus bona fide quod nexu matrimonialis contractus nos nunquam ligabimus uel aliqua alia amicicia seu aliter modo quocumque sine sua consciencia et consensu, nullas hereditates, nullaque feoda ac magnam pecuniam aliter uel aliquatenus eo inscio uolumus elargiri. nulla.et.n. magna uel ardua negocia siue in iudiciis uel fiscis aliis pertractabimus sine ipso. Ad terram autem nostram cum apud ipsum fuerimus gressus nostros nullatenus dirigemus nec moram aliquam in illa trahemus sine ipsius licencia speciali. Sumptus quoque moderatos cum in ipsa nos esse contigerit faciemus et ad sue iussionis uotum seu uocacionem ad ipsum ubicumque fuerit ibimus et pro suo nutu iterum ad propria reuertemur. Ad hoc autem nullo contradictionis ingenio seu acumine astucie a tutela et cura memorati domini regis curabimus uel ordinabimus liberari donec per industriam baronum tam suorum

quam nostrorum iudicemur terrarum nostrarum dominium posse legitime gubernare super quibus per nos inuiolabiliter obseruandis spontaneum prestitimus iuramentum venerabilibus patribus et dominis *Th.* et *H. episcopis* presentibus baronibus nostris, ut decet . . et . . et multis aliis promittentibus, pro nobis sollempniter quod si alicuius predictarum nostrarum pactionum fuerimus transgressores sepe dicti domini episcopi statim ponendi terram nostram sub interdicto et recedendi a nobis cum omnibus nostris et adherendi domino regi plenam et liberam habeant facultatem. Pro cuius rei testimonio presens instrumentum iussu nostro confectum sigilli nostri munimine fecimus roborari. anno domini etc.

Conseruatoria.

A. dei gracia vniuersis sacri imperii fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit suam graciam et fauorem. Licet nostre munificencie gracia cunctis quos nostrum regis imperium communis debeat esse fidelibus, illos tamen graciarum humilitate conplectimur quos humilioris grauat legis condicio et qui in sola protectione nostre lenitatis respirant. Per presens igitur priuilegium presens etas nouerit et successiua posteritas quod nos attendentes imbecillitatem gentis iudasmi et quod omnes et singuli iudei degentes per terras nostre dominacioni subiectas et christiane legis et imperii prerogatiua qua dominamur et uiuimus serui sunt nostre camere speciales. Ad supplicationes . . et . . nostrorum fidelium, personas eorum, filios suos ac bona eorum omnia que in presenti iuste tenent et possident et in antea iusto tytulo potuerunt adipisci sub protectione nostra et imperii recepimus speciali bonos vsus et approbatas consuetudines quibus temporibus diuorum augustorum predecessorum nostrorum recolende memorie usi sunt hactenus ipsis in seruiciis et debite fidei nostre constancia persistentibus de magnificencie nostre generositate et ex certa sciencia confirmantes.

De eodem.

B. dei gracia etc. Quamuis . . gradus in quibus per uirtutum studia ad eterni patris solium feliciter pertingitur Sanctaque Mater Ecclesia tanquam in odore suauitatis in filiorum operibus delectat fauore nostre regalis magnificencie prosequamur tamen *fratres cistersiensis ordinis* quot in spiritu deuocionis et humilitatis et rigoris obseruancia monastice discipline domino iugiter uel sedulo famulantur de ceteris ordinibus nostra dilectio specialius pretulit et amauit eosdem nostris fauoribus et beneficiorum participionibus digniores, tanto amplius reputantes quanto in eisdem hospitalitatis et alia Karitatis opera per crebram exerciciorum euidenciam clarius ac vberius enitescunt ea propter ad noticiam omnium cupimus peruenire quod nos affectum quem ad ordinem gerimus prelibatum apperire cupientes euidencius operis per effectum *monasterium* G. ob reuerenciam gloriose uirginis a qua plenitudo tocius salutis et gracie emanat cuius est uocabulo designatum cum vniuersis bonis et personis in protectionem nostram et in eodem monasterio beneficiorum in pensionibus regie liberalitatis graciam recepimus specialem in dictorum progenitorum nostrorum recolende memorie qui in eodem monasterio beneficiorum in pensionibus regie liberalitatis insignia reliquerunt vestigia inherendo.

Promissiones fidelitatis.

Nos etc. notum facimus vniuersis ad quorum cognicionem deuenerit scriptum presens quod nos corporali iuramento prestito sine omni dolo et malo ingenio promisimus domino nostro. *W. inclito regi Bohemie* seruire atque astare sibi fideliter cum toto posse nostro contra hominem omnem et quacumque uice nobis duxerit iniungendum et quod ipsius mandatum siue in bono siue in malo pro posse diligenter et fideliter exequamur et quod nunquam deseremus eum sed semper ipsi astabimus et ipsum iuuabimus occasione relegata quilibet cum rebus nostris hominibus propria in persona quod si non fecerimus tunc uolumus periuri exleges et infames ab omnibus iudicari, et honore nostro si quod habuerimus uel habituri fuerimus priuari, nullo excusacionis subterfugio nobis suffragium ministrante. In cuius.

De eodem.

Ego *palatinus ciuis vinensis* istius tenore pagine in publicam deduco noticiam quod ego promisi et promitto bona fide et intencione non ficta adherere atque seruire domino *O.* illustri *regi Bohemie* fideliter et deuote sibique obsequiosa prebere subsidia omnia quecumque potero contra dominum *R. Romanorum regem* et contra omnem hominem omnemque personam cui dictus dominus *R. Bohemie* aduersar. omnibus temporibus uite mee nisi dominica h^{c} exsequi ( ) propter vllum hominem uel aliquam occasionem sed ea penitus efficiam mancipo et reputabo eumdem dominum *regem Bohemie* dominum meum specialem et tenebo eum pro domino meo speciali quandiu uita fuerit mihi comes. Quod si forte quod absit, contraria predictis facerem uel predicta non adimplerem quod tunc uolo periuri. exlex et imfamis perpetuo iudicari.

De eodem.

Nos *The.*. Dei gracia *pragensis episcopus*. . et. . *barones regni Bohemie* in publicam deducimus noticiam per presentes quod licet ex puro corde preclare domine nostre *gute* serenissimi domini nostri *Rûdûlfi regis Romanorum filie* commodum et honorem sinceris semper affectibus fideliter procurare uelimus, et ei tanquam regine ac domine nostre promptam deuocionem parere summis desideriis affectemus tamen ut ipse de nobis plenius confidere et confidencius presumere ualeat et ut nostra deuocio nec non et uoluntas euidencius appareat spontanea uoluntate prestito iuramento eidem domine regine sine dolo quolibet et fraude promittimus vera fide quod eam semper fide pura congruis honoribus et obsequiis venerari uolentes si eam domino nostro karissimo domino *O. regi Bohemie* et *marchione Morauie* marito suo prole aliqua ex ea suscepta uel sine herede mortis preuencione, quod absit. uiduare contigerit, nos ipsam, occasione remota qualibet, patri suo domino *R. romanorum regi* predicto nec aliter ex fratribus et amicis quos ad hoc elegerit, uel domino F. burgraphio de nuremberg. quando per ipsum aut amicos eius requisiti fuerimus representabimus aut procurabimus presentari boniuole et amice omni qua poterimus reuerencia et honore. Insuper quod eamdem *reginam dominam* nostram in bonis sibi per prefatum dominum nostrum

Bohemie in *Glacensi prouincia* nomine dotalicii iam ( ) collati in hiis et in aliis que sibi idem dictus rex alias post modum conferet pacifice possidentes fideliter fouebimus tenebimur et defensabimur toto posse. In cuius promissionis nostre testimonium etc.

Obseruaciones treugarum.

Nos *W*^{er}. etc. notum facimus etc. quod nos pro parte nostra et omnium atque fidelium nostrorum, iniuerimus trengas cum illustrissimis principibus dominus..et..a data presencium usque ad festum .. post venturum inuiolabiliter obseruandas, promittentes bona fide tam pro nobis quam pro parte hominum et fidelium nostrorum quod dictas treugas per predictum tempus obseruabimus et faciemus inuiolabiliter obseruari ita quod per nos et nostros dictis principibus et eorum dampnum uel molestia non irrogabitur per temporis spacium antedicti, dum tamen ipsum idem tempus dicti principes et eorum homines ac (sic) terris et hominibus nostris non aliquod damnum uel molestiam inferant.

De eodem.

V. Dei gracia *Rex Bohemie* vniuersis tenorem presentium perspecturis noticiam subscriptorum. Licet treugarum federa perpetuo non maneant in tempore desitura quia cum interuentu fidei statuunt non minus ea obseruari decet quam perpetualiter iure connexus pacis non quod bonum. Diuturnius breui bono non sit modici ponderis sed quod eque fides in modico leditur ne in amplo eapropter treugas cum magnifico principe domino *Stephano*, inclito *rege Vngarie* iniuimus et statuimus ac fatemur presentibus promittentes quod eas a festo beati Petri proximo futuro usque ad festum proxime sequemur seruabimus fideliter et obseruari ab omnibus nostris subditis inuiolabiliter faciemus nec per nos aut aliquam ex nostra nostris stabit quominus eodem per prefatum temporis spacium perseruentur ( ) dummodo per predictum dominum *regem Vngarie* ac per suos subditos dicte treuge per idem tempus teneantur inuiolabiliter et seruentur. In cuius rei testimonium etc. Datum anno domini etc.

De eodem.

Nos. *O.* Dei gracia notum fieri uolumus vniuersis, Quod nos cum domino *Stephano* inclito *rege Vngarie* treugas iniuimus et statuimus a festo proxime venturo usque ad festum primitus sequturum, promittentes mente pura et intencione non ficta et federa fidei puritate quod predictas treugas per prefatum temporis spacium seruabimus et ab omnibus nostris subditis faciemus inuiolabiliter obseruari et quod per nos uel per aliquam iterpositam personam dictas treugas non uiolabimus nec procurabimus aliquatenus uiolari. Quod si per nos aut parentes prefate treugo infra scriptum tempus infringuntur, tunc uolumus infideles et periuri ac exleges ab omnibus reputari. Datum etc.

Confirmatio beneplaciti.

Nos, etc. Istius tenore pagine notum facimus vniuersis, tam presentibus quam futuris quòd grata beneficia que a domino *O.* serenissimo *rege* percepimus meditacione solli cita reuoluendos et dignum consentes prouide ut sue sic nostram faciamus consentaneam voluntatem quod suis inhereamus beneplacitis sueque directionis tramiti imitamur promittimus *eidem regi* uera fide quod nos in uniuersis et singulis negociis et agendis nostris suo frui et consilio regi volumus et iuxta sue maiestatis prouidenciam dirigere facta nostra. Promittimus quoque dicto *domino regi* quod a nullo alio nisi ab ipso decorabimur uel decorari permittimus aut procurabimus in honore cinguli militaris et hoc mente pura et sub nostre promittimus ( ) fidei puritate firmiter obseruare ut per actuum conformacionem extrinsecorum mundalium conformitas actuum enitescat. Similiter uera fide promittimus *domino regi* quod quociescumque nos familiam nostram vestire contigerit et ipsum quoque regem suam nos iuxta formam et qualitatem qua ipse rex se et suam familiam vestiet nostram familiam et nos similiter consimiliter vestiemus Intus etc. Datum etc.

De eodem.

Nos etc. notum fieri uolumus etc. quod cuncta grata et utilia beneficia que nobis dominus *O.* inclitus rex *Bohemie* preuius noster karissimus contulit mente memori reuoluentes ut proinde sibi respondeamus ad singula que sapuit beneplacitum uoluntatis et scribimus nos sibi hac obligatos eidem domino regi ex deliberacione ac bona uoluntate atque pura fide, promittimus per presentes quod a nomine alieno principe uel domino quocumque dignitate ac nomine censetur postquam ab *ipso domino rege* recipiemus, uel recipere uolumus honoris cingulum militaris, sed ab *ipso domino rege* decore honorari milicie uolumus tantummodo et ornari. Promittimus etiam ex deliberato animo et bona fide dicto *domino regi* quod ad hoc ut beneuolencie zelus qui inter ipsum et nos uiget pateat per actiones extrinsecas euidenter, quantumcumque continget *dictum dominum regem* suam vestire familiam et nos nostram nos iuxta beneplacitum et disposicionem dicti domini regis uestiemus nostram familiam ita ut tamen familia *ipsius domini regis* quam nostra vniformibus uestiatur uestibus, ut vnio denotetur in famulis quam beneuolencie fecit sinceritas in animis dominorum non solum in premissis nos iuxta ipsius domini regis consilium et beneplacitum dirigere uolumus actus nostros verum et in singulis aliis eiusdem domini regis consilio regi uolumus ut secum simus vnius voluntatis compares et con- ( ) formes. In cuius rei testimonium et robur presentes litteras sigillo nostro iussimus communiri. Datum anno etc.

Promissiones assistendi.

Nos. etc. notum fieri uolumus tam presentibus quam futuris quod licet domino. *O.* inclito *regi Bohemie* tam consanquinitatis vniamur ligamine quam affinitatis uinculo connectamur, tamen desiderantes cum eodem strictiori ligamine firmius innodari tenore presencium promittimus nos uelle sibi sinceritate dilectionis perpetue inuiolabiliter amicari nec non

et quod sibi assistemus cum toto nostrarum uirium potentatu contra omnem hominem quemcumque. personam cuiuscumque dignitatis et condicionis fuerit et precipue contra dominum. *R.* qui, uel que, ipsum uel suos intenderet molestare uel sẽ disponeret aut dirigeret ad molestias aliquas sibi uel suis amicis atque fidelibus inferendas promittimus eciam nos uelle cum eodem domino nostro rege ad talis tamque discrete beneuolencie vnionem que nos (sic) solum inter nos inuicem uigeat verum etiam ad filios filiorum vtriusque nostrum inexterminabiliter tenetur (sic) et permaneat inuiolabilis atque constans ad terrarum utriusque nostrum felicem statum et conseruacionem prosperi incrementi et generaliter promittimus vera fide quod eumdem *dominum regem* non relinquimus in uita uel in morte sed iuxta ualenciam nostrarum uirium sibi assistemus secum utriusque fortune spem communi et equali participio scociemur uolentes vna cum ipso et asperitatem tollerare quamcumque aduersus casus inflixiter et serenitate iocundari leticie quam fortune adduxerit dextra prosperitatis.

De eodem.

Nos etc. notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris quod licet karissimi amici nostri . . et . marchiones . . sint nobis adiuncti federis glutino natalis multorum tamen hebetat opinio et creduli- ( ) tas pro constanti tenebat, quod nos inuicem karitatis mutue non amplectentes affectibus nec prosequemur alterutrum beneuolencia ut deceret vnde ad tollendam huius opinionis et credulitatis sentenciam que fere adoleuerat diuulgata cum *prefatis auunculis nostris* super id quod natura uinculo sanquinis inter nos inuicem stabiliuerat talem iniuimus federis vnionem quod ipsis promisimus et promittimus puro corde et mente non ficta prestita uera fide ipsis sincere beneuolencie ac amicicie uinculis amicari et contra omnem hominem omnemque personam in quam cum honore nostro poterimus eisdem cum omni nostrarum uirium potencia seu potentatu astabimus oportuna ipsis subsidia impendentes *eidem* quoque *auunculi nostri* (sic) uice uersa nobis contra omnem hominem cum omni sua potencia similiter assistere promiserunt nam iuxta exigenciam et debitum federis quo nos natura connexuit dilectionis et promotionis affectu quo poterimus prosequi nos uolumus alternatim ipsos prosequemur ut tenemur. In cuius etc.

De eodem.

Nos etc. Intendentes omnium amoris sine caritate et vnionis perpetue puritate Karum. . germanum nostrum dominum nostrum comitem. . diligere et uere dilectiones affectibus perpetuo amplexati et pacis et concordie Karitatis nexibus connectendis cum eo firmius et irreuocabiliter obseruandis sicut pluries et pluries promisimus ita et nunc promittimus bona fide prestito nobis corporaliter iuramento quod dictum comitem ex cordis intimis diligemus et eo cum toto posse nostro contra omnem uiuentem hominem assistemus. In cuius etc.

De eodem.

Nos etc. Constare uolumus vniuersis presencium copiam intuituris quod cum dominis. . et. . karis *auunculis nostris* amicicie perpetue nos astrinximus vnione promittentes bona fide

et sine dolo eisdem astare contra omnem eos uolentem quemlibet aggrauare, exceptis ( )..et..qui si cum predictis *aunculis nostris* discordauerit interponemus partes nostras inter eos ad concordie mentem inducentes et quaecumque parcium discordancium ad bonum pacis forsan iuxto nostre ordinacionis formam renuerit intendere alteram fouebimus eorumdem consilio atque posse.

Compromissio in arbitros.

A. dei gracia *rex Bohemie* vniuersis presentis scripti copiam habituris noticiam sub scriptorum amator pacis rex pacificus et eternus filios sue matris ecclessie quos redemptos sanquine precioso in vnitate fidei katholice connivit et in karitatis dilectione mutueque pacis obseruacione disposuit atque noluit unum esse ut ydemptitatem ydemptitas siue vnio concordie sequeretur et eos quos vna coniunxit fides mencium dissensus non diuideret actionum, et certe quidem licet ad tanti dispositoris exemplar pacis diligere et seruare teneantur singuli christiani nominis professores tamen hos quos diuina prouidencia in dignitatum arce locauit regali dyademate insignitos decet tanto amplius fore pacis et concordie zelatores quanto se cognoscunt honoris et sublimitatis apicem amplius alcius conscendisse, ut ab ipsis tanquam a internis suprapositis pacis et iusticie lumen refulgeant et eorum concordia personis inferioribus transeat in exemplum. Ea propter attenta consideracione pensantes et in pectoris nostri archa diligencius reuoluentes quod ex diuina clemencia regni et terrarum gubernacula teneamus in trono regio collocati ne lumen pacis quo lucere debemus aliis tenebre sit cum domino *Stephano* serenissimo *rege vngarie* cui tam consanguinitatis quam affinitatis fibula in amicicia nos connectiti et alterutrum nos unitat ad concordie vnionem pacem plenam et perpetuam promittimus obseruare quam ( ) pro nos uel nostros nullvnquam tempore aliqua dissencionis corruptela discidii zizania uiolare uolumus aliquatenus uel corrumpi. Et ut quidem pacis federa possent personis intermediis forcius conueniri ecce nobis et predicto rege Stephano in insula pariter constitutis in VIII° personas quibus arbitrandi plenariam dedimus facultatem per nos hinc et inde extitit compromissum talibus autem condicionibus interiectis quod etc.

Sentencie, siue Arbitria.

Nos..et..arbitri dominorum..et..super questionibus quae inter ipsos super diuersis terris et principatibus uertebantur arbitrando pronunciamus quod reuocentur et retractabuntur immo reuocande sint omnes summe proscripcionis, excommunicacionis, interdicti, priuacionis et quecumque alie promulgate contra dominum *O.* regem *Bohemie* et adherentes sibi quocumque nomine censeantur.

Item. Pronunciando arbitramur quod inter ipsos..et..rege plena sit concordia pax firma et syncera reconciliacio sine capcione qualibet et seruitores utriusque regum quocumque nomine censeantur. huius pacis concordie ac reconciliacionis cum sinceritate firmissima includantur castris eorum..et..ab alterutro regum ipsis ablatis uel a suis cum integritate debita restitutis. Arbitramur eciam quod dictus *O. rex Bohemie* cedat semper et precise

omni iuri quod habebat, uel habere uidebatur, in terris, hominibus cuiuscumque condicionis existant.

Item. Arbitramur quod deinceps non impediat archiepiscopum, episcopos, comites et alios nobiles, quocumque nomine nuncupentur in possessionibus et castris sitis in terris superius nominatis.

Item. Pronunctiamus (sic) liberos et solutos utriusque partis obsides et captiuos et fideiussores quocumque nomine censeantur.

Item. Pronunctiamus (sic) quod dominus *E.* serenissimus *rex romanorum* ex eis terris et hominibus supradictis infeodabit dominum *O. regem Bohemie* et *liberos suos* de omnibus feodis uidelicet: *Bohemia* ( ) *Morauia* et aliis quibuscumque que progenitores sui et ipse ab imperio de iure noscuntur hactenus tenuisse.

Et ut predicta pax, concordia et reconciliacio firmitatem perpetuam obtineat et partes mutus se sincerius diligant et cuniunctim efficacius in plena amicicia solidentur pronunctiamus (sic) arbitrando quod dominus. *O. rex Bohemie* tandem *filiam suam* . . in vxorem *filio* domino domini *regis romanorum* et terras..et. eidem in donacionem propter nupcias deputabit.

Inter cetera arbitramur specialiter quod etc.

De eodem. (Sentencie siue arbitria).

Nos omnibus noticiam subscriptorum.

Reuerendus in christo pater dominus *Th.* episcopus, et *Fridericus de*..in vnionem pacis et concordie cupientes inuicem deuenire ac uidentes quod per nullum alium quam per nos melius et firmius concordare ualerent, nostram adire presenciam et de causa, seu questione que uertebatur inter ipsos, utpote in arbitros et compromitores et diffinitores compromisinter pure fideliter libere et spontanea uoluntate ac super eo suas suisque sigillis munitas nobis dederunt litteras obligatorias in hac forma:

Nos *Th.* dei gracia etc. similiter etc. predictus *Fridericus* nobis in eadem forma per forma omnia promisit.

Nos autem intenta deliberacione sollempni intellectis et examinatis omnibus de sapientum consilio In que super posita et questione premissis intelligenda uel examinanda fuerant pro bono pacis atque concordie ex vigore compromissi predicti in nos facti sencia-mus et arbitramur quod dictis dominis scilicet municionem nouam quam erexit . . statim vltime demolicionis exterminio destruat et destrui faciat et procuret nec *pragensem* exeat *ciuitatem* in qua tunc est donec dicta municio penitus sit destructa omniaque ipsius edi-ficia et munimina terre fuerint cum fossatis circiter adequata, nec non et quod in dicto loco vbi dicta municio erecta est nulla dein- ( ) ceps municio futuris erigatur temporibus, per *Fridericum* predictum uel alium quemcumque quod non solum ex uigore compromissi in nos facti prohibemus, verum eciam anctoritate interdictus regie potentatis. De proprietate uero municionis illius in quo (sic) dicta municio erecta est et aliis possessionibus si dicto *Fri-derico* placuerit agere contra dominum episcopum memoratum uel uel e . . ecclesiam ius

suum uel quondam filiorum de . . in prouinciali iudicio coram beneficiariis prosequatur et prosequendi plenam habeat facultatem; Et quia dignum est ut quod in ecclesia et ecclesiarum bona inique committitur equa satisfactione remedio diluatur sententiamus et arbitramur quod dictus *F.* pro dampnis que intulit dicte . . ecclesie ac bonis eiusdem dicto domino episcopo seruiat fideliter et imparciatur auxilium cum. XL. dextrariis phaleratis in propriis expensis et dampnis per XIIII^{or} dies, tamen quandocumque dictus dominus episcopus sibi aduersus quemlibet contra quem dictus *Fridericus* illesa fide sua dicto domino episcopo seruire poterit et auxilium impertiri sententiando quoque ac arbitrando pronunctiamus quod tam dictus dominus episcopus quam dictus. *F.* homines quoslibet discordiarum tempore altrinsecus captiuatos liberari faciant et absolui sine omni munere ac precio, absque qualibet tarditate et promissione fideiussoria uel quacumque alia nonobstante.

Si qua uero pecunia pro aliquo captiuato jam soluta fuerit ante istius promulgacionem arbitrarii nos ipsam illam esse volumus qui recep.

Hec igitur omnia nos ex nigore dicti compromissi in nos facti sententiando et arbitrando sub pena in ipso compromisso contenta ab utraque parte obseruari precipimus et inuiolabiliter adimpleri reseruatis verum tamen nobis iure arbitrio et potestate declarandi super premissis et quolibet premissorum vbicumque et quandocumque fuerit oportunum et tractatu prefate concordie inter eos in *Morauia* prius habito quem stabili firmitate vigere volumus in suo semper robore duraretur. Ad hec sentenciamus et arbitramur quod dicti episco-( ) pus et. *F.* deinceps amicabiliter uiuant, et inter eos dilectionis et gracie uigor permaneat relatiue ut, hic, paterne ferueat dilectionis affectus ille, zelo deuocionis estuet filialis.

In quorum omnium testimonio presens instrumentum sigillis nostre excellencie iussimus communiri.

Datum etc.

Concordie.

E. dei gracia rex etc. Vniuersis presencium copiam habituris noticiam subscriptorum. Ut ea que pacis sunt, pacisque puritatem sapiunt et inducunt in racionis deducta secretum et ipsius examinata scrutinio admittantur attencius et expressius imprimat admissa et expressa in cordibus nostris fructificant germinatura pacem et productura quietem amicicias augmentendo et inimiciciarum causas illico precidendo quia sicut et palam est in iniuriis odia prouocari sicut et nulli veram indubiam pacem pre opus est et iusticie atque fructum post guerrarum grauia dispendia reformatam firmiori robore solidari ad id intencionis sue cumulum caritate mutua que pacis est vinculum peruenire, dum illam correlatam fulsit sinceritas ei exaggerat exhibicio operis que vere dilectionis, amicicie atque pacis esse dinoscitur infallibile argumentum. Propterea nouerint vniuersi quod post longa guerrarum discrimina que inter dominum *ducem Bauwarie*, consanguineum nostrum karum et nos, inimicus humani goneris, pacis impaciens exercitarit, pacis auctori placuit corda ipsius et nostrum algore odii congelata karitati amoris reducere ad feruorem ex quo ipsi et nobis in subdi-

torum nostrorum quiete commoditas optata et vocitata proueniet tranquillitas amicorum cum provocacione pacis puritate reformanda *idem dux* reuerendum in Christo patrem..venerabilem episcopum virumque *nobilem de Sigenhoyuen* ad nostram presenciam miserit, hiis diebus dato eis ( ) pleno sufficienti et legali mandato ut conuenientes nobiscum ordinare, tractare ac diffinire possent omnia ad reformacionem pacis facienda que ipse dux si nobiscum fuisset constitutus ordinare et diffinire potencialiter potuisset qui in nostra presencia constituti diuersis tractatibus habitis et discussis, plenius qualitatibus negociorum et tractatuum hinc et inde deliberacione et habita prematura nomine dicti ducis vna nobiscum ordinauerunt et assumpserunt inter *dominum ducem* et *nos* quod pax debeat perpetuo obseruari quam nos assumpsimus et assumimus spondius et spondeus inuiolabiliter nostris operibus obseruare, eidemque *domino duci*, tanquam amico karissimo promisimus et promittimus teneri ad omne robur amicitie nec eadem amiciciam siue pacem inter nos perpetuo (sic) duraturam infringere uolumus, seu infringemus propter aliquem hominem huius mundi, in statu maiori, uel minori positum clericum uel laycum, affinitate seu sanguinis ydemptitate nobis et pueris nostris iniunctum eidem paci includentes uallantes *regnum nostrum Bohemie*, principatus nostros *Austriam*, *Stiriam* etc. cum diuersis attinenciis eorumdem.

Vtque ea vniuersa et singula que in pacis federa sunt deducte clarius exprimantur singulatim in ordine equum duximus subiungenda.

Primo. uidelicet *Castrum Reyde* dictum, cum omnibus suis attinenciis in nostra remanere debet et remanebit regia dicione, dicto domino duci et suis heredibus nullo iure seu actione de illo repetendo ammodo competente, nisi de libertate regia, uoluntate nostra seu beneplacito idem castrum dominus dux uel heredes sui valeant in posterum obtinere.

De districtu quoque et iudiciis que et quos fratres de. F. ipsius domini ducis preiudicium ut asserit detinent occupata dominus decebat per nostra priuilegia quod iuri et actioni nobis competentibus in e- ( ) isdem renunctiauerimus quodque *dicti fratres* recepta ab eo quadam pecunie quantitate renunctiauerit similiter iuri suo quibus congnitis et probatis idem dux gaudebat in eisdem prout est equitati iuris consentaneum iure suo sane pro bono pacis et diligencius et zelo amplectimur puriori.de reuerendis in Christo patribus et dominis ecclesiarum *episcopis* in pacta pacis taliter est deductum: ut omnes discordie et dissenciones usque ad hec tempora habite inter illum et *dominum ducem* sint sopite penitus et planate ita quod de illis nullius rancoris uel odii materia seu fomes, quam in *nobis* est animo, habeatur, si quid odii dominum episcopum prosequi uoluerit forsan illico in prosecucione hac eos non promouebimus nec eciam impedimenta hiis prestabimus, illud eorum opinioni et arbitrio relinquentes. Sed si qua discordia seu guerrarum discrimina de nouo, quod absit inter *dominos episcopos et dominum ducem* fuerit sustentata, ad eadem complananda, amicabiliter si possumus pro iuribus inpendemus eos infra spacium duorum mencium concordando et si infra idem tempus eos non possemus uel uellemus reducere ad concordie vnionem ex tunc dicti domini episcopi et dominus dux de suo consilio tenebuntur eligere sex iuratos utraque scilicet parcium pro se 3. personas ad destituendum et diffiniendum huius dissensionis articulum super quocumque casu seu causa exortum, qui si

concordare forsan non poterint in dissencienda et diffinienda cuiuscumque dissensionis materia, elegere tenebuntur personam septimam que vna cum eis dissensionem quecumque emersa fuerit diffiniat et decidat, amore uel iusticia mediante, consuetudine patrie seu *terre Bawarie* comprobata et per omnia conseruanda Si quidem ad hec eodem persone septem numero non possent uel uellent forsitan concordare seu discordantes ad uiam reducere vnionis per modum et formam amicatricem ex ( ) tunc *nos dominos episcopos* sequentes animi sui motum in sua dissensione et pertinacia non fouebimus contra *ducem*, sed eidem pocius astabimus, ipsum in sua iusticia fouebimus contra illos. Si vero *dominus dux* uolens acceptare amorem uel iusticiam a *dominis episcopis* sequendo in hoc autem animi sui motum hoc congerio fouebimus et fouere tenebimur dominos episcopos a uiolenta potestancia si qua illis inferetur. Quolibet in hoc casu si quod *domini episcopi* seu etiam *dux predictus* in eligendis arbitriis pro dissensionibus sopiendis remissi forent, uel etiam negligentes per modum aliquem subterfugia queritantes, nos tenebimur parti remisse seu negligenti in sua uiolencia contraire partem alteram in debita iusticia confouendo.

Ad maiorem eciam huius modi amicicie firmitatem promisimus et promittimus quod nullam interdictionem seu iudicium in principalibus siue terris dicti domini ducis nobis ammodo assumemus hiis exceptis bonis possessionis et iudiciis que in presenti possidere dinoscuntur et tenere.

Preterea ut vetus fermentum et fomentum discordiarum inter nos hactenus habitarum euacuetur penitus seu eciam expurgetur renunciamus et renunciauimus omni iuri et actioni nobis et heredibus nostris competentibus in comitatibus *Pogenthorendorp* et in castris *Stridingin Hemborenstey* et omnibus aliis castris, bonis et possessionibus ab ipso domino *duce Bawarie* nunc possessis.

Item quoque *dux* renunctiauit et renunctiat omni iuri et actioni sibi et heredibus suis competentibus in castris possessionibus atque bonis dictis *Stutenhouen* etc. et aliis omnibus iuribus sibi heredibusque suis conpetentibus in regno *Bohemie* ducatibus et *Austrie* et *Stirie* et *Karincie*, *Marchionatu Morauie*, *dominatu Carniole*.

*Marchioque Eg*ᵉ exteris dumtaxat possessionibus in *Wathor* in *Austria* situatis in quibus ipsum et heredes suos recognoscimus et dicimus ius habere dum tamen quod expresse cauimus et cauemus nobilibus militibus seu clientibus nostris uel aliis de ( ) *Austria* qui sibi actiones quasdam asserunt competere in eisdem iudicium et iusticiam faciat et indempnitati eorum quam de iure debeat caueat in hac parte.

Sed ut omnis materia questionis cuiuscumque super premissis tollatur de meo in futurum plane notatum et expresse in presens placitum est deductum quod uterque nostrum in solidum possideat et teneat vniuersa et singula que in presenti possidet, sine exceptione et impedimento quolibet partis alterius pacifice et quiete; dampna eciam hinc inallata compensacione mutua sit sublata siue per nos, nobiles seu eciam seruitores nostros quoscumque. Dampna huius sint admissa, Et hii qui dampna terris nostris et hominibus intulerunt plene graciam nostram habeant de dampnis et iniuriis usque ad hec tempora irrogatis porro quia m affinitatis et consanguinitatis affectio ad correlatum amorem nos pnt(?)et decet mutuo vnitare uel

incitare pro obseruacione pacis nunc facte et in posterum duratare promittimus et assumimus ut si aliqua processibus temporum successiuis contingeret suboriri per nobiles, milites, clientes et alios cuiuscumque condicionis homines infra terminos uel in terris nostri domini constitutus que turbare possent pacis et concordie vnionem pace nunc facta in suo robore permanente eadem quecumque emerserint per capitaneos seu procuratores utriusque domini inter nos positos et uicinos infra spacium vnius mensis amore uel iusticia moderate corrigantur seu eciam emendant. Que correctio seu emenda si ex negligencia uel fauore officiatorum processum forsitan non haberet, ex tunc si homo noster est uel infra nostris constitutus qui quemlibet pacis federa procurabit tenebitur aut quicumque fuerit a defensione nostra excludere nec eum in sua milicia confouere quod et *dominus dux* de quocumque ( ) suo homine uel alio infra terminos suos posito qui excesserit facere tenebitur. Uersa uice quia etiam per infideles et transfugas huc et illuc inter mundi principes discurrentes seminare solent interdum pestifera pacis turbancia puritatem que et aliquando temporis principibus non tam temporalis tranquillitatis commodum quam etiam uite future subsidia per guerrarum discrimina ad inuicem operturam promittimus iuxta ordinacionem futuram non receptare infideles profugos domini ducis nec eos in sui preiudicium confouere si quidem eos ad tempus receperimus propter inopinatum et insperatum casum seu euentum qui forsitan non ex culpa sed casualiter eisdem forsitan eueniret, ex tunc infra duorum mensium spacium per nos sibi decet reconciliari et reformari sue gracie sint recepti si fieri poterit et si negocii seu excessus qualitas hoc requirit. Si quidem hiis non possemus graciam obtinere ex tunc requisiti per *dominum ducem* tenebimur hos dimittere et a nobis excludere infra terminum prefinitum; hoc expresse cauto si profugi et infideles illi, vnum uel plura de exceptis criminibus perpetrarunt, quod ex predicto in nullum casum aliqua diei noctisque hora tempore uel momento recipiantur uel aliquatenus foueantur sed tanquam male meriti immunes omnis gracie excludantur et ut igitur vniuersa et singula in suo robore maneant firmiora, bona fide, sine dolo ea omnia promittimus attendere et seruare iurabimus quoque dum similiter erimus principaliter constituti, tactis quoque sacrosanctis Ewangeliis et viuifice crucis ligno quod vniuersa que in pacta pacis seu placiti sunt deducta prout superius est expressum nullatenus infringemus seu infringi per nos aliquatenus permittemus, hoc adiecto quod quicumque ex nobis turbator pacis seu transgressor extiterit premissorum in se senciat diuine acrimoniam vlcionis et cum choro dathen (sic) et abyren (sic) recipiat porcionem Dei omnipotentis ( ) omniumque sanctorum suffragiis destitutus.

Et ad maiorem quoque cautelam, fidei certitudinem omnium premissorum presentes concessimus nostrorum sigillorum etc.

Observacio pacis.

E. Dei gracia vniuersis etc.

Cum pacis alumpna nutrixque tranquillitatis concordia inter karum nostrum consanguineum et affinem dominum *L.* illustrem *regem vngarie* et *nos* interueniet vtrinque perpetuo conseruanda districte uobis precipiendo mandamus quatenus sicut graciam nostram diligitis

in metis vngarie nulla spolia, nulla dampna et de uniuerso n pax turbari ualeat committatis. Intendimus enim totis eam uiribus obseruare.

De eodem.

Cum concordia inter dominum *L.* et inclitum *regem Vngarie* atque *nos* perpetuis vtrinque seruanda temporibus sit tam sincere tamque firmiter stabilita ut que dudum guerrarum condito nubilo pax latebat uelut mediis exuta tenebris claustris solite discordie ea secure se facere ualeat manifestam, Mandamus tibi quatenus per omnia fora prouincie facias publice proclamari quod nullus de cetero ire quocumque uoluerit reformidet reddantur suis tectis et agris singuli absentet se timor quilibet et ad propria procurandum commoda exeant uniuersi deinceps nec non oportebit ignes prospectare fumigugeros, nec sollicite cautele spectacula incerta suspectaque pericula denitare.

Executorie.

E. Dei gracia vniuersis etc. notum facimus fidelitati uestre quod nos confisi de prudencia et legalitate fidelis nostri de cuius fide et sufficiencia laudabile testimonium serenitas nostra recepit, aduocacionis officium in terris nostris eidem duximus concedendum ut illud ad honorem et fidelitatem nostram debeat fideliter exercere qua propter fidelitati vestre mandamus quatenus postquam nobis ( ) constitutis per litteras iusticiarii regionis ipsum fidelitatis et officii nobis prestitisse debitum iuramentum de omnibus que ad officium pertinere noscuntur intendatis et pareatis eidem tanquam aduocato in terris ipsis per nostram excellenciam constituto.

De eodem. (Executorie.)

Cum post sedatis iam fluctus bellice tempestatis que hactenus a uia contraria cultum pacis et fructum iusticie peruerterat precipua nos cura sollicitat qualiter circa bonum statum regionis ipsius sub vmbra nostri dominii tranquillitatis et plene securitatis profectura succedant ecce fidelem nostrum familiarem et fidelem de cuius prudencia et legalitate confidimus in capitaneum ipsarum parcium duximus statuendum in quo casu nobis precipimus mandamus quatenus de omnibus singulis que ad ipsius capitanei dati et iusticiaritatus officium spectare noscuntur eidem de cetero ad honorem et fidelitatem nostram deuote parere et intendere studeatis tanquam capitaneo et iusticiario ipsarum parcium per nostram excellenciam ordinando.

De eodem. (Executorie.)

Notum facimus fidelitati vestre quod confisi de prudencia. *A.* conciuis vestri de cuius fide et sufficiencia laudabile testimonium per nostras litteras recepimus recepto ab eo in curia iuxta nostram consuetudinem fidelitatis et officii debito iuramento, ipsum iudicem vestrum per totam prouinciam duximus statuendum fidelitati uestre mandantes quatenus eidem fideli nostro in omnibus que ad ipsius iusticiatus officium spectare uoscuntur ad honorem et fidelitatem nostram de cetero intendatis tanquam iudici per nostram excllenciam ordinato.

De eodem. (Executorie.)

Notum facimus fidelitati vestre quod. *F.* fidelis noster ad curiam nostram accedens examinatus inuentus fidelis et degenere fidelium ortus et sui sufficiens ad artem medicine exercende extitit per nostram curiam approbatus, propter quod ( ) de ipsius prudencia et legalitate confisi, recepto ab eo in curia nostra fidelitatis iuramento de arte ipsa fideliter exercenda iuxta consuetudinem dedimus ei licenciam exercendi artem medicine a partibus ipsis ut ammodo artem ipsam ad honorem et fidelitatem nostram et saltem eorum qui indigent fideliter debeat exercere quo circa uobis firmiter precipiendo mandamus quatenus nullus sit qui dictum fidelem nostrum super arte ipsa medicine in terris ipsis, ut dictum est fideliter exercenda impediat de cetero uel perturbet.

De eodem. (Executorie.)

Cum suis exigentibus meritis dilectos fideles nostros exibitores seu latores presencium a cuiuslibet exsolucione theolonii perpetuo duximus eximendos. mandamus uobis quatenus ab eisdem ciuibus cum rebus et mercimoniis suis transeuntibus nihil penitus racione theolonii exigatis sed permittatis eos transire libere et quiete.

Datum. et.

Libertas.

Cupientes sic regnare in subditis ut quos sinistri casus fortuna nouercante dampnorum in commodis occuparunt ipsos compassione anime misericorditer subleuemus, ciues nostros in tali loco quos in festo. . proxime preterito ignis dumpnosa vorago exinopinate rei euentu in edificiis suis et rebus aliisque est dampnabiliter demolita de censu, steura et exactione qualibet a festo sancti Georgii proxime preterito ad duorum annorum spacium, continue numerandorum de regia clemencia eximimus et liberos reddimus et immunes uolentes ut nullus pro eisdem censu, steura, exactionibus quibuslibet ipsos infra duorum spacium annorum debeat in aliquo. aggrauare In cuius etc.

De eodem. (Libertas.)

Nouerint vniuersi quod nos. . ut cines nostri de. . qui multis anxietatibus per guerras in Morauia, diabolo instygante exortas et eodem procurante ( ) educatus (sic) annis pluribus sint oppressi, nostre subuencionis ope possint melius ac facilius releuari, eisdem cinibus vniuersaliter et singulariter plenam, per duorum annorum spacium a data numeratorum presencium concedimus libertatem; reddentes eos ab exactione steure collectione et a solucione theolonii liberos et immunes.

De eodem. (Libertas.)

C. et W. etc. Quod nos hiis quos infortunii depressit calamitas compacientes generosa clemencia suadente vniuersos et singulos ciues de. . qui per demollientis ignis euentum, suarum rerum passi sunt dispendium et iacturam a festo. . profuturo usque per

duorum annorum spacium continuatis numerandorum temporibus eximimus et absoluimus ab omni exsolucione census et Steure ex certa nostra sciencia et de gracia speciale uolentes ut nullus ab eisdem infra dictum temporis spacium uel steuram recipere audeat maiestatis nostre nomine uel alterius cuiuscumque, sed permittat eos pacifice et quiete.

Datum etc.

Restitucio gracie et assecuracionis et recepcio in Capellanum uel famulum.

Nos. W. dei gracia rex *Bohemie et Polonie*, notum facimus vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit, quod..et..qui ad nostre cultum fidei redierunt omnes reatus et offensas quas et quos contra nos a tempore quo pater noster dominus. *O.* inclitus *rex Bohemie* ab hac luce migrans spiritum tradidit requiei usque ad hec tempora peregerunt pure ignoscimus de nostre clemencie lenitate et restitutis nostre gracie et fauori, tenore presencium promittimus quod reatus contra nos commissos nunquam ad animum et memoriam reuocemus et.

Datum etc.

De eodem. (Restitucio gracie.)

Nos. *W.* etc. viris nobilibus et..gracie nostre damus plenitudinem ex affectu ac omni fraude et dolo procul positis, vniuersis eis excessus, culpas et offensas quibus contra patrem nostrum dominum. *O.* excellentissimum, quon- ( ) dam *regem Bohemie*, siue contra nos, siue contra terram quocumque modo uel facto excesserint, de corde puro misericorditer et stabiliter indulgemus.

Consessiones ex gracia.

V. dei gracia etc.

Cupientes digne facere ac honeste seruicia dilecti notarii nostri..que continue nobis prestat et perhibet prouenta quodammodo secutura, sibi notariam collecte per prouinciam concessimus quamdiu uixerit gerendam et possidendam pacifice et quiete et quod ipsis pertinencia et nostre camere opertura damus sibi statuendi uisarium quemcumque uoluerit quandocumque collecta uel steura colligitur plenam et liberam facultatem contradictione qualibet non obstante; mandantes tenore presentis priuilegii collectoribus steure in eadem prouincia quicumque pro tempore fuerint quod uicarium dicti quemcumque ipsis presentauerit honeste recipient et pertractent et vna eum ipso steuram fideliter colligant prout cum aliis notariis fieri consueuit.

Nullus ergo fidelium nostrorum presens mandatum infringere uel uiolare presumat. Si quis autem, in tantam temeritatis audaciam prorumperit ut contra predicta uel predictorum aliquid facere uel contraire presumpserit, non solum gracia nostra se priuatum nouerit sed tanquam uoluntatis nostre temerarium contemptorem et ipsum pena debita puniemus.

Datum etc.

Vendiciones bonorum.

Nos V. dei gracia etc.

Notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris quod nos tercium denarium de duobus denariis prouenientibus nobis ex uendicione iu- ( ) dicii in tali loco ven-

didimus. *H.* pro .C.marcis ab ipso iure hereditario possidendum; uolentes ut idem. *H.* et heredes sui dictum denarium exigant et recipiant pacifice et quiete.

De eodem. (Vendiciones bonorum.)

Nos W. etc.

Notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris quod Nos . . et . . vendidimus. 4^{or} laneos in uilla. pro . . marcis puri argenti possidendos sub eisdem censu et iuribus et condicionibus sub quibus alii lanei quilibet ab aliis hominibus possidentur.

In cuius uendicionis etc.

De eodem. (Vendiciones bonorum.)

Nos. W. dei gracia etc.

Notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris quod omnia bona que olim habuit *A.* in uilla tali ad manus nostre curie racionabiliter sint deuoluta . . et . . *Fratribus de* . . ac ipsorum heredibus vendidimus pro . . marcis puri argenti possidenda hereditarie iure atque perpetuo cum pratis, pascuis agris cultis et incultis, cum rubetis, aquis aquarumve cursibus et omnibus iuribus attinenciis eorumdem. Promittentes eis veraciter, scripti presentis tenore dicta bona defendere et auctoritate ab omnibus hominibus qui eos, uel eorum heredes impeterent de eisdem et ipsos penitus indempnes reddere ac conseruare taliter quod in ipsis valeant permanere. Preterea per . *H.* dilectum dapiferum nostrum dicta bona fecimus circuiri ut eo melius ipsis bonis sine litigio perfruatur.

Obligatorie.

Nos *Thobias* dictus *de* . . notum facimus omnibus presentes litteras inspecturis quod uiro prouido *ciui pragensi.* C. marcas puri argenti in quibus sibi tenemur ex causa debiti soluere promittimus et promisimus ad VIII° dies post festum sancti . . proximo affuturum. Quod si non fecerimus uolumus et promittimus ut miles noster quicumque ad hoc duxerit deputandum, pragensem ciuitatem intrare debeat, eadem ciuitate nullatenus recessurus, nisi prius antedicto . . ciui . de . C. marcis puri argenti sit plenarie satisfactum, ei si fedus vtriuscumque promissionis nostre non curauerimus uel neglexerimus adimplere, uidelicet quod pecuniam antedictam non soluerimus in termino prelibato, uel militem nostrum non miserimus ad persoluendam eamdem pecuniam, ex tunc nostre fidei ( ) uiolatorem nos existere profitemur.

In cuius rei testimonium etc.

De eodem. (Obligatorie.)

Nos etc. Notum facimus etc. Quod Nos dilectis nostris . . et . . quos pro ordinandis uictualibus misimus, damus et dedimus plenam et liberam facultatem super nos mutuum contrahendi et pro eisdem nos curam obligandi, tenore presencium promittentes quod quidquid iidemcirca ordinacionem et procuracionem uictualium fecerint seu ordinauerint quibus-

cumque personis ratum et firmum habemus et mutuum quodcumque super nos contraxerint exsoluemus et teneri uolumus ad soluendum.

Assecuraciones et littere conductus.

Nos. etc. Notum fieri uolumus vniuersis tenorem presencium inspecturis quod nos illustres principes. karos *consanguineos nostros* dominum. *B.* inclitum *Heuie* et *H.* filium eius inclitum ducem de *Jawere* assecuramus sub nostre regalis fidei puritate et ibidem dictum. *H. et B.* duces cum omnibus suis comitibus ad nos in..uel ad quemcumque locum alium regni nostri venire secure ualeant stare nobiscum et dein in vicinio remiare (sic) ad propria saluis, securis et illesis rebus suis ac suorum omnium comitum pariter et personis, promittentes fide sincera et mente non ficta quod prefati domini duces ac eorum comites vniuersi in ueniendo ad nos, stando nobiscum et ad propria remiando nullum periculum, nullum incommodum per nos ac per nostros homines sustinebunt, nec ipsis per nos, ac per nostros, mali uel dispendii adiri prorsus fiet, sed secure, ut diximus, tam ipsis in personis propriis quam suos comites atque rerum omnibus, super fidem nostram regiam assecuramus et sine aliquo metu uel suspicacionis typo venire et stare poterint et ad propria libere remiare. In cuius etc.

De eodem. (Assecurationes.)

Nos etc. Notum fieri uolumus etc. Quod Nos ( ) *illustrem principem*, dominum ..inclitum *ducem* fideliter assecuramus ut ipsius mens anxia herens uoluntas non formidet dubitans, nec dubitet reformidans ad nos dirigere gressus promittimus uera fide quod idem dominus dux, vna cum omnibus comitibus suis secure ad nos per terras nostras uenire poterit quocumque et quandocumque sibi placuerit, stare nobiscum et ad propria libere remiare saluis et securis rebus suis, suorumque comitum omnium pariter et personis, et quod per nos, uel aliquem ex nostris, nullum sibi, aut suis comitibus uel in personis aut rebus eorum uituperium, dispendium uel incommodum inferetur nullatenus in ueniendo ad nos, stando nobiscum et ad propria remiando; quinimo ut incertitudinis stabilitate ipsius animi fluctuantibus anchora defigatur figatur. dilectum nostrum..sibi missus in occursum qui cum affectibus regni nostri suscipiens sub securitate nostra usque ad nos conducat honorifice sicut decet.

In quarum assecuracionis et promissionis etc.

De eodem. (Assecuraciones.)

E. Dei gracia etc. uiris nobilibus etc. salutem et sincere dilectionis affectum.

Vt fluctuantis de nobis animi vestri vestigia figere possitis incertis tocius suspicacionis ambigua cedat dubietas uobis ueniendi ad nos *Pragam*, standi nobiscum et ad propria libere remiandi, vna cum omnibus uestris comitibus, per terras nostras securitatem plenariam presentibus largimur promittentes sub regia nostra fide, quod uobis ac uestris comitibus, per nos aut nostros nullum in personis ac rebus uestris periculum, uituperium,

dispendium ingruet, irrogabitur siue fiet et quod istud assecuracionis nostre illesum fedus seruabimus nec idem per nos aut personam interpositam faciemus uel procurabimus, modo aliquo, uiolari.

Datum Prage, anno domini etc.

Conductiue littere.

E. Dei gracia etc...uniuersis fidelibus suis per *Bohemiam* constitutis, quibus presens littera fuerit presenta- ( ) ta, graciam suam et omne bonum.

Cupientes vni cuique facere ut est dignum, ecce dilectis nostris *Conrado* et *Petro*, ciuibus de..latoribus presencium, uolentes pro meritis respondere, hanc ipsis graciam duximus faciendam quod ipsos vniuersas quas ducunt merces in nostram protectionem recipimus et conductum fidelitati uestre damus sub obtentu nostre gracie firmiter in mandatis quatenus ipsos ubicumque per dominium nostrum transitum habeant racione pignoris seu in occasione qualicunque alia nulli audiant (sic) detinere aut inferre molestiam aliqualem si indignacionem nostram et uindictam quam exercebamus in rebelles uoluerint euitare.

De eodem. (Conductiue littere.)

F. dei gracia etc. Nuper ad nostram peruenit audienciam quod te quorumdam falsa relacio sic terruerit ut de nostre clemencie benignitate desperans, natalis patrie fines et arua liqueris dulcia, nec solum fugeris patriam, sed parentes. Quare cum erga te nunquam mens nostra leua fuerit, nunquam nostri pectoris aulam contenderit ut de te mali aliquid deberemus cogitare ut reuertas ad propria consulimus et mandamus quum et te scire cupimus quod ex inuidie phrenesisque procedit pharetra sermo qui cogitur de domino desperare dum alterius liuor impaciens eo destituatur habens efficere nititur etiam per ficmenta inuidiam ac ut omnis tollatur de mente tua suspicionis scrupulus securitatem aut plenariam tibi elargimur.

Donaciones ecclesiarum.

G. Dei gracia etc.

Ne ea que futurorum prouisione ordinantur fluxu temporis euanescant necessarium est ea perpetuitatem sortiri ne sic transeant in effectu, Nouerint igitur tam presentes quam posteri quod felicem attendentes communicacionem temporalium in eterna de bonis temporalibus que deus nobis contulit hic in terris et eternum nobis ( ) fructum producere decreuimus in celis spe illius retributoris qui promittit celestia pro terrenis ius patronatus quod nobis in..ecclesia a nostris genitoribus hereditarie successionis debito competebat tam pro nobis quam pro omnibus nostris heredibus, presentibus et futuris monasterio super altare manu nostra contulimus acto et scriptura propter dominum renunciantes eidem in integrum, ita quod abbas et conuentus eiusdem loci de cetero ius habeant in perpetuum presentandi personam ydoneam ad titulum parrochye memorate.

Ut autem predicta habeant robur perpetue firmitatis presentem litteram predicto monasterio tradimus sigillorum nostrorum munimine communitam.

Testes etc. Actum etc.

Incipiunt protestaciones super diuersis casibus.

H. Dei gracia etc. Vnumquodque etc. venientes ad nostram presenciam ciues de.. proposuerunt coram nobis tam ex parte iudicis iuratorum et vniuersitatis ciuibus in..quam ex parte commendatoris de..quod ex eo quia in vna eadem feria celebrabatur forum in eadem ciuitate et in..invtilitas dictorum locorum inhabitatoribus emergebat, eum vtrobique minus plena vendenda et emenda necessaria deferentur. Quapropter pecierunt a nobis ut eorum vtilitatibus, ut tenemur benignis intendentes dies forenses transferrentur in terciam feriam et qualibet tercia feria celebraretur forum in..sicut qualibet feria secunda celebrari consueuerat admittere debere.

Nos autem peticionibus ipsorum fauorabilem prestantes assensum admittimus tenore presentis priuilegii firmiter statuentes quod ibi forum feria.III^{a} celebraretur deinceps et debeat celebrari sub ea forma et iuribus quibus secunda feria forum consuetum fuerat hactenus celebratum.

Mandantes vniuersis et singulis fo- ( ) ra frequentare solemnitatibus tam presentibus quam futuris Ergo de cetero secunda feria in..ad faciendum forum non veniant, sed feria tercia ad emendum illuc et vendendum debeant proficisci.

Rati habicio

Nos. *W.* etc. tenore presencium profitemur quod licet opera pietatis non immerito abprobemus illa tamen precipue que persone nobis carissime statuerunt circa tales personas quarum hic deposcunt mera sinceritas atque fides in sua durabilitate persistere cupimus et uigore. Cum itaque dicta *Margarita* quondam inclita regina *Bohemie*, bone memorie 4^{or} uillas de libera contulerit uoluntate.*P.* et *C.* ob eorum fidelitatis merita et seruicia retroacta nos eamdem collocacionem ratam et gratam habere uolentes ipsam, auctoritate regia confirmamus.

In cuius confirmacionis nostre testimonium presentes mandamus sigillari litteras cum annotacione testium qui sunt etc.

Littere assecuracionis.

Nouerint vuinersi, cognicionem presentium potituri quod nos.*V.* dei gracia etc. venerabilem in Christo dominum patrem *Paulum*..episcopum amicum nostrum carissimum ad nostram procedentem presenciam cum comitiua sua totali reddentes securos in personis et rebus ipsorum omnibus a nobis et nostris omnibus veniendi ad nos et moram trahendi pro suo libito circa nos et redeundi a propria quando expedire uidebitur et sibi placebit saluis sua et suorum personis ac rebus, sub eadem assecuracione et conductu nostro plenam concedimus facultatem, presencium testimonio litterarum; petentes affectuose predictum

dominum episcopum instanter ut homines nostrarum terrarum *Cracouie* et *Suadome* et nunctios ducis sub prefati securitate conductus nostri per manum suam ( ) dignetur adducere ad nostram presenciam et conspectum securitate plena eis aperte nostra uice nostri promissis.

In cuius assecuracionis et conductus nostri testimonio sibi mandamus dari presens scriptum nostrorum sigillorum appensione munitum.

Ad Item. (Littere Assecuracionis.)

Nos Dei gracia etc.

Notum facimus vniuersis presentis scripti seriem cognituris quod nos barones et nobiles nostrarum terrarum *Cracouie* et *Suadonie* ad nostram procedentes presenciam a nobis et nostris omnibus assecuramus et totam ipsorum cum rebus comitiuam concedentes eis sub predicta a nobis et nostris omnibus securitate et ducatu nostro attendendi nostram presenciam, standi, moram faciendi circa nos et redeundi ad propria cum salute personarum et rerum suarum plenam et liberam facultatem.

In cuius nostre assecuracionis et conductus nostri testimonium dictis baronibus et nobilibus dari mandamus presens scriptum, sigillorum nostrorum munimine communitum.

Datum etc.

Exempciones et libertates et gracie diuerse.

Est consentaneum racioni ut hii quos interdum in legitimis actibus defectus natalium impedit honore per principem reperitur• si quando ab hiis imperialis fauor fidelium suorum supplicacione requiritur eis liberaliter largiatur Sciendum est quod cum *Mar. Th.* clericus fidelis noster per legitimorum.*P.* et.filiorum suorum quando ipse dudum in sacris ordinibus constitutus ex.*B.* de eadem terra muliere soluta se asserit genuisse Maiestati nostre humiliter supplicauit Nos subplicacionibus suis benignis inclinati predictos et..de plenitudine potestatis nostre et ex certa nostra sciencia eos compositos esse scientes legitimauimus et ad omnia iura restituimus ut tanquam legitimi et de legitimo thoro in bonis maternis et paternis que feodalia non existunt ( ) succedunt et ad omnes actus publicos et ciuiles honores si se causis ingesserint admittantur et in omnibus aliis suam libere prosequi ualeant obiectionem, prius illicito in posterum quiescente; Et ea precipue que legitimari spurios certa nostra sciencia permittit, ita tamen quod uicesimam partem prouencium (sic) omnium bonorum que legitimacionis beneficio ad eosdem peruenerint singulis annis curie nostre reddant in recognicionem gracie qua eis super hoc duximus indulgende ad huius auc. etc.

Instrumentum uendicionis domus.

In nomine domini Amen.

Anno ab incarnacione etc. eiusdem m^{o} CCC^{o} VI° tercio ydus februarii, *ego iudex* presenti scripti serie declaro (?) quod in presencia mea et . . dicte ciuitatis notarius et testium subscriptorum ad hoc specialiter uocatorum et rogatoram uidelicet . . et . . aliorum

quam plurimorum ciuium dicte ciuitatis dominus . *B.* dictus, uendidit et dedit et tradidit iure proprietario in perpetuum . *O.* pro se et suis heredibus, ementi et recipienti vnam domum muratam sitam in parrochia sancte Marie ad conmutandum, (?) tenendum, possidendum et faciendum de eadem quidquid sibi et suis heredibus facere placuerit, cum omnibus et singulis edificiis que infra se dicta domus dinoscitur continere atque cum omnibus pertinenciis et iuribus suis quocumque nomine censeantur.

Hec omnia ego prefate ciuitatis publicus notarius rogatus a dicto domino. *B.* manu propria in ipsa ciuitate scripsi et ad maiorem cautelam sigillo ipsius ciuitatis de mandato prefati ipsius iudicis et consulum seu iuratorum ciuitatis eiusdem hanc paginam sigillaui.

Testamenta.

Cum cuiuslibet in extremis positi circa rerum suarum disposicionem libera debeat esse ( ) uoluntas ego, *A.* in presentis uite termino constitutus circa substanciam meam mobilem et immobilem testamentum meum sic disposui tali filio hoc legans istud uotali.

Huius testamenti mei ordinati testes sunt. *B.* etc. qui dum testamentum ordinaretur aderant et ad excludendum omnium uacillacionem presentem paginam sigillorum nostrorum caractere firmauerunt. Anno domini etc.

Ad idem.

Cum uarii rerum euentus et inopinati multociens circa propositum hominum soleant euenire, nec qui hodie uiuit incolumis cras se sanum poterit affirmare ego in terram longinquam proficiscens testamentum meum de omnibus sic disposui videlicet tali filio delegaui tali uero etc.

(Ad idem) (Testamentum).

Nos. O..dei gracia etc.

Constare uolumus vniuersis noticiam presencium habituris quod considerantes quod vnicuique reddi debeat quod suum est uel in continencie nostre seriosis ordinacionibus relinquimus nihil quod eis quibuscumque empcionis uel permutacionis tytulo tenemus plenius satisfaciat habentes peregrinacionis versus protoxam animum studiosum et aduertentes quod peregrinantibus sint exitus dubii et euentus in hoc itinere quid aggredimur sub fiducia domini ordinamus et legamus testimonio huius scripti ut venerabilis dominus pater *W*^{us} episcopus *noster consanguineus* et *amicus* cui terras nostras commisimus uel is qui nobis in regimine terrarum nostrarum successerit ad solucionem et recompensacionem debitorum huius teneamur. Quare uolumus ut abbati et conuentui de possessionibus que nunc nostre procuracioni deputamus . C . marcas argenti plenius persoluantur.

Restituciones. Restauraciones.

V. dei gracia. etc.

Inter singula pietatis opera quibus uiri misericordis benignitas declaratur illud laudis preconium optinet pocioris, cum defunctis suffragia et illis subueniendo procuratur. ( ) cum egena infirmitas et infirma molestat egestas.

Cupientes. *N.* animam olim karissime matris nostre domine *Th.* inclite *regine Bohemie*, felicis memorie prouidere piis suffragiis et pauperum moribus et inopie subuencionis remedia procurare hospitali cruciferorum de domo teutonia in . . in concambium molendinorum que quondam eiusdem hospitalis fuerunt sub muris eiusdem ciuitatis sitorum, molendina nostra sub eodem hospitali quia in directum locata dedimus sub huius condicionis tenore de certa nostra sciencia ut pauperes infirmos qui vnde sustententur non habent pie pascant et foueant et ad hoc duodecim pauperes nutriant, et vestiant semper pro anima dicte matris nostre cuius aniuersarium semper honorifice debent celebrare, presenti concambio si predicta omnia decenter et fideliter non exsequuntur minime ualituro.

Commutatio.

In nomine domini amen.

Nos *commendator* frater . . totusque conuentus vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit, uolumus esse notum quod nos condicionem domus nostre predicte, ac nostram cupientes facere meliorem, deliberacione prouida et sollempni tractatu prehabitis, villam nostram que propter nimiam distanciam ualoris sui respectu minus utilis nobis est, uiro prouido et suis heredibus *pro uilla* quam multis temporibus iure proprietatis et hereditarie possidebant, de consensu et licencia *illustris principis domini*. . vnanimi voluntate ex certa nostra sciencia, pro nobis et successoribus nostris, uice et nomine domus nostre predicte *conmutauimus* et conmutando in concambium dedimus, tradidimus per predictos et suos heredes perpetuo possidendam, omne ius dominii et proprictatis qua (sic) domui nostre ac nobis in predicta uilla competebat in predictos et suos heredes transferentes. Predicti quoque, pro se et suis heredibus, *uillam predictam*. . uice uersa, pro uilla predicta bonis suis in. . con- ( ) sentanea voluntate, *in concambium dedit* (sic) et tradidit (sic) a domo nostra prefata a nobis ac nostris successoribus iure et nomine domus eiusdem iure proprietatis perpetuo possidendam, et quia uille predicte ualor ultra ualorem uille prefate uisus est se extendisse idem valor uix taxacionem uirorum plurimorum fide dignorum superaddidit domui nostre ac nobis. C. marcas argenti in uicissitudinariam recompensam, quas plene numeratas et bene ponderatas nos frater predictus recepisse recognoscimus in hiis scriptis, obligantes nos pro nobis et nostris successoribus, uice et nomine domus predicte et suis heredibus, auersa fide sine omni accepcione (sic) iuris uel facti proposita. Firmiter promittentes eisdem super conmutacione seu concambio huius modi litem ipsis seu controuersiam ullo nunquam tempore nec inferre, nec inferri consentire, sed ipsam conmutacionem ratam semper et inuiolabilem obseruare ad ipsam prefatis et suis heredibus ab omni homine iuxta terre consuetudinem auctoritate defensare, ac legitime disgerare. Renunciantes tenore presencium omni actioni et iuris auxilio, per quam et per quid per nos, aut aliquem alium, uel alios predicta conmutacio, siue concambium, posset aliquo modo reuocari.

In cuius. etc.

Recepcio alicuius in plebanum.

V. dei gracia.

Placida nobis tue probitatis industria serenitati conmendabilem *te* reddunt, et deuo-

cionis zelus quam erga nostram geris excellenciam, *te* sic gratum in maiestatis nostre conspectu statuit reputauimus de speciali fauoris munere fore dignum qua propter *te in capellanum nostrum recepimus*, uolentes ut de cetero in ipsorum capellanorum nostrorum numero censearis, ipsorumque habearis in collegio. Harum testimonio litterarum.

Donaciones reddituum.

Nos etc.

Tenore presencium profitemur quod cupientes ciuitatem nostram replere ( ) fecundia vtilium personarum *Henrico* gladiatori, vtili et artificioso magistro, qui transtulit se *Pragam* ad habitandum in ipsa, ut eo melius ibidem moretur et morari perfectius delectetur concessimus. X. marcas in moneta nostra *Prage*, sibi et suis heredibus, anno quolibet, in festo iacobi, persoluendas. Mandantes magistris monete quicumque pro tempore fuerint, firmiter et precise quatenus dicto gladiatori. X. marcas argenti, non in denariis sed in argento, in prefato festo beati iacobi soluere debeant, anno quolibet, occasione atque tarditate quibuslibet procul moris.

De eodem. (Donaciones reddituum.)

Nos etc.

Honorabili uiro dilecto capellano et consiliario, Domino. *B.* venerabili *decano*, qui multiplicibus et gratis obsequiis que olim domino patri nostro, felicis memorie necessitatis exhibuit tempore et nobis prestat ad presens, suorumque morum ad discipline intuitum non tantum fauorem nostrum meruit sed largicionis graciam liberalis, uillam nostram stantem iuxta cum omnibus iuribus et attinenciis suis concessimus tamdin libere ac pacifice possidendam, donec sibi de beneficio prouiderimus quodcumque in *Bohemia* sine *Morauia* sibi esset utile atque decens.

Tenore presencium vniuersis et singulis fidelibus nostris cuiuscumque condicionis fuerint precise mandantes quatenus dictum decanum in dicta uilla et iuribus et attinenciis eiusdem nullatenus impediant sed pacifice ipsum eis uti permittant sicut (sic) indignacionem nostram grauissimam cupiuerint euitare.

Exempcio a processu ad expedicionem.

C. Dei gratia etc.

Vniuersis fidelibus suis graciam et omne bonum. Equitatis imitanda lenitas et exigencia necessitatis inducit ut his qui debiles et inhabiles ( ) ad tumultus bellicos serie redduntur inermi ab expedicionum tedio beniguitate bona regia liberentur ea propter *tu* discretus fidelis nostri senectutis desidia, lassitudine maceratus ineptus reddatur ad exercitum, pugnantes actus qui solo iuuenili feruore letantur gaudentque animo se virilitatis brachiis exercere cum tanquam senem emeritum et antiquitatis longeua confectum etate omnium expedicionum nostrarum in genere quarumcumque et per quamcumque terram nos ipsas instaurare contigerit, libertatem quam ad personam suam pertinet tenore presencium

reddimus et immunem dummodo nobis suos transmittat homines ad expedicionem quamlibet in posterum faciemus.

Vniuersis officialibus nostris sub optento nostre gracie dantes expressa in mandatis ne prefatum expedicioni nostre compellant ullatenus propria in persona sed permittant eum dare quieti operam que seculi etate apta impetunt nil adeo magis exigant quam ocio indulgere.

Renuntiaciones; Ratificaciones et confirmaciones.

Opere precium fore dinoscimus tam ad extollendam nostri nominis gloriam quam partes iusticie fideliter adimplendum ut anime quondam *genitoris nostri. O.* incliti domini olim *regis Bohemie* felicis memorie, per quam dei preuia uoluntate uite presentis exordia sumpsimus et terrarum ac principatuum quorum dicioni presumus heres et dominus instituimur prouideamus liberaliter et ei peccatorum et forsan degrauare ponderibus quibus fragilis mortalium condicio pollui consueuit reuelaminis pii suffragio succurramus.

Per presens igitur priuilegium noscat tam presens etas quam successiua posteritas futurorum quod nos pro remedio anime genitoris nostri prefati ratam habemus atque confirmamus donacionem ecclesie ( ) in..villa et alteram in..et rerum ac iurium ad easdem pertinencium quam olim dominus rex..auus noster fecit hospitali cruciferum (sic) stelliferorum *sancti Francisci ad pedem pontis pragensis* et insuper de nouo damus atque concedimus eidem hospitali fratribus existentibus ibidem, tam presentibus quam futuris prefatas ecclesias racionabiliter spectantibus ius patronatus quod habuimus in ecclesiis antedictis. Transferentes ex nunc ex certa sciencia nostra et gracia spirituali (sic) omne ius et omnem potestatem quam habuimus et habere potuimus in prefatis ecclesiis et rebus et iuribus quibuslibet pertinentibus ad easdem in domum dicti hospitalis et dictos fratres presentarios quam futuris, uolentes quod ipsi efficiantur dictarum ecclesiarum et iurium ad ipsas pertinencium ueri domini sicut fuimus uel esse potuimus, qualibet racione se mota, nec non et quod ipsi possideant et teneant dictas ecclesias cum vniuersis et singulis bonis et iuribus ad ipsas pertinentibus dicto hospitali et fratribus quicumque ibidem pro tempore fuerint duximus concedendas. Nolimus penitus quod ab aliquo dictum hospitale uel fratres in eodem commorantes, super dictis ecclesiis atque bonis et iuribus earumdem inquietantur uel aliquatenus molestantur.

De eodem. (Renuntiaciones; Ratificaciones et Confirmaciones.)

Nos W^er.

Quod nos concessionem ille ciui..per olim dominum. *O.* inclitum regem *Bohemie* factam ab ipso hereditarie possidere gratam et ratam habemus et habere uolumus pleno robore firmitatis, ac insuper propter grata et utilia seruicia que possessor ipsius ille.. nobis fecit, facereque poterit in futurum vnum fertonem de laneo quolibet ipsius hereditatis qui in ipsa tota hereditate mensuratus fuerit, liberaliter duximus remittendum.

De eodem. (Renuntiaciones; Ratificaciones; Confirmaciones.)

Nos, Dei gracia etc.

Tenore presentis priuilegii notum fieri uolumus ( ) vniuersis tam presentibus quam futuris quod uolentes disponere taliter actus nostros et sic uiuere et regnare ut si adeo monasterium per abstraccionem bonorum ipsius aggrauamus eadem bona uel equipollencia impendamus. Idcirco curie nostre attaxamus eidem bona nostra in tali loco sita cum omnibus attinenciis eorumdem qui fuerunt, in concambium duximus presentibus restituenda ex certa nostra sciencia maiestatis ita tamen etc.

De eodem.

Regalis celsitudinis decora benignitas et opus in principe gloriosum est ut vniuersa et singula sue dicioni subiecta felici regimine gubernentur quod quidem tunc potissime intelligitur effici cum equitate preuia et clemencia suadente sic alienis utitur excellencia principis ut per ipsam recompensacionis libertatem quidquit assumpserit refundatur sic bona subditorum recipit et iuste conmutationis tytulo eis equipollenciam restituat et restauret ut dum ei sub sceptro sue maiestatis viuatur suaue iugum uideatur domini, fides et deuocio in subditis augeatur.

Instrumentum donacionis propter nupcias.

Nos. *O.* Dei gracia.

Istius tenore pagine notum fieri cupimus vniuersis tam presentibus quam futuris. quod dum nubilis etas.. filie nostre sollicitudinis paterne stimulo insompnes urgeret pectoris nostri curas, et omnes prouincias dignum quem suis iunxerimus thalamis exquirentes curiosius electo percurrere in filio tandem magnifici principis domini ducis *Al.* illustris ducis de *Brunsuig* residens conquieuit, et idcirco eamdem filiam nostram. *H.* filio prefati ducis tradidimus in uxorem et sibi pro se et suis heredibus recipienti dedimus atque tradidimus in dotem et nomine dotis prefate filie eidem matrimonialiter copula- ( ) te mille marcas auri puri. Dictus uero dux filie nostre pretaxate castrum cum omnibus iuribus ad ipsum spectantibus in dotem sine donacionem assignabat propter nupcias sub condicionibus infra scriptis.

Rati habitio.

Nos etc.

Tenore presencium profitemur quid honestum reputamus et utile si ecclesiarum commoditatibus prouidentes ipsarum iura procuramus augeri nec minui et que quodammodo variis et ex casibus difficiles ab ipsorum rectoribus percipi potuerint et alium statum reducere studeamus per quem utilius et facilius ualeant optinere. Nouerint igitur tam presentis etatis homines quam future quod nos commoditatibus ecclesie prouidere de nostre maiestatis liberalitate liberaliter cupientes decimas de quibusdam uillis et aliis bonis nostris in censu et annona et aliis pertinenciis eidem ecclesie confirmamus. uolentes ut dicta decima ad dictam

ecclesiam pertinere debeat sine grauamine omnium illorum qui nostram graciam diligunt et fauorem.

Concessio libertatis gradientibus ad foro annualia.

V. dei gracia, etc.

Primatis et principis res suas augmtes prudenter consulit et consulte generalibus reipublice prouectibus et commodis prouidet circumspecti sagax experignia prouisoris ita ut primatorum (sic) intuitu commune bonum non negligat et certa communia saxietus prouidet disponat et ordinet res priuatas. nouerint igitur presentes et posterum vniuersi quid ad commune bonum et publicum venturorum vicinorum commodum specialemque ciuitatis profectum consideracionis nostre conuertentes aspectum deliberacione matura nundinas sine forum annuale in predicta ciuitate decreuimus statuendum et statuimus potestate nostra regia annis singulis duraturum uolentes et ordinantes ( ) stabiliter et constanter a die S^ti. Galli capiens. idem forum continuo quatuordecim dierum spacio sine tractu stare et durare debeat annuatim aut ad querendum et frequentandum nundinas sine forum annuale prefatum mercatorum hospitum singulorum affecciones et desideria efficacius conuertantur omnibus et singulis predictas nundinas sine forum annuale mercandi causa sine prètextu anncedentibus talem concedimus graciam libertatis ut. VIII°. dierum spacio predictum diem sancti Galli tractu dierum quatuordecim continuo mercatores et hospites vniuersi in accessu ciuitatis predicte quoad merces et personas ipsorum ab omni exactione et tributo theolonos sint liberi et immunes. Nullus ergo omnino nobilium. ciuium officialium dominorum uel prefectornm predicti theolonii seu aliorum quorumlibet ausu temerario presumat uiolare uel infringere hanc nostre graciam libertatis predicte ciuitati et mercatoribus vniuersis indultam prout rerum suarum dispendium et indignacionis regie ingratitudinem diligant euitare.

In cuius confirmacionis robur perpetuo valiturum presens priuilegium dicte ciuitati dari mandamus sigillorum nostrorum munimine roboratum.

Procuratoria.

Nos, diuina miseracione *Prepositus pragensis* dyochesis notum facimus vniuersis tenorem presencium habituris quod nos uirum prouidum et discretum *Martinum* licet absentem, mandatum tamen sponte suscipientem fecimus, ordinauimus et constituimus nostrum uerum et legitimum procuratorem in curia romana ad impetrandas litteras simplices et legendas graciam et iusticiam continentes et iudicem seu iudices elegendum. concordandum et contradicendum et alia faciendum que procurator audiencie communis ( ) facere potest et debet in premissis et quolibet promissorum ratum et firmum habentes quidquit per dominum procuratorem fuerit ordinatum,

In cuius etc.

Datum etc. anno domini etc.

De eodem.

In nomine domini etc.

Anno eiusdem incarnacionis etc. IIII° ydus februarii *ego presbiter* etc. facio, con-

stituo et ordino *discretum uirum* magistrum presentem et mandatum sponte et suscipientem, meum verum et legitimum procuratorem ad impetrandum litteras etc. ut supra stantes eidem procuratori plenam et liberam potestatem substituendi alium uel alios procuratores et ipsum uel ipsos reuocandi quociens sibi uidebitur oportunum, et ad omnia et singula que per verum et legitimum procuratorem fieri possunt et que in propria persona possem facere si presens essem. Promittens me ratum et firmum habiturum quidquit per predictum procuratorem, uel substitutum, aut substitutos ab ipso in premissis et quolibet premissorum fuerit acceptatum.

In cuius rei testimonium presens procuratorium procuraui sigillo capituli premuniri. Datum etc.

Princeps apud consiliares romanorum quedam noua sciscitatur.

Fama testante presumisse a pluribus quod domini nostri *regis romanorum* transsitus in multo exercitus sui robore a partes attingatur *Turingie* vbi nobiles terre ad sua proponit inuitare obsequia regnum *Bohemie* hostilibus incursibus agressurus ut igitur suam presenciam quam expectamus desiderabiliter ea qua decet honoris intueri reuerenciam uestre industrie preeminenciam deprecamur quatenus huius processus cognicionem, que nostrum animum ex multis coniecturis reddit ambiguum insinuacione certa uestrarum litterarum sine quolibet interuallo temporis uelitis nostrarum precum intuitu apperire.

Aliter.

Incumbente nostris terrigenis meticulositatis turbine ex transitu domini nostri *regis romanorum* qui processum sui copiosi exercitus ad partes *Turingie* diriget, ut multorum testatur eloquium prudencie uestre exuberanciam petimus diligencia qua possumus ampliori quatenus hesitantem super hiis nostrum animum extensione uestrarum litterarum ad portam certitudinis perducatis.

Requirit princeps a principe cuius partem inter discordantes fouere velit.

Affinitatis littera qua spiritali confibulamur inuicem nexu amicicie nos ammonet ut intencionis uestre propositum nostre pandatur noticie de cuiusdam negocii tractabimus qui (sic) nondum ad multorum noticiam peruenerunt (sic). Sinceritatem denique uestram requirimus, ut nobis uestra magnificencia apperiat ad quam partem flectatur uestri promptitudo auxilii inter turbaciones discencionum quas inter *regem romanorum* et *regem Bohemie* hostis humani generis seminauit.

Aliter.

Ne animus nostri ambiguitatis perseueret fluctibus dominacionem uestram exortamur attente ut nobis exprimatis in hoc uoluntatis uestre finale propositum, utrum *romanorum regi* aut *Bohemie regi* impensionem fauoris et auxiliaris dextre insistatis.

Responsiua.

Deceret nostri honoris titulum si extraneorum principum partem foueremus contra libertates et iura imperij, tum quia iuramento fidelitatis adstringimur ad pariendum reipublice, tum quia sollarium quod a fisco regio accepimus nos compellit uires nostras et potenciam ad imperialis honoris celsitudinem excitare. Hiis itaque consideratis uestre dilectionis intuitu via super requisitis ( ) est uestre noticie patefacta.

Aliter.

Tot et tantis terra nostra oppressa est afflictionibus quod ad mandatum *serenitatis regie* nec ad *Bohemorum regia stipendia* promptitudinem obsequiorum exhibere possumus eligentes potius nostris preesse subditis ad rerum suarum defensionem quam regum aliorum submitti seruiciis ex quorum impensione forte grauibus subiiceretur dispendiis terra nostra.

Lantgrauius iunior certificari volt de quibusdam rumoribus.

Exposuit uestre noticie quorumdam fidelium nostrorum relacio quod archiepiscopus ut a plurimis presumitur, dissensionum turbaciones delectans resumere, castra sua in partibus *Turingie* firmius solido muniri precepit tam castrensium duplicato robore quam et sufficiencium ad spacium vnius anni necessariis expensarum. Cum uero multa confingat fame garrulitas et de premissis habere velimus certitudinem, fidelitati tue mandamus ut huius facti experiatis circumstancias et ueritate cognita. certum nostrum reddas animum fluctuantem in multis assercionibus que multipliciter ad nostram proueniunt nocionem.

Aliter.

Vt super diuersis negociorum tractatibus que fiunt in partibus *Turingie* certi reddamur per tuas litteras uolumus et mandamus testatur. *N.* apud nos multorum relacio quod dominus. *M.* delectamenti causa in dissencionis spiritu suscipiens contra dominum *regem Romanorum* excitare intendit hostiliter uires et animum castris suis habundanti prouisione virorum strenue bellancium ( ) expensarum firmiter conmunitis.

Responsiua.

Ad mandatum uestre magnificencie occulti tractatus seriem sagaciter inuestigant que uestre dominacioni tenore presencium aperitur uestra si quidem non lateat noticiam, quod *dominus Maguntinus* plus dissensionis turbinem quam pacis amplectens commoda sua castra firmissimo cingit robore strenuorum bellatorum largo eis prouiso sollario, suisque castrensibus ignorantibus quem finem attingat in hoc sue propositum uoluntatis.

Aliter.

Licet per diuersas partes respargantur ficmenta multiplicia, tamen pro firmo uestre preclare ingenuitatis teneat credulitas quod castrenses domini maguntini nullum mandatum super castrorum suorum munimine receperunt, nec plus solito muniuntur expensarum necessariis, sed in tranquillitate pacis status persistit *Turingie* quolibet discordie strepitu relegato.

Rex Vngarie palatino regni scribit.

Fiducia nostra hactenus tenuit quod inter *regem Romanorum* auunculum nostrum dilectum et dominum *patrem* nostrum *regem Bohemie* nulla posset oriri materia odium paritura et stacidulum, cum ex longo tractu temporis vnitatem concordie seruauerint dilec-cionem mu- ( ) tuam affinitatis uinculo solidante. Nunc uero mutata temporum con-dicione, per hostem humani generis discordiarum lolio seminato predictus *rex Romanorum* ut veraciter accepimus *regnum impugnat Bohemie* in ipsius regni exterminium ingenti mul-titudine exercitus corrogata. Verum tamen domini ac patris nostri iniurias tanquam proprias reputemus. et si super hoc mouere ui sublimi nomini uestro et honori derogaretur maxime uestram magnificenciam requirimus ob carnalis affectionis qua vnimur uinculum exorantes quatenus predictum regem romanorum a processu cuius enorme est inicium me[u] uestrorum consiliariorum industria reuocetis.

Aliter.

Ammirari cogimur uehementer et non sine ammiracione turbati quod *Rex Roma-norum* nulla occasionis precedente materia omnium beneficiorum que sibi dominus *pater noster Rex Bohemie* gratuite exhibuit immemor, sue potencie uires incessanter corrogat aspirans auide in dispensacionem regni *Bohemie*, quanquam tamen uolente, cogitaciones sui propositi, ut speramus, in nihilum redigentur. Interponere itaque partes uestras uelitis amoris nostri intuitu, ut predictus rex ab incepto desistat proposito, ne demum *patris nostri* iniurie uideantur transitorie, quin pocius uires in potenciam cogamur ad uindictam extendere licet inuiti coadunamus multitudinem romanorum et aliorum (sic) gencium que impugnant pro posse christiane fidei professores.

Responsiua.

Soliti affectus exuberancia que nos inuicem sanguinis naturalis confibulat, non sine alacritate animi uestre excellencie litteras recepimus pleno intellectu quid in eis contineri vidimus colligentes omnem si quidem promptitudinem grato affectui commendare studebimus ( ) ea que celsitudo regia postulauit, uelitis itaque nobis precipere qui promti et parati sumus ad uestra beneplacita quelibet exequenda.

Aliter.

Tam reuerenter, quam alacriter legacionem uestram recepimus eamque nitebamur pro uoluntatis uestre desiderio efficaciter promouere cumque ad hoc quorumdam principum qui nos sinceris prosequuntur affectibus inuocaremus consilium ex eorum informacione colle-gimus quod dominus *Rex Romanorum* sue indignacionis vvltum confirmat aduersus omnes qui dissensionis materiam inter ipsum *regem Bohemorum* exortam nituntur reducere ad con-cordie vnionem. Hiis uero auditis cogebamur sub dissimulacione preterire non sine tur-bacione animi, que ad effectum perduci uestre peticionis formula deposcebat.

Rex Bohemie marchioni noua insinuat.

Innotuit nostro culmini nunciorum nostrorum certa relacio quod *Rex Romanorum* cuius presencia prestolatur in partibus *Turingie* immediate post instans festum Sancti Johannis ad metas regni nostri suos processus diriget in potentatus suo robore cui regis preceptum uirus euomere satagit in subuersione regni nostri suos processus diriget in potentatus sui robore quod iure hereditarie successionis ad nos deuolutum tranquille, deo propicio gubernamus. Considerantes uero quod transitus *eiusdem regis* per terram *fratris uestri* erit ineuitabiliter sinceritatem uestram requirimus et attente rogamus ut nuncios certos uoluntate uestra instructos ad predicti *fratris uestri* destinetis presenciam qui ex parte uestra ipsum moneant et inducant ut exercitur contra regnum nostrum hostiliter processuro in metis terre sue interponat obstaculum per quod difficultatem inueniat transeundi.

Aliter.

( ) Vt *Regis Romanorum* processus optatum finem non possit attingere fratri uestro efficaces uelitis dirigere litteras ipsum ad hoc ob nostri amoris intuitum piis exhortatibus inducentes ut in partibus suis obstructiones uiarum iubeat, quia ut firmiter accepimus *Rex Romanorum* ad precipicium nostrum suos intendit transire terminos priusquam duorum mensium spacium elabatur.

Responsiua.

Ad confirmacionem nostri beneplaciti uos offerre uolentes per fidelium operum execucionem continuam fratri nostro nostras preces pro mandato recipienti diligentissime reconmisimus ut sicut nostri utriusque profectus et honoris perseueranciam diligit, transitum *Regis Romanorum* efficaciter impediat et uiriliter dextraque resistente contra eum suosque fautores et auxiliatores erigat affinitati preferens dilectionis indissolubile uinculum fraternalis.

Aliter.

Cum inter reges et mundi huius principes dissensionum flamina suum uigorem ampliat ficmentorum uarietas patulas hominum aures ingrediens ipsos in coniectura facit multiplici et errare, ex hiis uerbis imitatur Quod *regem Romanorum* firmiter scimus in partibus Reni arduis occupatus negociis, nec ipsum posse ad iniurias uestras inuasionis mucronem extendere cum ad eius instanciam *princeps Almanie* sine largu distribucione sollarii ad impugnacionem *regni vestri* nullatenus flecti possit, vnde que de suis processibus uestre sunt nunciata celsitudini nullam penitus in se continent veritatem.

Rex Bohemorum Marchioni noua insinuat.

Cuiusdam principis ( ) littere quas recipimus vestram non possunt latere noticiam qualiter *Rex Romanorum* sollempnibus missis nunctiis *barones Slauie* ad suum allicit auxilium eorum laboribus recompensaciones promittens largifluas et inuestituras nostrorum principatuum quibus eos insigniri spondet firmiter si regna nostra, quod absit, sue subjiceret

per uictoriam potestati; Cum igitur predicti barones tam affinitatis quam consanguinitatis liga uestre vniantur magnificencie et nobis, uelitis esse in nostra causa utriusque sortis esse participes. Consulimus et attente rogamus quatenus tam prouide quam sollerter predictos *barones ab eiusdem regis* auertatis seruiciis, ipsos flectentes et inuitantes ad nostra beneplacita ut aurem munificencie dextera retribucionis premium recipiant fructuosum.

Aliter.

Timentes euentus uarios quibus humane condicionis fragilitas inuoluitur, sinceritatem uestram duximus exortandam quatenus inter alias cogitaciones que uestrum implicant animi recursum pro impendendo nobis iuuamine habeatis ad omnes et singulos *barones Slauie* quos *Rex Romanorum* per sollempnia ad sua inuitauit obsequia sicut cuiusdam familiaris nostri nostram excellenciam efficaces littere informarunt.

Responsiua.

Quamuis diuersitas fame in multis uestrum sollicitum reddat animum, tamen pro certo uestram scire uolumus excellenciam quod uniuersi *nobiles Slauie* nihil prorsus in uestri honoris machinantes dispendium in utriusque uestrum auxilium attingente toto posse suarum uirium incessanter promissiones ualide scripture testimonio et sigillorum robore conmunire.

Aliter.

( ) Fatemur et ueritas approbat quod contra prommissa nobis facta de impensione auxilii *vniuersitas nobilium Slauie* se submisit totaliter *regis Romanorum* seruiciis concordi et vnanimi uoluntate uerum tamen ne ex isto doloris acerbitatem celsitudo regia concipiat, quia tam ex uicinitate loci quo nobis coniungunt, quam fidelium nostrorum potencia predicti nobiles in suis uiribns assistente nobis diuina potencia contabescente.

Rex Bohemorum scribit suis fidelibus.

Non potest nobis non esse notorium quod in diuersis mundi manifestum est partibus qualiter *Rex Romanorum* intendens dissensionibus contra nos et regna nostra manus aggrauat et ad nostrum precipicium quidquid excogitare postet excogitat ut nos uiribus nostris destituat et ea preter omnem iusticiam sue subiiciat potestati. Dissimulare autem nequaquam uolentes huius iniurias fidelitati uestre mandamus precipientes nostre gracie sub obtentu quod vnusquisque se apparatu belli communiat equis et armis prout sibi rerum facultas suppetit expeditus honorifice et decenter ut ad mandatum et requisicionem nostram promti inueniamini ad defensionem natalis patrie pro cuius iurium et libertatum conseruacione concessum cuilibet est imitari.

Aliter. (Rex Bohemorum scribit suis fidelibus.)

Scimus indubitanter ad uestram peruenisse noticiam quod *regis Romanorum* tyrannis ad nostram aspirans nec respectum habens ad nostra que predecesserunt seruicia *principes*

et fideles imperii aduersus nos et regna nostra excitat ut ea que successionis hereditarie tytulo ad nos pertinet sue dicioni subiiciat et non contentus iuribus propriis manus auidas ad aliena contra imperialis honoris fastigia extendere non veretur, ut autem iusticia quam deo ( ) teste colimus nostram tueatur innocenciam vos omnes et singulos quos fidelitatis natura consolidat excitare decet uires et animos, ad resistendum nostrorum aduersariorum impugnantibus qui libertates nostras et gentis nostrae in seruitudinem redigere moliuntur.

Responsiua.

Ex fidelitatis debito non solum uestris obfecundare tenemur iusionibus verum etiam ydiomatis nostri consonancia exigit et requirit ut fideli execucione mandati uestri obstemus uestris aduersariis qui uiolentis insultibus nituntur nostrorum iura principatuum conculcare apprehendemus. *N.* defensionis arma uiriliter quandocumque celsitudo regalis uestram vniuersitatem humaniter requisitam exigerit.

Aliter. (Responsiua Fidelis cujusd. Regi Bohem.)

Rationis ordo exigeret ut quo excellencie uestre astringimur satisfaceremus fidelitatis debito si non prepediremur promptitudo nostre uoluntatis per ablacionem potencie que nititur nostre beneuolencie contraire. Impugnamur *Arutinorum* perfidia qui in multitudine exercitus nostram terram dissipant nulli parcentes sexui uel etati, sed occisis paruulis et senibus adolescentes abducunt ut eas perpetue subiiciant seruituti.

Rex Romanorum Duci Austrie.

Ex insinuacione quorumdam fidelium nostrorum accepimus quod *quidam ex baronibus Austrie*, fide mutata, per infidiam *Regi Bohemie* promiserunt assistere in persone et honoris cui precipicium occultas insidias construentes, a quorum te alienes consorcio ne in actus deducantur nefarios quos nequiter conceperunt.

Aliter. (Rex Romanorum Duci Austrie.)

Insurrexerunt contra te occultis machinacionibus *quidam nobiles Austrie* pro largo sollario *Regi* promittentes assistere *Bohemorum*, super hiis itaque curam ( ) geras sollicitam ut actus eorum uites consortes quorum noticia (sic) tenet cedula interclusa.

Responsiua.

Antequam regie serenitatis mihi oblate essent littere baronum meorum dolosa conspiracio mee fuit noticie patefacta. Ad exprimendam autem huius conspiracionis formulam condigna reuerencia maiestati regie *strenuum uirum . . de . .* destino per quem plene et lucide exprimere preconcepte fraudis materia et finale malignitatis propositum quo me satagunt dare morti.

Aliter. (Responsiua Ducis Austrie Regi Romanorum.)

Inuentores et auctores perfidie in mei honoris dispendium preconcepte ad domicilia confugerunt *regis Bohemie* qui in metis marchionatus *Morauie* ipsos prefecit quibusdam municionibus ut ex uicinitate loci et congregacione status *Austrie* efficaciores sint ad resistendum et uia eis liberior ad terre introitum prebeatur. Quid uero de castris et municionibus eorum quas muniuerunt satis forti custodia, sit agendum per maiestatem regiam ob regii fauoris affectum deprecor informari verendum est si de obsidionibus castrorum robur nunc debilitauero exercitus quem ex hoc aduersaris concepta audacia, precipites reddantur ad bellicosum impetum faciedum.

Scribit miles militi pro mandato regio perscrutando.

Edictum regie serenitatis ad uos emanasse multorum testatur assercio ut apparatu bellico accingamini ad conterendam ceruicem in derogacionem reipublice proteruiencium quorum caput et auctor est *Rex Bohemie* iura occupans imperii multorumque corda nobilium thesauri sui congerie de dextera labi faciens in synistram porro de uestre uoluntatis proposito in hoc processu informacionem scientes plenariam expediri per uestram petimus industriam quid super hoc conceperitis et que uia in premissis pendulum animum in cognicionem dirigat ueritatis.

Aliter. (Scribit miles militi pro regio mandato perscrutando.)

Super processibus *regis Romanorum* diuersis diuersi mode sencientibus micantem animum uolentes ad portum ueritatis perducere rescribi nobis petimus expresse et lucide an in mandato regio receperitis quod uelitis et debeatis in armis et potentatu uirium progredi ad regii culminis exercitum qui suo uictorioso robore rebellionem *Bohemorum Regis* intendit conminuere. collaque humiliare superborum quod non audiant (sic) amplius ut resurgant.

Responsiua.

Censentes dignum ammiracione non modica quod ea que ( ) roborata sunt per vnanimem multorum principum sentenciam aliena sunt uestre noticie. Strenuitati et industrie uestre principibus aperimus quod absque omni tergiuersitate, fideles imperii, quos uirium destitucio uel annorum non excusat maturitas, profecturi sint cum armatura bellica in exterminium *regni Bohemie* iuxta regie celsitudinis mandatum irreuocabile quod etiam nostras fores non preteriit cum simus in procinctu itineris constituti.

Aliter. (Responsiua militis ad militem pro mandato regio perscrutando.)

Cum videlicet liquide pateat qui per scalprum racionis poliri metuit quod difficile est occulta regum inuestigari seu rimari consilia, questionis petite nodum dissoluere nequeuntes uestre strenuitati sub certitudinem exprimimus vobis id solum quod *quam plures nobiles* submittere *se nolunt regiis obsequiis* quos preterite sui expedicionis diuturnitas compulit grauibus defectibus subiacere.

Miles militi ut celeriter proficiscatur ad expedicionem.

Inminentis penurie violencia et uiolente penurie instancia persuadet hortamento multiplici ut ad *regis Bohemorum* larga stipendiorum donaria festino proficiscamur itinere ut egestatis irrecuparabilis uoluamur tempestatibus que minantur naufragium prouidi naute assit et ideo nulla vtrumque nostrum opprimat desidia. Sed preconceptum meum ingrediamini propositum ut labores nostros regia munificencia recompenset.

Aliter.

Ignorare non arbitramur uestram prouidenciam qualiter uterque nostrum in defectuum pelago concutitur nostrorum prouentuum puppe sepe naufraga que quondam portum consueuit prosperitatis attingere cum agitabatur fortune fluctibus serenantis verum ( ) laborum continuacio et obsequiorum frequencia sicut expulsam inopine vigilare nos conuenit et animos strenuis induere actibus ut nobis simul proficiscentibus ad *Regis Bohemorum* presenciam á iugo eximamur defectuum sub quo omne nos cogit quietis sterilitas que in pluribus dulcedinem fructus tollit.

Responsiua.

Cum ad dominacionis uestre metam cor nostrum scripta uestra perducerent ipsum a consilimi (sic) nequimus reflectere proposito uolentes in uestra desiderabili comitiua utramque fortunam sub dubiis euentibus experiri, sed cum propter indeterminatam et incertam aggressionem itineris uestri animus noster fluctuet, placeat uestre circumspectioni fluctuacionem huius tollere per certum nuncium nobis singulas ex parte uestra circumstancias expressurum.

Aliter. (Responsiua militis ad militem illi scribentem ut celeriter proficiscatur ad expedicionem.)

Ob releuamina grauium defectuum quos sufferimus facile reputaremus et modicum ut promptitudo et mei consensus beneuolencie uestre se proposito confederaret et licet id etiam exilis rerum facultas persuadeat, *dissuadet tamen clamor meorum pauperum*, quos torqueri cariis conspicio miseriis ex guerrarum turbine turbatos ualide terre statum implicante et eis mutante grauiora dispendia dum mea corporali presencia priuarentur.

(Locatio villae cujusdam.)

Nos. O. etc.

Notum facimus etc. quod nos uillam cum iuribus ac attinenciis que tempore *patris nostri* spectauerunt ad ipsam *dilecto nobis ciui*, a data presencium, per vnius anni spacium completum locauimus, pro vna marca argenti, tenendum et possidendum ab ipso per prefati temporis spacium sub condicionibus infra scriptis uidelicet quod idem pretaxate summe pecunia (sic) uel summa (sic) pecunie soluat in terminis subnotatis.

Conductiuae litterae.

Nuper ad nostram peruenit audienciam quod quorumdam falsa relacio sit circuiter quod de *nostre clemencie* et benignitate desperans natalis patrie fines et arua liqueris dulcia ut non solam fugas patriam sed parentes quare cum erga te nunquam mens nostra lena fuerit, nunquam aulam praetoris nostri conscendit ut de te mala aliqua excogitaremus quod reuertaris ad propria consulimus et mandamus quum eciam te scire cupimus per presentes quod *ex inuidie* plerumque procedit pharetra (.) sermo qui cogitur de te et domino desperare cum alterius appetit recreari vnde cum uestra damnacio que non et solita poscentibus refragari letifici bachi copiis fecundatur nobis humiliter supplicio et deuote quatenus aliquantulum ex eo mihi uestra munificencia uelit munificenciam inpertiri ut per ipsam estuantis caminis stomachi extinguatur liuor impaciens ut eo destinata habens efficiosa moritur etiam per ficmenta et hic ut omnis dematur demencia tue suspicionis stupans securitatem tibi plenariam presentibus elargimus.

(Restitutio gracie.)

Nos etc.

Qui nostrum cultum fidei redarguere dumtaxat crimine reatus et offensas quos et quas contra nos attemptare quo *pater noster, olim dominus. O.* inclitus rex et . . ab hac luce migratus spiritum tradidit requiei usque ad hec tempora peregrinarunt pure ignoscimus ac etiam indulsimus de nostre clemencie leuitate (sic) restitutis ipsis plenarie, nostre gracie fauore tenore presencium promittimus quod reatus contra nos commissos nunquam ad animum et memoriam reducemus.

Datum etc.

Concordia.

Instabilis humane condicionis et erumpnosa fragilitas tante mirabilitatis alicuius uacui uicissitudine ad se in tante uarietatis momenta transferunt ut nec compago sanguinis vniens nec vnitatis affinitas vniens affinitatis connexio uinciens ut confederacioni industriose consociatur diligens possit efficere quum plerumque consanguinei dissensione seiungantur discordie, diuidantur affines amicicie resoluto ligamine, et socii de federato societatis federe separantur per singulacionis *discordio* quum uicii detestanda contagio sic vniuersaliter se diffundat et sic uere dilectionis facere pretendunt ymaginem ( ) ficticie voltum amicicie colorantes, ut non solum plebescant in plebibus quin eciam principibus principentur ita quod et si non in propatulo intra se nunquam dissenciant vires tamen discordie latet intrinsecus solitudo discordium cordium intima contabescunt. Verum quamuis fere omnes contaminet huius uicij corruptela tamen uidetur nobis non deesse tam turpe incidere in id quam in eo diuturni mora temporis permanere, nec est tam preclarum, cautela suadente ipsius non subire laquerum quam se de re dissoluere post casum. Ergo, cum licet dignitatis prerogati fastigio sumus taliter condicionibus suis fragilitatis humane subiecti et contingat interdum cum amicis et consanguineis nostris discordantes aliquantulum per rancorem quem-

dam quia cuiusdam tipum maliuolencie in corde geramus de ipsis resilire ab huius quibus morari diucius pulchrum preclarumque admodum reputantes *tenore presencium profitemur* quod *omnem scrupulum seu rancorem* qui inter *affinem* et *compatrem nostrum* dilectum et *nos* hucusque ex quacumque causa fuit, mediante ordinacione domini ex corde pariter et animo dimittimus et reddimus ipsum dominum *intersecantim*, pectoris profligato cuiuslibet maliuolencie nubilo, serenate uolentes secum in concordie ac amicicie vnione perpetuo permanere et bona fide promittentes quod *contra ipsum* nulli homini vuquam prouocacionis aliquod *subsidium impendemus nec eidem unquam . procurabimus* . nulli in ipsius grauaminibus aliquibus ipsum grauare uolentibus per castra, ciuitates, opida seu terras nostras transitum concedemus. ( ) nec sibi permittemus de terris nostris aliquas molestias irrogari, nec receptabimus nec fouebimus aliqualiter illos qui ipsum, uel terras suas grauare molirentur. Quin imo, ipsius dispendia eum studio quo poterimus eidem ope, fauore, consilio assistemus, suisque promocionibus intendemus etiam diligenter. Ipse etiam dominus prefatus similiter nobiscum permanebit in amicicie et concordie perpetua vnione et nobiscum stabiliter perseuerabit inperio sub modis et condicionibus pretaxatis. De omni ut de cetero caueatur ne per uilium personarum maliciam qui gaudent cum malefecerint aliquid in domini uel hominum aut terrarum eius preiudicium acceptetur ordinauimus pro parte nostra decem ex fidelibus nostris qui studiose intercipiant ne de terris nostris aliqua in ipsius domini uel hominum suorum iudicium acceptetur. Si qua perpetracta fuerint corrigant condecenter.

Ipse quoque *dominus* uicaria sollicitudine terrarum nostrarum cauebit inde pre uitatibus per fideles suos similiter quos ad hoc duxerit deputandos.

(Ratificatio contractus cujusdam.)

Reges nocet fideles et oportet principes terre seruare pacta, non denegare contractibus et conuencionibus quas cum aliis inierunt nullatenus contraire. Etiam si cum subsidium contractibus ab aliquo genere duxerint contrahabendum quia licet legibus omnino subjaceat regie supereminencia dignitatis possit quoque suis mandare subditis ut eius edicta obseruare debeant et alia sui regni statuta infringere, vsus et consuetudines abrogare de plenitudine potestatis ex legali tamen et equo inducitur, immo cogitur suam celsitudinem inclinare ut iuri pareat, obediat legi, iusticie se submittat, fiat itaque princeps sui equalia subdita in recta statera iudicii et quam regiminis ministram omnibus aliquando sibi ministram faciat. Regnum. N. suum sic perfecte adimplebit et officium sic regnum in statu gubernabit pacifico, sic persoluet integrum debitum equitati ad ualidum robur et cautelam stabilis firmitatis pacti contractus seu conuencionis quam serenitas uestra fecit et iniuit cum..et..tenore presencium. etc.

Reuocacio treugaru.

Nos *Stephanus* dei gracia *Vngarie*, *Dalmacie*, *Crouuacie*. *Ranue*. *Syruie*. *Ledomie*, *Gallicie*, *Gulgale*, *Cumiameque rex*, declaramus tenore presencium vniuersis, quod licet dominum *Philippum* aquilegium ecclesie olmmensis dilectum consanguineum nostrum a suis

prioribus treugis uestris cumque in festo sancti Galli nunc preterito in loco nostris colloquiis deputato suam noluit presenciam exhibere, nec per se nec per suos sollempnes nuncios, ut super hiis que dominus Rex Bohemie eumdem electum treugas asserebat multipliciter uiolasse quas instruximus pro eodem satisfacere curauit, sicut decuit in termino memorato eumdem dominum *Philippum* a treugis nostris quas a predicto festo sancti Galli usque ad festum sancti Martini proxime affuturum et ab inde per duos annos continuos cum domino. *O.* serenissimo *rege Bohemie* etc. karissimo eonsanguineo nostro et affine duximus ad statuendas sicut in priuilegiis vtriusque nostrum super eo confectis expressius continetur baronis nostri electi et assumpti in arbitros seu arbitratores interlocqutoria sua dicta- ( ) uiter exclusum a treugis interpositis siue factis, maxime cum sese ex ipsa treugarum uiolacione ab eisdem treugis exclusiuit manifeste. Nos quia iuxta baronum nostrorum, immo baronum predicti *regis Bohemie* sentenciam remotum declarauimus eumdem penitus et exclusum, cum tam nos quam ipse rex promiserimus sollempniter prestito sacramento arbitrorum seu arbitratorum pronunctiacionem laudum seu ordinacionem ipsorum baronum receptare, seruare et emulgare, saluis paruis articulis in nostris et ipsius regis litteris comprehensis et per omnia inuiolabiliter obseruatis. In cuius rei testimonium et euidenciam clariorem presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Reuocaciones treugarum sentenciarum, arbitrorum et aliarum rerum gestarum et resignaciones dignitatum suorum seu officiorum.

Appellacio de sentencia excommunicacionis.

Cum melius sit, ante ceptum, occurrere, quam post animum volneratum implorare remedium; Nam leuius ledunt ea que preuidimus ante, uel sic tela que preuidentur minus feriunt; Coram nobis uenerabili patre, *Nos* dei gracia *Dux* etc. proponimus cum querela quod uenit prior nostris incommodis incessanter intendens excommunicacionis sentencia indigne nobis assidue comminatur, cum nos tam sibi quam cuilibet de clero sue dyocesis parati simus et fuerimus semper scilicet iusticiam respondere coram quocumque iudice competenti et magis precipue coram uobis quia uero pretextu cuiusdam sentencie per. *I.* episcopum in quodam arbitrio contra nos iniuste prolate ex-communicacionis grauamine nobis est nouiter communicatus . uos uolentes incumbentibus nobis obuiare periculis cum arbitrium omnesque sentencias in ipso latas didicerimus esse nullas eo quod re integra ( ) reuocatum fuerit tempestiue ex causis debitis atque veris eo quod opponendum fuerat compromissum cum eodem episcopo falsis usus insignis reuocate ab eo legacionis officium in uestris partibus usurpatum, qua decepcione cognita compromissum factum primitus in eumdem publice duximus reuocandum proponentes etiam contra ipsum ortas causas coram iudice competenti prout hoc, in instrumento reuocacionis plenius sunt expressa que nostre reuocacioni idem episcopus. *I.* non decens arbitrium quod iniuste susceperat iniustissime promulgauit, sentencias contempnens, et penas abiiciens prout sue placuit uoluntati. *Nos* tamen eidem arbitrio publice per nostros procuratores de iure fecimus contradici eo quod fuerat ex iustis causis legitima reuocacio que omnia coram vestra sanctitate proponimus supplicantes

in hiis iuris nobis remedia non negari. Dicimus quod ipsum arbitrium esse nullum et quitquit sequtum est ex eo uel ob id, exclusis predictis et maxime quod idem. *I.* episcopus reus legis iuris de ambitu arbitrii non potuit, eo quod talibus omnis actus prohibiti, legitimi sunt de iure si uero ipsius arbitrium aliquid appareret dicimus ipsum irritum et iniquum, eo quod obmissis pactis in compromisso per nos appositis, uidelicet quod uisis nostris instrumentis et iuribus arbitrari deberet, qui nobis non auditis erat intellectis iurari nostris ut debuit instrumentis etiam non inspectis existit arbitratus propter quod dictum arbitrium et iniquum esse proponimus ipsum petentes reduci ad arbitrium boni uiri nostri, uidelicet ordinarie. precatis et quod ipse tempore compromissi facti immutari ad hoc etate fuerimus constituti propter quod non moniti fuimus. propter etatis facilitatem decepti, cessantibus ceteris beneficiis iuris quum preparamus nobis competere restitucionis integrum beneficium auream iusticiam imploramus super omnibus quoque presentibus atque causis de quibus nos dominus idem. *I.* vester episcopus dictus obnixius publice protestamur quod nos eidem parati sumus respondere seu iusticiam coram uobis uel quolibet alio iudice competenti. Ille uero in propriis causis iudici aut in nostrum iudicium quicquam attemptet ad uestre auctoritatis examen appellamus in hiis scriptis nos et nostra uestre imperio protectionis supponentes actum. etc.

(Abbas quidam resignat suam dignitatem quorumlibet.)

Ego. *P.* abbas monasterii talis presencinm tenore notum fieri cupio vniuersis, quod fragilitatem meam quam originare corrupcionis materiam ex uicio prothoplasti traximus, figurans in spe- ( ) culo mee mentis eligens quod pocius animam meam in statu humili saluam facere quam ingratum sublimo uel sublimi periclitari cum prelatis vertatur in ruinam et scandalum, Si preesse uelit pocius quam prodesse regimen monasterii mei, quod absque salutis mee onere atque graui periculo, non ualebam gerere, nec uolebam in manibus prelati uel superioris, non coactus, sed uoluntatis libere, arbitrio resignaui.

Vendiciones et donaciones castrorum et municionum et reddituum.
(Donacio pro seruiciis remunerandis.)

Licet ad quorumlibet nostrorum fidelium munifice prosequenda seruicia nostrum tem rarium mansorem, ipse magister. *P.* nesciens colere deum extraneum, nec pati domin alienum. Ne igitur tanta fides et seruiciorum acceptabilium gratitudo irremuneracione, ue a nobis incognita diucius periclitaretur conuicinitatem et circuitus nostre dominacionis moriam et robur perpetuo ualiturum presens priuilegium etc.

(Donacio bonorum in remuneracionem seruiciorum.)

Interest principum orbis terre se cunctis eorum fidelibus ostendere scilicet eius cipue auarius extendere liberales pro quibus sincera fide congrata seruicia intus po sic. *N.* satisfacuit debito, sic fideles in fide corroborant, sic illos ad deuocionem suam tant et alliciunt per exemplum. Per presens igitur priuilegium ad noticiam presencit ferimus et memoriam futurorum, quod nos dilecto fideli nostro propter seruicia fid

preclare recordacionis *patri nostro* karissimo et *nobis* exhibuit, et exhibere poterit in futurum ac etiam in recompensacionem dampnorum que idem in nostris seruiciis pertulit eidem. *P.* bona talia, cum omnibus suis attinenciis de consensu tali et consilio conferenda duximus de gracia speciali ( ) sibi et suis heredibus legitimis perpetuo possidenda.

(Concessio uille cuiusdam in recompensacionem seruiciorum fideli et dilecto..de..).

V. dei gracia etc. Digne retribucionibus compensare premio grata fidelium seruicia nos benigne decet, non solum predicta sed ea que olim domino . *P. patri nostro*, felicis memorie prestiterit. Sic.*N.* iusticie preces exequimur quum remuneracione prosequimur et obsequentes sic fideles nostros et ad obsequendum nobis propensius et alios inducimus per exemplum. Per hoc ergo priuilegium etc. quod nos, attendentes grata et utilia seruicia que ..de.., dilectus fidelis noster, prestitit olim *predicto patri nostro* et *nobis* prestat ad presens et prestare potuerit ad futurum et.*N.* in remuneracionis dulcedinem sibi et suis heredibus concessimus uillas hereditaria possessione possidendas: uolentes ut ipse, ac sui heredes dictas uillas cum pratis, pascuis et aliis aquarum decursibus, siluis, rubetis, agris cultis et incultis, et omnibus iuribus et attinenciis earumdem, iure hereditario teneant, habeant, possideant, de nostra gracia speciali. Quas quidem uillas per summum regni *Bohemie* kamerarium iuxta regni consuetudinem, clueri fecimus et eas modis dictis distinctas et terris dictis. *h.*et suis heredibus assignet nostro nomine possidendas.

(De eodem.) (Concessio in recompensacionem seruiciorum.)

O. dei gracia etc.

Notum facimus etc. quod nos bene meritorum obsequiis dignis remuneracionibus prosequi honestum non solum sed utile reputantes eo quod per hoc iusticie satisfaciamus et alios ad obsequendum nobis per similitudinem inuitamus. Dilecto militi nostro qui grata nobis seruicia hactenus prestitit, prestat ad presens et prestare pariter in futurum uillam dictam concessimus cum rubetis, virgultis, agris, cultis et incultis, aquis, pratis, pascuis et omnibus uiribus ( ) et attinenciis eius iure hereditario possidendam ut tam ipse. *W.* quam sui heredes eam possideant, teneant hereditario iure, pacifice et quiete, mandantes uniuersis et singulis, cuiuscumque condicionis fuerint, ut dictum. *W.* uel eius heredes in possessione dicte uille atque iuris et attinenciis suis non debeant aliqualiter impedire si generalem nostram indignacionem cupiunt euitare.

(De eodem.) (Donacio uille cuiusdam, Berthye.)

Nos *W.* etc.

Notum facimus etc.

Quod nos considerantes fore consentaneum racioni si meritorum prerogatiuam *attendider*. nostrorum fidelium ipsis condigne retribucionis compensis pro meritis respondemus proprie fidei et deuocionis constanciam quibus nobis et predecessoribus, *Berthya* coniux

de obsequendo uisa est et nititur complacere medietatem uille nostre sibi et suis heredibus concessimus hereditarie possidendam.

(Concessio molendinorum in Albes, pro seruiciis.)

Nos. *W.* etc.

Notum facimus. videlicet quod molendina in *Albes*, sub ciuitate nostra *Cotn*. qui olim ipsius fuisse. *E.* coram nobis concedimus eidem. *W.* et heredibus suis, tenenda, possidenda ex gracia speciali. Ita tamen quod idem. *W.* et ipsius heredes teneantur facere pro ciuitate *Ctm.* et seruire ipsi ciuitati prout *Alber.* ciuis ipsius ciuitatis facere et seruire tenetur.

(Concessio uille cuiusdam, ad uite tempus, pro seruiciis.)

Nos. *W.* et etc.

Notum facimus quod nos considerantes pium et honestum esse ut eos qui nobis ab infancia nostra fuerint obsequti remuneracionis dulcedines preueniamus *Elyzabeth* que nos a teneris infancie annis usque ad puerilitatem, ipsa uelut obstetrix diligens educauit, *villam nostram* cum suis attinenciis concessimus et contulimus hereditarie perpetuo possidendam.

(Recompensacio seruiciorum.)

O. dei gracia etc.

Satis laudabile credimus si fidelibus nostris qui grata nobis imparciuntur obsequia munificencie dexteram liberaliter aperimus, atque gratos et seruicia et nullas aliorum ipsorum dotes attendderas (sic) sed longe laudabilius esse decreuimus si eos donariis largicionis nostre perfundimus quos fides et seruicium nobis acceptos statuit et generis insuper nobilitas strenuitas erigit, probitas et elegans corporis statura eo quod in ipsis non solum iuste satisfaciamus que racionis ad libram pensans omnia premissa merita recompensat. Immo uoluntatem honestatis exequimur que pulchrum genus reputat confere munera quos negatur largitas et fortune beneuolencia suis muneribus dicauerunt.

Nouerint igitur uniuersi etc. quod nos attendentes fidem puram etc.

Concessiones redituum.

Frater. de etc.

Per domorum sacri domos *hospitalis sancti Johannis iherosolimitani* per *Bohemiam*, *Poloniam* et *Morauiam* omnibus quibus littere presentes exhibite fuerint noticiam subscriptorum Et si unumquemque quem honestatis sue emeritum honorare fouere nos debeat, illos tamen ampliori in domino karitate diligere, et ipsorum uices nobilibus pront possumus annuere perpensuris conuenit qui se nobis speciali eorum affectu et singulari deuocione reddunt pre ceteris magis gratos, Inde est quod cum uiri honesti domini *canonici nostri ordinis capellani* dilecti sincere beneuolencie gratitudo quam erga nos et ordinem nostrum

feruide gerere et gessisse dinoscitur et prompta deuocionis oblacio talem nobis eum representauerat ut puteus debituum quod eius sinceritas nos promptos ( ) inueniat in actionibus gracia et iuncto consilio, et consensu nostri fratris. *F. de C. L.* magistri *preceptoris domus predicte* et fratrum ac capituli *Pragensis*, eidem domino qui pro salute anime sue et remedio salubri C marcas argenti ob karitatem in subsidium nobis et domui nostre dederit puris ipsius beneuolenciis in hiis uisis quibus sinceris affectibus et prompta deuocione ordini nostro semper complacere studuit intuentes, in remuneracionis dulcedinem *damus et concedimus* ex iusta sentencia *uillam* cum pascuis, pratis, siluis, nemoribus, aquis, aquarum decursibus, agris cultis et incultis cum pratis, iuribus et omni. vsu fructibus ac attinenciis vniuersis ad eandem uillam spectantibus, ab ipso domino uite sue temporibus habendam, tenendam et possidendam, pacifice et quiete ita quod nec amicorum nec consanguineorum suorum animas, eo uiuo, seu defuncto nullius liuor impaciens ut eo destruatur habens efficere uitatur etiam per ficmenta et hic ut omnis dematur de mente tue suspicionis scrupulus securitatem tibi plenariam presentibus elargimur.

(Obliuio offensarum et in graciam reditus.)

Nos. *Jo.* etc.

Et qui nostrum clericum fidei redigere duntaxat excluso ere omnis reatus, et offensas quos et quas contra nos attemptare quo pater noster olim dominus. *O.* inclitus et *S.* ab hac luce migratus spiritum tradidit requiei usque ad hec tempora peregerunt pure ignoscimus ac etiam indulsimus de nostre clemencie lenitate et *restitutis* ipsis plenarie nostre gracie, et fauore tenore presencium promittimus quod reatus contra nos commissos nunquam ad animum et memoriam reducemus. Datum. etc.

(Donacio bonorum pro fidelitate et seruiciis prestitis, sub condicione seruiendi cum uno falerato dextrario.)

O. dei gracia etc.

Bene meritis compensare premia, tam iusticie uigor exigit quam rectitudo postulat racionis. Nouerint igitur uniuersi, tam presentes quam futuri, quod propter grata et utilia seruicia que *de*. olim nobis prestitit et *inclite regine* etc. prestat nobis ad presens et adhuc prestare poterit in futurum reputantes esse iustum et racionabile si illi retribucionem liberaliter premiemus *uillam nostram* sitam in..cum omnibus agris cultis et incultis, pratis, pascuis, etc. ut supra *concedimus* eidem tenore presentis scripti, hereditarie possidendam, itaque tamen quod idem et sui heredes, nobis quibuslibet et dicte progeniei cum uno falerato dextrario in suis expensis in *oppemyi* prouinciam seruire fideliter tenantur, quociens ipsos duxerimus requirendos. Quod si forte idem. *V.* in propria persona causa legitima fuerit Impeditus, uenire non posset, tunc duos probos seruos, vnum in dextrario, et alium cum balista tenebitur cuniuncte nobis, uel matri nostre fuerit destinare.

(Donacio bonorum pro fidelibus seruiciis.)

Vniuersis presentes litteras inspecturis.

Nos *Dyonisius* dei gracia etc. salutem in perpetuum. ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam uolumus peruenire quod dilecto fideli nostro. *S.* propter grata et accepta sincera seruicia que dudum parentibus nostris et nobis exibuit ac exhibere poterit in futurum viso quoque uariis racionibus approbatis quod fideles et boni sint multimode diligendi, et mali per contrarium sint mihi odiendi, prefato. *S.* et suis heredibus utriusque sexus, pro suorum remuneracione seruiciorum et ut alii seruitores ad seruiendum nobis et aliis nobilibus exempla huius ammirentur vniuersa bona empticia que emimus a ciuibus in *Praga*. seu *vnam domum* cum pertinenciis suis de ( ) liberalitate nostra *donauimus*, damus, tradimus, concedimus in perpetuum cum omnibus iuribus que habemus in ipsis ut ipsa de cetero tenere, possidere, uendere, donare, alienare possit (sic) tanquam uerus possessor et dominus prefatorum bonorum.

In cuius donacionis robur et perpetuam firmitatem et ad posteriorem cognicionem presentes litteras nostro sigillo duximus roborandas.

(Donacio bonorum pro fidelibus seruiciis.)

Talis episcopus omnibus in perpetuum presens scriptum, daturu duraturum cum tempore, nostrum. Continua reuolucione, *proch* dolor sic saluatur quod preteritorum obliuio futuri temporis successione subripiatur consilium prudentum est ut acta digna merita scriptorum sic seruentur integra quod usque ad futuri temporis cursum certa ueritate maneant incorrupta.

Nouerint igitur, tam presentes quam futuri, quod nos, presentatis seruiciis et fidelitate quam nobis exhibuit ad utilitatem ecclesie nostre seruiciorum suorum promptitudine exhibendo ex communi consilio capituli nostri *uillam que uocatur taliter*, sibi suisque heredibus legitimis, cum omnibus fructibus et prouentibus concedimus possidendam, sic quod nullus successorum nostrorum dicte uille possessiones ab ipso uel suis heredibus ualeat reuocare. Qui tamen graues excessus contra episcopum, qui tunc pro tempore fuerit, ne contra ecclesiam attemptare presumpserit, pro quibus possessione feodi merito debeant remoueri nec adhuc tales excessus ad ipsos remouendos sufficiant, nisi ordine iudiciario contra eos fuerit approbatum. Ut autem libera possessione gaudeant, presentem paginam ipsis contulimus sigilli nostri capituli munimine roboratum, atque supplicantes omnibus successoribus nostris ut concessionem nostram ratam ( ) et beneficium sepe dictis factum pocius augeant quam infirment, uel infringant.

(Donacio bonorum domino B. uicecancellario, pro fidelibus seruiciis.)

O. dei gracia etc.

Licet regalis excellencia maiestatis de innate sibi pietatis officio se prebere debeat graciosa, in illos tamen gracie sue manus debeat amplas extendere liberales quos insignia maioris fidelitatis illustrant et grandiora merita constituunt digniores.

Concurrentibus igitur hiis duobus in persona ministri. *b.* dilecti *uicecancellarii*, fidelis nostri qui grata satis et accepta seruicia quondam diuis dilectis progenitoribus nostris domino karissimo *auo nostro* et illustri *regi patri nostro* celestis memorie fideliter prestitit et deuote pridem regno nostro *Bohemie* nequiter occupato per plane impensionis aut successionis quidquam iuris aut actionis habere debeat *in uilla* et eius attinenciis prenotatis, et post mortem ipsius domini. *B.* dicta uilla cum vniuersitate ad ius et domineum et proprietatem domus nostre solute redibit et libere et res quelibet quas idem in suo decessu in uilla reliquerit memorata ad nos et domum nostram omnimode deuoluentur cuiuslibet ipsius amici ac consanguinei contradiccione in posterum non obstante.

Ut igitur hec nostra donacio inpermutabilis et in conuulsa permaneat presens scriptum sigilo nostro et capituli memorate domus pragensis conmunitum, sepe dicto domino. *B.* Cedimus ad cautelam huius donacionis nostre, testes sunt. *T. C.* et *Jo.* etc. camerarius, prepositus, commendator fratres domus prenotate unacum et domini et alij quam plures fide digni.

Actum et datum etc.

(Exempcio ab omni steura et theloneo ciuibus pragensibus, per spacium VI. annorum, concessa.)

Nos. *Jo.* dei gracia etc.

Notum esse volumus vniuersis presentis scripti continenciam et seriem inspecturis uel cognituris quod nos ex innate nobis benignitatis ( ) clemencia circa nostrorum curas et dampna fidelium graciam piam gerentes ex intimis compassuram, dilectos fideles nostros *Pragensis ciuitatis* maiores ciues qui donec tales super magnis grauibus et insolitis hactenus per incendium generale ciuitatis eiusdem acceptis in rebus et domibus suis Jacturis et dampnis cupientes leuamine consolari gracioso a die exustionis *ciuitatis* predicte VI^{a} feria. tali. ante festum martini proxime preteritum, vniuersis ciuibus ipsius ciuitatis pragensis sex annorum spacio continue generosam concedimus libertatem eos reddentes fauorabiliter *a steuris* illicitis, contribucionibus, ceterisque seruiciis que nobis facere et exhibere consueuerint et debent in bonis infra muros dicte ciuitatis contentis et a theolonijs nostris per *Wyllaniam* et alia flumina supra et infra *ciuitatem pragensem* per X menses a predicta die incendii continue numerando *liberos et solutos* perhibemus. Igitur vniuersis theolonariis et theolonii exactoribus per omnia regni nostri flumina constitutis, ne hanc libertatis et exempcionis ipsorum per nos liberaliter facte graciam, infringere, aut eis, ausu temerario, aliquatenus contraire presumpserint terminii siue termatus spacio supra dicto.

In cuius rei testimonium presentes litteras fieri jussimus et sigillorum nostrorum munimine roborari.

Datum *Prage*, per manus magistri. Petri. prothonotarii regni nostri. Anno domini M^{o} CCC^{o} feria VI^{a} post crucificionem domini. VI° ydus octobris, Indictione IIII^{a}.

Uolumusque ut apud ecclesiam Stephani, in littore dicti fluminis *Villiame*, ligna vendantur per terminum supra dictum.

Actum et datum anno et die mensis premissi.

(Varie libertates ciuibus pragensibus a rege concessae.)

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Amen.

Nos. O. dei gracia dominus regni *Bohemie*, Dux *Austrie* et Marchio *Morauie*, omnibus ad quos huius scripti noticia peruenerit in perpetuum.

Ex innata nobis benignitate tenemur singulorum defectibus manum adiutricem porrigere, et eis precipue qui pro nobis res et personas non formidant exponere cum ingruente nobis necessitate ipsos duximus requirendos, de quorum numero cum sint *dilecti fideles de Praga* ciues nostri, ipsorum peticionibus racionabilibus et honestis aurem facilem inclinare curantes, hanc ipsis facimus graciam et fauorem quod nunquam eorum agros seu hereditates, nec per nos, nec per nobilem aliquem mensurari aliquatenus faciemus.

Item. Concedimus ipsis hanc libertatem et graciam quod vnicuique ciuium eiusdem *ciuitatis pragensis*, secure liceat vendere domum suam quam in ciuitate possideret et extra ciuitatem iuxta agros suos pacifice residere.

Item. Specialiter et precipue hanc concedimus libertatem et graciam ciuibus memoratis ut agros suos vendere debeant cui voluerint et quandocumque ipsorum placuerit uoluntati.

Vnde super hec *dictis ciuibus* ne uexari possint aliquatenus in posterum,

Presens dedimus instrumentum cum annotacione testium, sigillorum nostrorum munimine roboratum, testes etc.

Actum et datum anno domini M° CCC° septimo.

Datum per manus magistrorum *Ar.* et *Bl.* in ciuitate *Praga* prothonotariorum X° Kalendas ( ) nouembris.

(Ciues pragenses ab omni collecta, seu berna liberantur.)

Nos. *W*. dei gracia etc.

Notum esse uolumus vniuersis quod nos *ciuibus Pragensibus* fidelium nostrorum supplicacionibus fauorabiliter inclinati uolumus ut ciues ipsi de suis possessionibus, seu hereditatibus liberis, quas propriis araturis excolunt et de quibus nullum alteri censum soluunt, *collectas seu bernas* aut exactiones aliquas que in regno nostro generaliter pro tempore imponuntur, nobis uel heredibus nostris *soluere minime teneantur*, quos ab hiis liberos esse uolumus et exemptos qui ab antiquis temporibus progenitorum nostrorum, recolende memorie, regum *Bohemie* ab hiis fuernnt liberi et exempti; eorum tamen homines in ipsorum possessionibus et hereditatibus resident collectas, seu bernas et exactiones alias, iuxta terre consuetudinem soluere tenebuntur.

(Donacio uille, pro seruiciis, cuidam fideli.)

Nos. *O*. etc.

Notum facimus quod uolentes grata nostrorum subditorum obsequia irremunerata non relinqui, sed beneuolencia retribucionis exhibicionibus conpensare dilecti fidelis nostri ser-

uicia prouide attendentes sibi uillam concessimus hereditarie possidendam cum omnibus iuribus ad ipsam pertinentibus et attinenciis siue pertinenciis eius, uolentes ut deinceps fructus ex ea dictus . *V*. percipiat et nullus eum in dicta uilla molestare aut inquietare debeat, aut presumat.

(Donacio pro seruiciis.)

Cum princeps quilibet custos esse debeat equitatis interest suis fidelibus respondere pro meritis et equa remuneracionis lance subditorum grata seruicia fauorabiliter conpensare. Sic. *N.* officii sui persoluit debitum, sic fideles in fide firmiter roborat, sic alios ad sua obsequia vehementer allicit et inuitat. Per hoc gracie priuilegium ut supra.

(Notificatio sentencie excommunicacionis late contra Jacobum et Petrum de Columpna, per Bonifacium VIII. pp. Anno 1297.)

Ad succideros infructuosos palmites pestiferos et nociuos quos. Q. ficus fatua domus *de Columpna* produxit nesciens in semitis iusticie dirigere gressus suos et ad cor reuerti et agere penitencie dignos fructus. Licet diucius expectatos *Jacobum* dictum *de Columpna* et *Petrum* in penitenciis olim sancte romane ecclesie cardinales et filios quondam *Johannis de Columpna*, fratris dicti Jacobi et patris eius prefati, posteros aut fautores eorum in uirtute altissimi exsurgentes spiritualiter et temporaliter contra eos duximus procedere communiter dictis *Jacobo* et *Petro* descendentibus in profundum malorum et molientes inconsutilem tunicam domini conmunem ecclesie scindere conmunitatem et ut gladium acuentibus linguas suas et prerumpentibus. Nunc tam in uerba blasphemie et scismata quam insana que in scriptis redacta sunt sigillis quibus antequam essent disponiti utebantur per vrbem et diuersa mundi climata destinauerant excitantes loquacitatem facundiam ad contradicere consciencie bone signum et confecta materia disputandi quia ueritate non penetrant lacerare saltem conuiciis presumpserint quorumdam licet si' possumus e priori assercione committere conduce clarioribus racionibus confutare duximus eorum latratibus non dare responsa ut contra eorum rabies auctoritate seuera ( ) presidentis et supremo iudicii solio frangeretur et paciens ueritas per se ipsam veniret in publicam nocionem nostrumque silencium in supplicium eis foret, processus cum contra ipsos et alios fecimus successiue uariis diuersisque temporibus spirituales et temporales penas et penitencias siue sentencias continentes et mulctas quorumconque totum tenorem presenti constitucione inserere longum esset.

Ex eis quedam compendiosa collecta huic uestre constitucioni duximus inserenda ad certitudinem presencium et futurorum memoriam Est quod ex causis que racionalibiter nos mouerunt, de fratrum nostrorum consilio, deposcimus dictos *Ja.* et *B. a* cardinalibus eiusdem ecclesie et ab omni cardinalitatus commodo et honore ipsosque indicamus scismaticos et blasphemios et tanquam hereticos puniendos exponitis personis eorum a fidelibus capiendis omnibus beneficiis, officiis honorisque dignitatibus et prelaturis perpetuo priuantes eosdem et reddentes inhabiles ad habendam (sic) cunctis bonis eorum mobilibus, et immobilibus

iuribus et iurisdictionibus publicatis Contra natos insuper eorum et postéros dicti *Ja.* spiritualiter et temporaliter duximus proceddere, eorum bonis et iuribus publicatis et confractis. Ipsis posteris dicti *Ihis.*, per masculinam et femininam lineam descendentibus indignis perpetuo redditis ad cardinalitatus honorem et quelibet officia, beneficia et ministeria in ecclesia memorata uel eius curia alibi uero usque ad quartam generacionem personam presencium et futuram cuius- ( ) cumque fuerit eminencie, condicionis, dignitatis aut status, uel ecclesiastici, uel mundani, etsi foret sancte romane ecclesie cardinalis que ipsos. *Jo.* et *P.* uel eorum alterum scienter et deliberate pro cardinalibus habuerit et tennerit, aut ad cardinalitatum admiserit seu uotum eorum, aut alterius ipsorum suffragium in electione romani pontificio elegerit, nominauerit, assumpserit, uel acceperit, seu dederit in hiis, uel ad hoc, consilium, uel auxilium, fauorem excommunicacionis sentencia duximus innotatum, a qua, absque expressa licencia romani pontificis non possit absolui, nec et per collegium apostolice sedis, eadem sede uacante, eaque postulata dignitate, statu et honore ecclesiastico nunc priuamus nihilominus omnis qui dictis. *Jo.* et natis dicti. *Jo.* fauorem prebuerit uel auxilium in rebellione uel scysmate persistentibus excommunicacionis sentencia innodantes.

Hec et alia per nos facta in predictis nostris processibus et in litteris nostris bullatis super eis confectis contenta, hac constitucione perpetuo ualitura ratificamus, confirmamus, minoramus eamdemque facimus de firmo fratrorum nostrorum consilio predictorum.

Et ut dictorum malicia non inueniat successorem et predicte transgressionis exemplar retrahat alios ab offensa ac in obliuionem communis ueritas non uagetur in terra, statuimus atque decreuimus ut etiam ipsa inuiolabiliter obseruetur et quod similes excessus et et. penis similibus puniantur.

(Vendicio bonorum pro necessitatibus monasterii per abbatem.)

In nomine Domini, Amen.

Cum pro tantis nostris exigentibus vterus regni *Bohemie* fecundus olim, multisque rebus exuberans adeo sit factus nunc sterilis ut nec uel modicum pariat et super generalis turbacionibus ( ) dissidium taliter merenti adaugeatur continuis in eodem ut eciam si quid in aliquibus fructificet partibus, inutiliter euanescat et pereat propter guerras homines degerentes in ipso et regulares precipue nihil habent vnde miseram ualeant desumere uitam. Et idcirco *nos Abbas* monasterii fratrum nostrorum gregem nostrum derelinquere nec permittere seggregari uolentes vna cum ipsis deliberacione premissa et sollempni tractatu habito pocius eligimus aliquid de bonis dicti monasterii uendere quam a nostro monasterio proficisci alias indicatum.

(Concessio bonorum per Abbatem, ad uite tempus, reseruato dominio et proprietatis iure, et pecunia quadam accepta.)

Nos diuina miseracione *abbas monasterii* Notum facimus uel fieri uolumus presentes litteras inspecturis quod nos cum conuentu prefati monasterii sollempni tractatu habito et

prouida deliberacione pensantes atque considerantes non modicum fore nostro monasterio profectum, si personas utiles et discretas nobis et monasterio nostro attrahimus et per affectus exhibicionem beneuoli qui realem pateat per effectum easdem nobis promptas reddere nitimur et deuotas uirum prouidum et discretum magistrum qui nobis et monasterio nostro accommodus esse potest, nobis attrahere cupientes *eidem magistro*, de communi omnium fratrum nostrorum consensu, et maiori uoluntate *uillam nostram* iacentem in prouincia et cuius tales sunt confines etc^er^ *tradimus* ad habendam, tenendam et utifruendam ea saluo et seruato nobis tamen et monasterio nostro iure dominii et proprietatis usque ad finem uite sue, pacifice et quiete, Cum ( ) omnibus infra se habitis super et subter et cum omnibus iuribus ad ipsam uillam spectantibus auctoritate reuerendi patris nostri iuxta domini. *Jo.* pragensis episcopi obtenta super eo atque licencia promittentes nos pro nobis quam successoribus nostris, uice et nomine dicti monasterii nostri istam concessionem nunquam uelimus contraire, per nos uel alium aliqua re uel causa de iure uel de facto sed eciam gratam et ratam tenere et habere per totum ut duximus Nostro monasterio verum tamen dominii et proprietatis iure dicti magistri uite tempus plenariter reseruato.

Datum etc.

Ipse uero magister predictus uolens predicto monasterio nostro utili efficaciter comparare dedit XX. marcas puri argenti nobis, in utilitatem ipsius monasterii conuertendas quas quidem XX. marcas nos fatemur iam recepisse ab eodem magistro. Nobis uera fide predicta uilla et omnibus hiis que sunt in ea uti, frui et ea manutenere ac gubernare ita quod uite sue spacio in eo bono statu, sicut nunc est, eadem uilla reuertatur ad manus nostras et monasterii nostri ad vnam araturam, cum bobus et equis sufficientibus, ut est dictum.

(Donacio castri in remuneracionem seruiciorum.)

Tanto reputamus gloriosius cum premiis merita preuenimus quanto pulcrius (sic) uirtuosiusque esse dinoscitur nec obsequiis emptam nec precibus rem donare. Ea propter licet exigentis meriti uel suffragiis adiutus precaminum a *nobis* non meruerit aliquid obtinere, cum ultra graciam qua benemeritos remunerauimus facere cupientes *tibi* quamdam .. ex donacione inter uiuos ad manus nostras racionabiliter deuolutam, sicut idem hactenus possedit cum castro, municionibus, uillis et omnibus attinenciis et iuribus suis possidendam presenti priuilegio, perpetuo ualituro concedimus de ( ) nostra sciencia speciali uolentes ut tu et heredes tui prefatam hereditatem a nobis et heredibus nostris teneatis et possideatis pacifice et quiete, saluo seruicio quod ex ea curie nostre debetur et nostra ac heredum nostrorum in omnibus et per omnia uoluntate.

Cum igitur sollerti mente considerans quantam in hoc gratitudinem nostra benig. ostenderit et fauorem fideliter obsequiis nostris, et beneplacitis inhereres studens nobis grata impertiri seruicia ut munera premiantes tuorum affluencia superes meritorum nosque delectemur experiri quod uice liberalitatis nostre gracia prelarga maius ualeat atque gracius munere refundat.

(Donacio bonorum a rege medico facta cum diuersis priuilegiis.)

Medicine sciencie pro mortalium commodo diuinitus destinata, presentibus esse debet tanto accepcior quanto dextera ipsius percipitur in donantis largicione benignior, ut per eam sospitas qua res nulla gracior esse potest cercius et diucius preseruari. Huius autem practicum sciencie uelud incolomitatis et leticie seruatorem primitus acquirere, acquisitum diligere, dilectum donare muneribus et honoribus decet rex quilibet decorare.

Hac racione commoti honorabili uiro, nostro. *H.* capellano et medico, bona omnia in uilla *iuxta ciuitatem nostram* cum agris cultis et incultis, pratis pascuis, rubetis etc. ut supra, molendino, edificiis et omnibus et singulis attinenciis et iuribus eorumdem concessimus, libere perpetuo possidenda, dantes eidem magistro. *H.* plenam et liberam facultatem locandi et committendi eam cuicumque sibi placuerit obiectione uel contradictione qualibet non obstante. Quin immo circumque dicta bona commiserit, seu locauerit, ipsum esse uolumus et tenere fideiussorem nostri culminis.

Speciali exemimus ( ) quoque dicta bona cum omnibus attinenciis et iuribus supradictis a potestate seu iurisdictione iudicis prouincialis, uillici et alterius officialis, tam presencium quam futurorum, mandantes eis, tenore presencium firmiter et precise quatenus cum dictis bonis, uel cum dicto magistro. *H.* uel cum illo cuicumque commiserit uel locauerit, ipsa nichil habeat disponere, sed ea permittant et eos ab omni iuris iurisdictione et seruitute ac vexacione qualibet libere ac pacifice permanere.

Nullus ergo subditorum nostrorum, cuiuscumque condicionis extiterit, presentem litteram concessione uiolenter attemptare presumat.

Si quis autem contrarium fecerit, preter indignacionem nostram, quam ipso facto se incurrisse nouerit, pene quam declarauimus de ipso, mediante iusticia, subiacebit.

(Concessio notariatus per prouinciam pragensem.)

V. Dei gracia etc.

Digne et honeste quilibet princeps facere creditur qui continua que sibi exhibentur obsequia retribucionis recompensat dulcedine, et quodam quasi preambulo preuenit sequtura.

Cupientes igitur digne facere et honeste seruicia dicti nostri notarii. *H.* Ytalici, que continue prestat remunerantes et per hec preuenientes quodam modo sequtura sibi notariam per *prouinciam pragensem* et *curminen.* concessimus quamdiu vixerit gerendam pacifice et quiete, et quum ipsius. *H.* presencia nostre curie oportuna, damus sibi statuendi uicarium, quecumque uoluerit quandocumque collecta, uel steura, colligitur, plenam et liberam facultatem, contradiccione qualibet non obstante.

Mandantes coltectoribus steure, tenore presencium priuilegiorum in eisdem prouinciis, quicumque ( ) pro tempore fuerint, quod uicarium dicti. *H.* quecumque ipsis presentauerit honeste recipiant et pertractant et vna cum ipso fideliter colligant, prout cum aliis notariis collegi consueuit.

Nullus ergo fidelium nostrorum presens priuilegium infringere uel molestare presumat; si autem in tantam temeritatis audaciam proruperit ut contra predictum uel alio predictorum facere, uel contraire presumatis non solum gracia nostra priuatum se nouerit, sed tanquam uoluntatis nostre temerarium contemptorem ipsum pena debita puniemus.

Vendicio iudicii in ciuitate P. cum vna domo et molendino in Albea.

Nos *W.* dei gracia etc.

Notum uniuersis facimus, tam presentibus quam futuris quod nos iudicium in ciuitate nostra..*P.* cum vna domo in eadem ciuitate et vno molendino cum X. rotis in *Albea* et quatuor laneos in uilla et VII laneos in..uilla..iiberos et cum piscacionibus in aqua et aliis iuribus rite ad idem iudicium spectantibus vendidimus fratribus de *Gozlicz* et ipsorum heredibus pro C marcas hereditarie possidendam; promittentes eis, tenore presentis scripti defendere et antestare dicta bona contra quemlibet eos, uel eorum heredis, de ipsis bonis impetere volentem infra trium annorum spacium a data numerandorum presencium, iuxta consuetudinem nostre terre. Et si forte ipsos defendere non possumus tunc tamen de pecunia defalcabimus uel restauremus quantum iuxta iusticiam estimacionum proborum uirorum res ualuerit in qua ipsos non potuimus defensare.

Datum etc.

(Donacio pro remedio anime genitoris, iuris patronatus in ecclesia..Olmucensis dioccesis.)

V. dei gracia etc.

Inter curas conti- ( ) nuas quibus aula nostri pectoris estuans agitatur id frequenter occurrit qualiter amine olim genitoris nostri domini. *O.* incliti *regis Bohemie* ope suffragiis succuramus; Sed cum nullum tam efficax auxilium quam *eleemosinarum* largicio et precipue locis religiosis in quibus pro defunctorum animabus oratur assidue prestita ualeat reperiri tenore priuilegii presentis notum facimus vniuersis tam istius etatis hominibus quam future, quod *Nos*, pro remedio anime patris nostri ius patronatus quod habuimus, uel habere potuimus in ecclesia..*Oles* dyocesis..abbati ei conuentui monasterii de *Gar* et eorum successoribus concessimus perpetuo possidendi, uolentes ut abbas et conuentus dicti monasterii, quicumque pro tempore fuerint, dictum ius patronatus habeant et perpetuo possideant pacifice et quiete. In ipsos, ex certa nostra sciencia, ius omne et dominium quod habemus, uel habere possumus, in ipso plenarie transferentes, ut eiusdem iuris fiant velut legitimi possesores.

Datum etc.

(Donacio eccle. Olmucensi, ita tamen ut prebenda formetur.)

O. dei. gracia etc.

Parere parentibus, dum in uicem preeminent ac honores impendere, filialis obsequium satis utique late claret, ac iam defunctis piis adesse suffragiis et honorabilis ope subuenire

subsidii lacius elucescit eo quod plus claritas complicatur per opus pietatis in libero quam reuerencie debitum in subiecto.

Cupientes igitur ea facere que seriem (sic) lucem preradiant, operis pectoris pro salute animarum domini olim. *O.* incliti regis *Bohemie*, et marchionis *Morauie*, karissimi patris nostri et domine. G. inclite regine Bohemie, matris nostre, omnia bona iuxta ciuitatem elumc" in uilla ( ) cum pratis pascuis, iuribus et attinenciis et vniuersis et singulis pertinenciis eorumdem libera et quolibet seruitutis errore absoluta. quinimo olmuci. decano, prepositp, custodi, totique ipsius ecclesie capitulo dedimus et ex certa nostra sciencia fecimus assignari, ita tamen quod de prefatis bonis idem decanus, prepositus, custos totumque capitulum predicte *Olmuczensis* ecclesie forment vnam prebendam et ipsam dilecto phisico et capellano nostro, magistro. *H.* quem nunc temporis ad eandem, tenore presencium prestitimus constanter; ipsum in prefata ecclesia in suum canonicum et confratrem recipiant, sibi stallum in choro et uocem in capitulo assignent et prebeant tarditate ac difficultate quibuslibet procul motis, nunc et quod post ipsius magistri etc. decessum, prefati decanus, prepositus, custos totumque capitulum *Olmuci* ecclesie et eorum successores ut quicumque nos, uel successores nostri ei ad prefatam prebendam duximus presentandam, ipsam prebendam conferant cumque in canonicum et confratrem in ecclesia predicta recipiant, sibique stallum in choro et uocem in capitulo assignent et prebeant sine difficultate qualibet et tarditate, et pro animabus dictorum, patris et matris, parentum nostrorum, unacum eodem orare frequenter debeant in die animarum; In eadem ecclesia missarum solempnia celebrantes.

Et quum uolumus quod dicta bona plene ac perpetue gaudeant solacio hereditatis, presentis tenore priuilegii eadem a qualibet iurisdictione seu potestate uillicorum, iudicum prouincialium, collectorum, generalis uel specialis collectione seu secure (sic) camerariorum, et quorumlibet officialium, quocumque censeantur nomine, atque nobilium et omnium, tam presencium quam futurorum exemimus ( ) de nostre plenitudine potestatis et statuimus ut omni omnino libertate fruantur qua fruuntur et frui debent.

Bona et prebende ecclesie pretaxate specialiter autem omnem obligacionem, omnem contractum quibus per aliquem camerarium, uillicum, iudicem prouincialem, uel alium quemcumque alicui ciui, seu alteri cuilibet, dicta bona uel quorum pars aliqua, quocumque tempore, uel quocumque modo, uel tytulo fuerint, uel dicantur forsitan obligata, locata seu alienata presentis priuilegii, simili de nostre potestatis plenitudine annullamus rescindimus, irritamus et omnino penitus carere firmitate decreuimus, et vigore, priuilegio seu rescripto quondam patris nostri, nostre uel alterius cuiuslibet quod super obligacione uel huius contractu obtentum fuisse dicetur, uel ostendetur, quod per presens priuilegium nullas iuris penitus, in iudicio uel extra uolumus obtinere, sed debere fore cassum et friuolum decreuimus, quiescente et contradictione cuiuslibet cuiuscumque condicionis existat, aliqualiter non obstante vniuersis et singulis camerariis, indicibus prouincialibus, uillicis, generalis uel specialis collecte seu steure collectoribus et omnibus quibuscumque aliis officialibus, quocumque censeantur nomine, baronibus, nobilibus, clientibus claustralibus omnibus, vniuersis et singulis, sub nostro regimine morantibus, cuiuscumque condicionis fuerint, firmiter presencium tenore dantes

expressius in mandatis ut dicta bona, seu possessionem, in toto, uel in parte, in iudicio uel extra, impetere molestare aut grauare aliqualiter non ( ) presumant, sed ipsa et ipsorum possessorum manere permittant pacifice et quiete.

Si quis autem in tantam proruperit temeritatis audaciam ut contra presens mandatum nostrum quidquam attemptare presumpserit, presenti edicimus priuilegio quod in. V. marcis auri, nomine pene, ad nostram pertinentibus cameram puniatur et insuper indignacionem nostram, ipso facto se nouerit incursurum incurrisse.

Etne de prediciis possit aliqua dubietas in posterum exoriri, presens priuilegium fieri et sigillis nostris, et reuerendi patris domini *Th.* venerabilis episcopi *olmuczensis* fecimus communieri.

(Restitucio iudicii ciuitatis cuiusdam, pro fidelibus obsequiis.)

Nos *O.* dei gracia.

Notum vniuersis facimus tenore presencium inspecturis quod nos iusticie, que unicuique quod suum est tribuere, satisfacere cupientes, attendentes quoque fidem puram et obsequia grata que nobis exhibuit indefesse, eidem *Conrado* et suis heredibus possessionem iudicii ciuitatis eo iure quod ipsis, Conrado et suis heredibus in ipso iudicio competit restituimus graciose ita quod *Conradus* et heredes sui predicti dictum iudicium, cum attinenciis et iuribus omnibus ad ipsum ab antiquo pertinentibus, iure hereditario, tenere et possidere debeant, perpetuo pacifice et quiete, taliter quod dicti *C.* et heredes sui, qui sibi in dicto iudicio successerint de ipsius obuencionibus iudicii nobis XX. marcas argenti, singulis annis soluere teneantur.

Mandamus igitur iuratis et omnibus vniuersis predicte ciuitatis. . quatenus sic (sic) graciam nostram conseruare diligunt ( ) eisdem *C.* et, per consequens, heredibus suis, tanquam ipsorum iudicibus, prout expedit in iuribus et reuerenciis consuetis obedire debeant et parere.

In cuius rei etc.

(Commutacio cum abbate monasterii Zedeltzensis.)

Nos dei gracia etc.

Omnibus in perpetuum regalis excellencie celsitudo tunc recto regimine terras sibi subditas intelligitur gubernare, cum equitate preuia et clemencia suadente, sic de rebus aliorum fruitur ut quidquid de eisdem assumpserit recompensacionis liberalitate refundatur et cum bona subditorum usurpare dinoscitur, iuste commutacionis titulo eis equipollencia restituet et restauret.

*P*er presens igitur priuilegium noscat tam presens etas modernorum quam posteritas futurorum quod nos ardentibus desideriis cupientes uel vniuersaliter singuli et singulariter vniuersi quibus nostri serenitas culminis principatur, sub nostre benignitatis clemencia in statu morentur proprio et mocione ita ut cum eis pietatis lumine blandius arrideamus ut ipsorum in hoc cordibus integritas fidei continua monimenta suscipiens forcius solide.

Cum domino abbate monasterii Zedelizensis totique conuentu contractum commutacionis de uilla..et..fecimus et inuimus, ita quod uillas nostras in tali loco sitas cum omnibus attinenciis suis dictis..ad usum venacionis aptis duximus deputandum ita quod dictas uillas nobis pro dicta uilla commutatas habere et possidere dictus abbas et omnis conuentus debeat pacifice et quiete, de regalis mansuetudine pietate expressius inhibentes ne dictis bonis et uillis pro restauro (sic) dicto monasterio, commutacionis nomine a nobis datis ipsum nullus audeat contra tenorem ( ) priuilegii, in debito, impedire, seu in aliquo aggrauare sic (sic) nostre celsitudinis indignacionem cupiuerit euitare.

In cuius rei etc.

GAYLORD BOOKBINDING CO.
UST 53 005 A / SV 6200

[redacted]
3 6105 013 740 142

D1
54
C6
V.
P1

DATE DUE

STANFORD UNIVERSITY LIBR/
STANFORD, CALIFORNIA
94305